M. S. pergamº. bueno, con 269 hoj.

Tractatus de Sacramento in communi. aut. P. Juan B.

Algabei. 1627

Sin rotulata

Tractatus de Sacramento
In communi ad Sex Questiones
Doctoris Angelici ex tertia par=
te, nempe â Questione sexa=
gessima ad sexagessimam
quintam inclusi=
ve

Authore
Patre Ioanne Baptista de Algaba
e Societate Iesu, in Collegio Divi
Hermenegildi Sacre Theo=
logie Dignissimo
Professore.



Anno a Partu Virgineo. 1647.

L. de Gavadis

Prolocutio, ac notationes Preambulae

Doctrinae de Verbo incarnato dignitas de sacramentis Angelicus annectit, ut Dei sapientiae conformet, Quae cum misit Verbum suum carne induendum, ut quo modum homines culpa laborantes spirituali saluti restitueret medium sacris quae scientia medicamenta sunt Christi Dei incarnati sanguine comparata: ex quibus teste Tridentina Synodo sessione 7a in prooemio omnis vera sanctitas ac iustitia vel incipit, vel incepta augetur, vel perdita recuperatur.

Hinc claret excelentia, necessitas, et origo huius Doctrinae, etenim qui solus potuit aperire librum et solvere septem signacula eius, Apoc. 5o. aperuit doctrinam de septem sacris, quae sunt septem oculi in corpore ecclesiae, septem candelabra in Dei templo, septem sigilla, quibus redemptionis opus Christus Dominus signavit, septem columnae, quas in propria domo divina sapientia excidit, septem orientis caeli sidera: unde auctor noster doctrinam hanc magno theologo Ioanni commendans Apoc. 1o. ait scribe misterium septem stellarum, quas vidisti in dextera mea.

Huic voci numeroso agmine Ecclesiae Patres obedierunt, maxime S. Ambros. S. Cirilus S. Aug. et Hugo de Sto Victore. Assimilarunt Scholastici cum Magistro in 4 sententiarum distinctione 1a. Obtemperarunt theologi cum Aquinate 3a parte a quaestione 60a ad 65am: quae in loca scitandos fere omnes doctores abducant, ni-

ite

iterata morose citationem. Agnieverunt sacra concilia, præcipue florentinum sub Eugenio 4o sess. ultima: et Trid. sess. 7a. Studiverunt controversistæ contra Hæreticos, Cathequistæ, summistæ, aliiq; innumeri, quos facunda serie congerit P. Enriquez tom. 2o in theologia morali, et frater Leander de Sanctiss. Sacr. 1a parte tractatu 1o in ipso tractationis vestibulo. Eidem voci libenter obedio, id maxime curans ut quæ ab aliis erudite disputata sunt, non oscitanter versem; omissa repeam, secreta suppo-nam, in circa inquiram, obscura enubilem, lacinosa vero ita perstringam, ut potius fructuosi subci quam foliorum videar amator. Partitio operis

Partitio operis.

Universum de Sacr. in gli. tractationem in 6 sectiones distribuo, totidem Sti Thomæ quæstionibus respondentes. 1a dicet de natura et partibus sacr. ut sic, sive essentia metaphysica per genus et differentiam, ac de essentia physica per materiam et formam, atque 60am Sti Thomæ disseret 2a de necessitate sacrorum novi statu nimirum innocentiæ, naturæ, legis scriptæ, et gratiæ, ad quæstionem 61am Angelicam. 3a de præcipuo sive 1ario sacrorum effectu s. gratia sanctificante, primo, quo ab illis arcana scaturigine provenit, sive exhibit; ad quæstionem 62 aquinatis. 4a vero de altero minus præcipuo, sive 2ario effectu s. caractere, pro elucidatione quæs. 63æ. 5a loquet de causis sacrorum ac præcipue de causa efficiente, seu instrumentali et ministrante

Qeo. 87, ac ministro, atq. de causa mali nimirum subo seu persona sacramentum suscipiente: pro quaestione 64a commen-tatione. 6a denique verba faciet de divisione numero, et comparatione sacrorum intersese; ad quaestionem 65am doctoris Angeli: Cuius vestigiis, felici ductu, religiose insistentes, disputationum cursum agrediamur. non languidi, sed erecti animo; Angelicus n. doctor, ac ductor sequaces vividos amat, deinde resumit: sectio 1a de essentia, logica, ac phisica, sacramenti in communi.

Sectio 1a.

De essentia, logica, ac phisica Sacramenti in communi.

Quemadmodum hominis essentia logica est animal rationale phisica vero corpus et anima, quibus componitur: ita essentia metaphisica, seu logica sacramenti sunt sunt praedicata genericum, et differentiale, quae in eius definitione afferuntur: phisica vero partes phisicae, scilicet materia et forma, quibus sacramentum constat. Quo igitur in praesenti sectione, unum difficile alterum facile, explicabimus; 1um, definitionem sacramenti in communi pro ut abstrahit a sacris novae ac veteris legis: 2um, sacramenti partes, seu materiam et formam, nimirum res et verba quibus integratur.

Et quidem si de solis sacramentis novae legis sermonem instituerimus, non esset arduum asignare rationem communem, in qua ea omnia univoce et essentialiter conveniant. Caeterum, cum ex conciliis florentino et tridentino duo constent; Primum, in veteri fuisse, et in nova lege esse sacra: secundum, sacramenta novae legis multum differre a sacris antiquae: difficilimum e

inhibere rem com sacramenti, que utriusque compe-
tat, et que non quadret aliis ritibus, et cerimoniis,
sacrisque signis utriusque legis.

Ea igitur in quatuor huius sectionis disputa-
tionibus prestabo, ex quibus meo iudicio pendet
facilis et clara difficultatis solutio. Primum voces cerimo-
nia, sacramentum, sacer ritus, signum sacrum, exponam.
2um cerimonias et sacramenta in particulari utriusque
legis adducam, ac definiam. Et sane utrumque 1a dis-
putatione tangam. 3um definitionem sacramenti ut sic nulli ce-
rimonie convenientem, et omnibus sacramentis cum vete-
ribus, tunc novis convenientem proponam. disputatio 1a
ad indagandam definitionem sacramenti, preambularum nulla-
rum vocum expositionem premittit. Cap. 1um de
cerimonia.

Disputatio 1a

Ad indagandam definitionem sacramenti preambularum nullarum vocum expositionem premittit.

Cap. 1um De Ceremonia

Huius vocis exaratio est triplex, duplex
scilicet pronuntiatio, duplex significatio et duplex ethy-
mologia: que omnia voce tenus auditoribus explica-
nabo. Iubar. n. laevioribus hic abstinere ut
gravioribus locus non desit. Venio ad definitionem. Igitur
Cerimonia sacra generatim loquendo est externus
quicunque actus religionis, quo Deus colitur. Hic ex-
ternus actus est genus, quo cerimonia convenit cum
aliis rebus, que cerimonie non sunt, utpote consecu-
tatione, cursu etc. Cetera differentiam declarant
duo nota, ut penitius definitionem percaleas.

2um proprium esse cuiuslibet Sectae, ac Religio-
ni habere aliquas caerimonias seu ritus, ac actus ex-
ternos, et observationes, quarum vi secernantur homines
illius sectae, atque religionis ab aliis. Sequitur Deum
venerentur, illique placeant. Sic de bella Ethicorum
antiquitas, certis quibus ritibus ac caerimoniis, sua
commendata numina Martem, Iovem, Vestam mala
quae bene vertebat. Ecclesia Hebraea quibusdam sa-
cramentis, ritibus, ac caerimoniis utebatur, in veri
Dei cultum; quibus distinguebatur ab aliis diver-
sae religionis hominibus: similiter Christiana Ecclesia pro-
priis gaudet caerimoniis, quarum potissime sunt Sa-
cramenta a Christo Domino instituta, tamdiu quidem
duratura, quamdiu perseveret mundialis haec ma-
quina, et cultus Divinus Religionis persistet.
Itaque caerimoniae fuerunt apud Gentiles Vgae or-
gia, apud Iudaeos observantia sabbati, apud
Christianos Baptismus.
3um annotant, Religionem hac
definit: Virtus inclinans ad debitum cultum, re-
verentiam, et honorem Deo tribuendum, habere tres
actus, 1um internum actum elicitum: hic est quaevis
interna volitio, qua quis vult Deo debitum ho-
norem et cultum praestare. 2o actum externum
interno respondentem: hic est quaelibet externa ac-
tio, quae non aliunde est bona et laudabilis, nisi
quia fit ad Deum colendum, ac venerandum, ut
genuflexio, pectoris tunsio, sacrificium etc.
3o, actum imperatum. Intellige actum cu-
iusvis virtutis, qui tamen a religione ordinetur ad
Dei honorem et gloriam. hoc modo ieiunia et eleemo-
synae, appellari valent actus Religionis, quo

fiunt ad Colendum Deum; quamvis aliunde aliarum virtutum actus sint. Ex his tribus actibus sub nullo modo est cerimonia, qua externus non est; neque 3us, quod non imperat a religione, etenim neque exercet obsequium Dei, sed ob alios bonos fines. Quis ergo est proprie cerimonia.

Cerimoniae modo dicta explicatae in veteri erant, et in nova lege sunt, utrobique quadruplices; videlicet sacramenta, sacrificia, sacra, et observantiae. Ita Angelicus Aquinas in pa 2ae Quaest. 110 art. 4o. Per sacramenta in veteri lege intelligimus circumcisionem, Agnum Pascalem, sacerdotium legale, et varias expiationes; in lege vero gratiae Baptismum, confirmationem, Poenitentiam, Eucharistiam, Extremam unctionem, Ordinem, et Matrimonium. Per sacrificia in Ecclesia Iudaica intelligimus victimas, seu hostias, immolationes, et libamenta, holocausta, seu holocautomata, de quibus S. Isidor. lib. 6o originum cap. ultimo. At per sacrificia in Christiana Ecclesia intelligimus sacrificium Missae, quod est supremus cultus, quo Dei excellentiam profitemur.

Per sacra intelligimus instrumenta ad divinum cultum in utraque Ecclesia pertinentia, ut vasa, Candelabra, vestimenta, Altaria, Calices, et specialiter apud Hebreos Arcam testamenti, Rationale Iudicii, sive Ephod, tintinnabula, et Malogranata in vesti sacerdotali, Lymbo, et similia; apud Catholicos vero Christianos, Casulam, Missale, Eucharistiam, pixidem, et alia. Denique per observantias intelligimus in Mosis lege, proprios cibos, festa, ieiunia, genu flexiones,

et ceteras actiones Cerimoniales, ut in Christi Domini lege nostra de iunia festa, genu flexiones, usum signi Crucis aspersionem Aquae benedictae, Exorcismum, Olei unctionem, Capitis discooperitionem, manuum super Aegrotos impositiones, et alia.

Ad Capitis calcem nota duplices esse cerimonias. In Sacramentis quaedam intrinsecas et substantiales, sive essentiales, quae sunt ipsa sacramenta, ut in Baptismo exterior ablutio, et exterior verborum prolatio: quaedam vero extrinsecas, quae adhibentur ad decentiorem usum sacramentorum, exempli causa in eodem Baptismo adhibitio sacerdotis cum stola, superpellicio, manuali, Candela accensa, et similibus. Similiter in sacrificio missae aliae Ceremoniae sunt intrinsecae et essentiales ut oblatio, consecratio et consumptio iuxta propriam cuiusque sententiam: aliae extrinsecae, ut genuum et ac corporis flexiones, Capitis inclinationes, et elevationes, Epistolae, ac Evangelii recitationes, frequens signi Crucis expressio, manuum complicatio et explicatio.

Et quidem sine prioribus Cerimoniis (scilicet intrinsecis) sacramenta et sacrificium missae invalida sunt: sine posterioribus (scilicet extrinsecis) valent. Priores, si lubet, priores voca Cerimonias essentiales; sicuidem posteriores (quae in ministratione sacramentorum et oblatione sacrificii missae solent adhiberi, et si de essentia et substantia illorum non sint) communiter vocant sacramentales. scilicet ut theologi loquuntur sacramentalia de quibus alibi ex professo: hic satis. Cap. 2. de voce Sacramentum.

Cap. 2.

De voce Sacramentum.

Sacramentum latine, grecé misterium, à sacro
deribat. Dices, manchum esse insufficientem esse
Ethymologiam: non litigo: authorem non scriptores non
prabent. Addo etiam, quo forsan ad... Ethy-
macam faciat. Suspicor dici Sacramentum, Quasi sacrum
secretum, qui in [illegible] et Thoma cum meo [illegible] Ethy-
mologia nobilis, Thomachator. S. Bernardo Serm.
de Cena Domini qui mihi prebuit, dum sic ait:
Sacramentum dicitur sacrum signum, sive sacrum secretum. Sto-
macator etiam Sto Gregorio, et Sto Isidoro, apellandi-
bus sacramenta per tegumenta rerum sacrarum, ut se-
quenti [illegible] videbimus. Dum [illegible], in-
dicata vocis origine, ad significationem veniamus.

Significatum sacramenti apud profanos autho-
res é duplex, apud sacros quadruplex. 1o apud
pro. significabat quendam pignus, sive pecuniam, quam
litigantes Romani apud Pontificem deponebant,
ut qui in lite vinceret eam perderet; ergo in loco
sacro, seu erario publico conservabat ut sacra, dice-
bat sacramentum. 2o significat iuramentum; [illegible] rem
iuramento confirmatam; ergo hoc per rem sacram, idest
divini numinis ac nominis invocationem fieri solet vo-
cat sacramentum. Consule nostrum Cardinalem Belar-
minum tomo 2o in præfatione Lib. 1o de Sacramentis
in genere cap. 2. Hac de profana significatione, ac veda-
mus ad sacram.

1o Vox sacramentum acceptione minus lata
apud ecclesiasticos scriptores significat rem sacram
occultam latentem secretam et absconditam. Claret ergo

ad Ephes. 1º. 9. Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, idē Ut notas faceret nobis suas reconditas voluntates et inscrutabilia decreta.
2º significat signum speculativum rei profanae contentum in sacra Pagina. sic Apoc. 17º meretrix illa, quae erat signum romani imperii, apellatur sacramentum.

3º pressius unaquaque vox sacramentum significat quodcunque signum etiam speculativum rei sacrae, occultae, et latentis. Ex quo Divus Aug. qui lib. 2 de Genesi ad literam Cap. 7º librum vitae apelat sacramentum Christi. Insuper liquet ex illo ad Ephes. 5. 32. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, et in ecclesia. Ubi Paulus Apostolus vocat sacramentum, quia rei sacrae latentis signum fuit; et magnum, quia sacrae rei magnae erat signum, nimirum sacrae coniunctionis Christi tanquam sponsi sacri, cum Ecclesia tanquam sacra sponsa.

4º deniq. restrictissime ab ipso nostrum, ab exordio Ecclesiae, ut pt. in Concilio Lateranensi Cap. 1 Florentino, et Tridentino Sessione 7ª, et passim apud Pontifices, et Patres, accommodata e hac vox Sacramentum ut significet quandam cerimoniam, seu signum practicum rei sacrae, quod proinde certo significet et virtute contineat occultam sanctitatem, sive internam et perfectam, sive imperfectam ac legalem. De sacramento in specie hac acceptione 4ª dicturi tantum nobis deinceps est sermo.

Inter sacramentum 3o ac 4o modo usurpatum hoc interest: quod 3o modo sit rei sacrae latentis signum speculativum; 4o vero modo practicum. Plurimum 3o modo significat rem sacram, ut gratia: Manna Christum Dominum in Eucharistia: at 4o modo significat et efficit ipsam rei sanctitatem, saltem externam et imperfectam. Porro sanctitas est duplex: una interna et vera, nempe gratia sanctificans: altera legalis sive externa et imperfecta, quae nihil aliud est quam consecratio, dedicatio et assignatio rei, seu personae, ad divinum cultum.

Dicimus 3o sacramentum restrictissima acceptione 4o in Ecclesia usurpari pro ipsa quadam caeremonia, seu pro solo signo rei sacrae quod certo significat et virtute continet, occultam aliquam et spiritualem hominis sanctitatem. Quo sensu in nullae caeremoniae tunc veteris tunc novae legis, ut agnus paschalis, circumcisio, Baptismus, Eucharistia et reliqua capite antecedenti notata, vocantur sacramenta; etenim prisca significabant, et causabant saltem legalem sanctitatem, nova vero etiam internam. Contra hanc duplicem ultimam sacramenti acceptionem Haeretici indignantes insurgunt; capite sequenti cadent.

Ad eximium nota sacramentum in quadruplici proxima Ecclesiastica acceptione idem esse ac mysterium. Ita in 1a: nam ubi Vulgatus legit si noverint mysteria omnia, id est omnes veritates divinas latentes, Aug. de gratia et libero arbitrio cap. 17 legit omnia sacramenta. In 2a, nam ex Apoc. 17. 7 legitur, ego dicam tibi sacramentum mulieris: graece est mysterium. In 3a; nam et scribit 1. Corinth.

hic. art. 10 Quoties in scriptura graeca occurrit Mysterium, Latinus Interpres vertit non mysterium, non sacramentum. Unde ad Apostoli loco fortassis hanc (?) omittendum est. In 4a. Nam Math. 13. v. 11. Datum est nosse Mysteria regni coelorum, id est sacramenta. Ut aiunt sancti Patres interpretantur. Item nota, quod sicut sacer, sacra, sacrum aliquando accipitur in malam partem. Ut apud Maronem lib. 3o Eneidos Auri sacra fames: Ita in malam partem [illegible] nunquam accipitur vox sacramentum, Ut Apoc. 17. sacramentum Apoc. Mulieris, quae in fronte habebat scriptum Mysterium.

Cap. 3. An vox sacramentum congrue sumatur a Catholicis pro signo rei sacrae, et pro Sacramentis Ecclesiae.

Cap. 3.

An vox sacramentum congrue sumatur a Catholicis pro signo rei sacrae, et pro Sacramentis Ecclesiae.

Lutherus, Calvinus, Melanchton, Corolstadius, et alii eius farinae hostes Ecclesiastici sermonis Irrisores; quorum praecipuus, Acheronticus ille noster Pastor, ac Irrisor Erasmus, atque Belarminum praelegatum, vocem sacramentum, f. [illegible] probant, [illegible] dicunt: Etenim ex sexies significationibus sacramenti dictis, duplicem profanam probant; [illegible] sacram solitarie restringunt; 2am, 3am, et 4am reiiciunt: nec mirum quod prophanari sacra et in plurimum reprobent, et profana summum probent.

Contendunt igitur vocem sacramentum male ab Ecclesia accipi pro signo rei sacrae sive speculativo ut Manna, sive practico, ut Baptismo. Probant 1o: quia nec ea significatione qua usurpatur ab Ecclesia Christi

pro

signo rei sacrae) non reperit in sacra scriptura, significat sed sacrum pro ipsa re latente. 2° quia sacramentum latinis idem valet quod graecis Mysterium; sed Mysterium non significat signum rei latentis, sed ipsam rem arcanam et ocultam; quod est [illegible]. 3° quia non merito et improprie, aiunt, agimus, dum nomen multis commune ad certas ceremonias signandas contrahimus. 4° quia sacramentum sonat sacrum secretum; quod solum stat pro re abscondita. 5° culpant significationem nostram.

Consideranda cum Haereticorum imperitia est omnino dum merito ac docte ab Ecclesia et theologia vocem sacramentum in triplici illa significatione usurpari. 1° quia P.P. et Doctores id nomen sub ea significatione accipiunt nominatim S. Ciril. S. Aug. [illegible] ipsi haeretici [illegible] S. Bern. S. Albert. [illegible] Vualafred, Suarez, [illegible] Florent. et omnes theologi catholici apud P. Gran. hic [illegible] [illegible] haereticum [illegible] non [illegible]. Deinde, quia sicut hae voces, Trinitas, transubstantiatio, Persona, Homousion, accommodavit Ecclesia ad peculiarem significationem sub qua expresse non reperiuntur in sacra pagina. Ita hanc vocem sacramentum accommodare potuerit ad quasdam ceremonias significandas, si sub ea significatione in sacra pag. non inveniretur. 3°. quia sicut sufficit ad retinendam vocem Homousion quod denotet filium Dei eiusdem esse cum Patre; sic cum sacrum, dicatur a sacro, eo ipso, quod in [illegible] alicuius rei latentia, et sacrae signum sit, sive speculativum sive practicum merito sacramentum appelabitur.

4° quia cum omnia significata nominis sacramentum analogice significent cum ordine ad sacrum, haec signa practica gratia sint maxime sacra, quae non solum sacrum significant, sed nos consecrant, et ordinant ad Deum; quod merito sacrum habent.

habent, quasi p(r)op(ri)ale analogatum, seu significatum illius vo-
cis, 5º: Nam si Philo(sophi)a facit sibi propria haec no(mi)na ma-
teria, forma etc. id q(uo)d Catholici iniuriae seu Hereticos licet
quare Theol(ogi)ae ac Theologis no(mi)na sub peculiari significatione sibi ar-
rogare n(on) licebit. 6º: Nam Mysterium et sacrum idea
[illegible] conuenientibus reciprocant. Et mysterium dicitur à
verbo graeco Mio, q(uo)d significat consecrare, initiare seu sacris
imbuere; unde quibusdam Caeremoniis Deo consecratum
Mistes dicit(ur), vel a verbo Mio q(uo)d significat oculos
et ora claudere, ac tacere. Et Caeremoniae quae noscere-
erant Deo et veram sanctitatem significant, ac saltem le-
galem cum meritis ab Ecclesia per Servitorem. Di-
cuntur sacra, quae altissimo silentio veneranda sunt et com-
mendata ex S(anc)to Dionisio c(ap). 1º. Ecclesiasticae Hierarchiae.

Ad 1um ex his q(uo)d Heretici no(me)n sacramentum
in significatione, qua Catholici id usurpant, modo rident
modo superciliose reiiciunt, et super his nomine [illegible] contra divi-
nam Scripturam videntur calumniantur. Ereo n(on) solum in sa-
Scriptura reperiri pro re s(acr)a latente, sed etiam pro signo sive spe-
culativo, sive practico rei latentis, sive sacrae sive profanae; ut
liquet ex Conclusione praecedenti. Et si sub hac significatione
in eloquio sacro n(on) conveniret, adhuc ea significatione n(on) [illegible] contra Scrip-
turam, sed solum praeter Scripturam; ut significatum verbum vocis
Trinitas, Homousion etc. Ad 2um aio: Mysterium solet
significare, et rem latentem, et signum rei occultae, atq(ue)
latentis: ut vidimus in fine capitis superioris ex testibus
Apostolicis Apoc. et Evangelio.

Ad 3um allegant scilicet Heretici Ecclesiam
et orbem universum q(uo)d no(me)n Apostolus cumulatim [illegible] ad Pau-
lum, et no(me)n Orator cum pluribus ad Ciceronem per antonomasiam
contrahant: Ad 3um quem ad modum verbum sumit(ur) ac[illegible]

Eparisse

Crpaiive, active pro voce repraesentativa, passive pro re repraesentata, qua voce accipit Luca 2. Transeamus usque Bethleem et videamus hoc verbum quod factum est: ita secretum active stat pro signo rei secundae; passive pro ipsa re occulta atque latente. Quam solutionem si Heretici respuant negabo eam a me ex cogitatam ethimologiam; neque enim dandi mea aput me est, at ob ea defendenda Ecclesiam impuneret quod captiosi Heretici impudentissime faciunt.

Ad quam Lectoris mirer fere [illegible] Religionis, ac Ecclesiasticae Economiae novatores, qui fere unam exilem omnium novitatem: cum in foliari carpunt quae ex [illegible] ipsorum cerebro ardent quod si atte illud [illegible] in bilerunt Ostri esse semper eadem voce [illegible] modo ita modo aliter loqui, prout commodum fuerit; quo [illegible] Catholicos culpant cum vocem producentes novam sed antiquam ad quasdam Ceremonias per [illegible] significandas accommodantes: profecto Camelum, Elephantesque Cetoriosos gibbosos, atque Cornigeros Heretici devorant, et culice suffocantur.

Cap. 4

De vocibus Sacramenti, ritus, sacra signa.

Ritus sacri idem valent ac mores quidam sacri et [illegible], ideoque reciprocant cum sacris Ceremoniis, hoc solo discrimine, quod ritus connotet antiquitatem, quam Ceremonia non connotat. Hinc date colliges. Sumpta rigide loquendo non omnem Ceremoniam esse ritum, at omnem ritum esse Ceremoniam. Ritum hanc esse aptam definitionem. Ritus esse Ceremonia sacra antiqua clarius est actus sacer ac sacer signum Religionis quo Deus colitur. Quam. Ritum [illegible] antiquas utriusque legis veteris legis, ac novae esse illas omnes antiquas utriusque legis

Caeremoniae, quae c.t. Ampliavit; ideo in praesenti ea non repe-
to, sed contra hicinnen Ritus a Caeremonia.

Obiicies. Durationem rei maiorem aut minorem non posse eius rationem variare, ergo quod signum aliquod sacrum longo, vel brevi tempore in Ecclesia duraverit, non potest variare rationem signi, ergo neque ritus, ac caeremoniae. Rideo non posse quidem variare metaphysice et essentialiter; at posse moraliter et accidentaliter: quasdam autem esse res, quae certis quibusdam nominibus non appellantur specialiter, praecise secundum essentiam, seu methaphysicam sed solum prout tales aut tales accidentaliter: sicut aqua etsi eadem sit secundum essentiam, et speciem cum glacie, aut nive, non appellatur tamen glacies, aut nix, secundum speciem et essentiam praecise specialiter, sed tamen prout praeterea tali aut tali accidentali etc. Et huius modi esse signa seu actus externos Religiosos, de quibus loquimur; qui etsi methaphysice et secundum essentiam praecise iidem sint, sive antiqui, sive novi, Rituum tamen nomine minime nuncupantur, nisi prout moraliter et accidentaliter tales sunt, id est longo tempore in Ecclesia observati.

Ritus sacri sunt in duplici differentia: Alii ab Apostolis per solam traditionem accepti verbi gratia quod exorcismus et trina mersio fieret in Baptismo, quod chrisma singulis annis renovetur: quod in Calice Eucharistico aqua vino misceatur: quod Eucharistia sumatur a ieiuniis: quod in sacrificio missae pro defunctis oretur: quod signum Crucis formetur in fronte: quod oriens versus precemur: quod aqua benedicatur. Vide P. Tacannum in Tom 2do Tract 1. 4. Alii Ritus a caeremoniis post tempora Apostolorum a Praelatis Ecclesiae introducti sunt ob arcanas et speciales significationes. Ut in Baptismo candida vestis, lucerna ardens, et similes quos omittere peccatum lethale est, si his non tenet Baptisma. Hac denotum, de infidelium Ritibus duas quaestiones utilissimas breviter resolveremus: 1a An liceat Chri-

Christianis

Cristianis Principibus infidelium Ritus tollere? Et an aliquando liceat uti vere riti aut testimonia Hereticorum ac infidelium, ac pro inde si nulla alienam sectam.

Denique signa Sacra, tam in veteri, quam in nova Lege significant quasdam figuras rei sacr., tales ut imagines representantes divina mysteria: scriptura divina res sacras intimant: Aqua scaturiens ex Petra per Moysen significans fruenda gratia deribanda per Baptismum Christi. Transitus Israelitici Populi per mare Rubrum liberatque Mandificationem a peccatis quam Xpus in Baptismo nobis donaturus erat: serpens Aeneus per Moysen in deserto erectus, quem aspicientes sanitatem corporalem recipiebant, qui significabat Xpum in Cruce exaltandum, et sanitatem spiritualem a peccatis mortalibus conferendam per Xpum Crucifixum, his qui per fidem aspicerent, seu crederent. Manna quod significabat sanctitatem et refectionem spiritualem dandam in nova lege per Eucharistiam.

Sic et aliarum rerum sacrarum signa fuerunt lignum Vite in medio Paradysi; Iris post diluvium; Columna nubis, et columna ignis Hebreorum ductrices; Currus Ezechielis; Iacobi cum Angelo lucta; et innumera alia simbola maxime Apochalistica; Nec non nubes lucida in die transfigurationis; Columba super Xpi capite in Jordane residens; Ignite lingue in die Pente. supra discipulorum capita apparentes; Consecratio altaris, aqua benedicta, genu flecsiones rebus sacris facta; sacralia, ta tonsura; et alia eiusmodi, que signa sacra coiter apellant.

Cap. 5.

Mosaica et Christiana Sacra Currenti calamo adumbrat.

singulis sacramentis cum in specie, tum in individuo expenisis, si perteverit qui ea specifice ac generice definire non voleat. Videant quidem Theologi in concinnanda definitione sacramenti ... forsan quod nostra methodo non ducunt: sufficior nos praemissa explicatione superiorum vocum, ac sacrorum in particulari definitio sacri ..., quam alii in viam, et devia ... ferere, praeviam a nobis esse monstrandam.

Igitur in lege Mosayca 4or erant sacramenta, ut ex S. Thoma docet P. Conire hic q. 64. art. 3. et alii Theologi. Primum Circumcisio; quae significabat nostrum Baptismum, et gratiam per eum datam, et conferebat sanctitatem quandam legalem, sive externam: an etiam conferret gratiam postea disputabitur. Erat quidem Circumcisio Ceremonia quaedam a Deo instituta pro parvulis in remedium peccati originalis, qua circumcisi profitebantur fidem in Christum, et inscribebant Deo addicti ac ... professionis non fuit instituta circumcisio, sed ... offerebant Deo parentibus nullo speciali ritu observato in ea oblatione, ut aliqui putant; sed quovis sacro ritu ac signo externo non speciali ... dummodo ... aliquo parum originale peccatum delebat, ut alii autumant: de quo alibi expromam sententiam.

Secundum sacramentum legis scriptae erat esus Agni paschalis, qui repraesentabat Venerabilem Eucharistiam. Et sicut haec auget gratiam acceptam per Baptismum: ita illius esus confirmabat, et quadam ratione augebat legalem sanctitatem acceptam per circumcisionem, qua circumcisi ascribebantur in populum Dei peculiarem: per immolationem autem et esum Agni, ... Deo gratias agebant pro liberalitate ex servitute Aegyptiaca, dum testabantur se esse ex illo populo Deo peculiariter consecrato, et magis Deo se obligabant, et consecrabant.

Tertium sacramentum veteris fuit consecratio sacerdotum seu sacerdotium legale: quo nostrum ordinis sacramentum fi-

figurabat, et verum Christi Domini Servus ac verus sacerdos oblatus, ac se offerens Deo pro hominum vita usque ad finem mundi in veritatem. qua consecratione peracta, legali quadam sanctitate ornatus, ac Deo specialiter consecratus ad offerenda sacrificia, et alia munera [illegible], videbatur sacerdos.

Tum sacramenta erant lustrationes quaedam, quibus Judaei ab immunditiis legalibus purgabant; quae nostrum poenitentiae sacramentum repraesentabant, et legalem quandam sanctitatem externam conferebant. Itaque omnia praedicta sacramenta ipso conferebant sanctitatem legalem, sive externam et imperfectam: 2° significabant sanctitatem veram et internam nostrorum sacramentorum, seu gratiam: 3. ex opere operantis sive ex actibus boni recipientis sacra conferebant gratiam. Ipso an etiam ex opere operato sive ex solis meritis Christi illam conferrent seu caverent, de circumcisione disputatur a theologis, de reliquis [illegible].

Hactenus de ipsor. sacramentis Mosaycis, de Christianis itaque, quae nobis notiora sunt, brevius loquamur.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta super [illegible] verborum forma scilicet ego te baptizo in nomine etc. Confirmatio est sacramentum in quo homo per Baptismum spiritualiter ortus, quasi perfectam aetatem spiritualis vitae, ac robur percipit, ad intrepide profitendam fidem coram Evangelicae veritatis oppugnatoribus. Brevius, sed non minus clare definit a Leandro trat. 3. de 2. q. 4. ad mentem S. Thomae et aliorum theologorum. Est sacramentum confirmativum in fide.

Eucharistia est sacramentum in quo sub speciebus panis et vini simul aut seorsim, vere et realiter continetur corpus et sanguis una cum anima et divinitate Christi Domini.

Penitentia est sacramentum constans ex actibus penitendi et absolutione sacerdotis, conferens gratiam, qua peccatum post Baptismum commissum remitti potest. Vide alias plures huius sacramenti definitiones apud Leandrum tract. 9. de. 1. q. 10.

Extrema unctio est sacramentum unctionis infirmorum ad salutem animae et corporis. Vide Leander cum aliis tract. 4. q. 4. clarius, sed aptius: est sacramentum in quo moriturus ungitur oleo consecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis cum debita intentione ac suscepta verborum forma, sit per istam unctionem absolutio ...

Ordo est sacramentum in quo imprimitur signaculum spirituale per quod confertur per istas ordinationes circa sanctae Eucharistiae confectionem.

Matrimonium denique iuxta S. Thomam et Mag. quos refert et sequitur P. Vecamus de sacramentis in specie c. 44. q. 1. n. 2. est maritalis coniunctio viri et mulieris inter legitimas personas individuam vitae consuetudinem retinens. Ut coniunctio, quae potissimum animo et affectu consistit, matrimonium in vinculo animorum inter coniuges. Explicatur clarius, et diffusius definitio: Matrimonium est sacramentum in quo gratia confertur ex opere operato maris et feminae, qui legitime habiles ad contrahendum contractum naturali interne libere coniunguntur mutuo, individuam vitae consuetudinem perpetuo retinendo.

Fine igitur fixo ante ampulatis diximus, qua ratione ceremonia, sacrum, sacrificium, sacra signa explicantur. Et insuper brevis singulorum sacramentorum cum veterum, tum novorum, adumbrationem dedimus; 1o ex logica, deinde physica, sacri incoeptionem [illegible] exordiamur, definites indagantes, quae in sacro Mosayco et Christiano conveniant. Et insuper nulli ceremoniae, nulli aut signo sacro competebat, quod sacramentum ni fuerit.

Disputatio. 2a.

An sit aliqua Sacramenti in communi ipsa definitio, et aliorum Sententias.

Cap. 1.

Nulla praemittitur et impugnatur asserentes non posse aliter definiri.

1um suppono sacrorum exam. pro qua lege Cardinalem B. P. Belarm. et Balia, dico procul dubio contra Hereticos catholicis fulmina in controversiis lib. 10 de Sacramentis. Nobis ea supposita, tanquam fide sancita, solum de nomine et essentia sacramentorum cum Catholicis est disceptandum.

2um. Certum est non solum in nova, sed etiam in lege veteri sacramenta extitisse, et patet ex Conciliis Florentino, ac Tridentino qui damnat qui dixerit: sacra novae legis non differre a sacramentis antiquae. Ecce supponunt Concilia in lege veteri sacra fuisse.

3um. sola sacramenta definire est facile, sola vetera haud difficile; id autem egregiorum Theologis negotium facessit, nempe sacramenti definitionem dolare, quae complectatur omnia sacramenta vetera, et nova, aliisque a sacris rebus non adaptet. Cardinalis de Lugo hic disp. 1. sect. 7. catholicorum definitiones refert, et omnes praeter jam a se excogitatum refutat. P. Vasquez hic q. 2. 4. et 5. novem definitiones afert 5. catholicas, duas Lutheranas, 9. Calvinistam. Frater Leander a Santissimo Sacramento tract. 1. q. 1. n. 99. etiam definitiones excogitatas ab aliis catholicis scitus. Adeo diversae in definiendo sacro, diversi gradiunt.

4um suppono ecce aliquos apud P. Vasquez Disp. 128. cap. 2. qui apprehendentes huius difficultatis faciliter se expediunt, radicitus s. e. tollendo quaestionem, dicunt n. sacramentum in coi, immo in particulari uti Baptismum definiri non posse una defne, probant: quia ens per accidens non potest habere unam defem, sed omne sacramentum est per accidens; ergo etc. Maior probatur 1o ex Arist. 7 Metaphisicae c. 4. probatur 2o ex ratione: quia sicut agregatum per accidens continet plura entia, non unum tantum, ita debet habere plures defes, non unam. Minor est evidens: quia sacramentum non solum in coi, sed etiam in particulari utpote Baptismus, cum aggregatum per accens ex variis conflatum rebus non unit, s. ex una et fra, rebus, et significatione: quae naturae unum per se minime compingunt ergo etc.

Contrarium autem est oibus fere Philosophis, ac Theologis entia per accidens, sicut et entia moralia, posse aliquo modo definiri. 1o quia possumus exacte declarare, quid sit Logica facultas, uti quae; et tamen ea est agregatum per accidens constans ex pluribus habitibus inter se non unitis aut nouerunt s. auctores dialectica cautitate. 2o quia habemus Regnum, exercitus, sit aggregata per accens definibilia tamen valemus n. perfectissime exponere quid sit homines, uti quae et quid requiratur ad eius essam. 3o quia cum sacramentum non sit infinitae perfectionis, ut potest anobis posset cognosci quale sit in se: at cognitio, qua cognoscitur res ut est in se est illius defo mentalis quae si vocibus exprimeatur voces erunt vocalis defo; ergo sacramentum dum mentali, tum vocali defe potest exponi.

Ad vero oppositionem, nego maiorem. Ad pro

probatis omissa nullorum [?] nove solet. Quod hic
apud plurimos plausum invenio, nempe fuisse tres
Dominici similis nostri, quae pro explicatione hic dixe, reverent,
et accurate Vir doctissimus[?] Valdi noster Vazquez.

Quoniam autem aggregatum per accidens bifariam sig-
nificari posse. 1o. fratris[?] ut plura entia non attenta ipsorum
coordinatione: qua ratione significabit domus, si eius partes seorsum
significentur ut lapides, ligna, latera, caementum, calix, te-
gulae etc. 2o: potest signari uno nomine designando res
ipsius non seorsum, sed per modum unius, ut quadam
coordinatione prolitas[?] in ordine ad aliquid aliquo modo unum
idest coordinatum, aggregatum, et coniunctum. 1o. modo sig-
nandi non est una definitio, sed plures; neque enim petenti quid
sint lapides, ligna etc. satisfacit unica definitio domus,
sicut nec interroganti quid sit domus satisfiet satis pluribus
definitionibus lapidum, lignorum etc.: at 2o. modo signandi
plura potest vere una definitio; et de hoc genere definitionis
plura s.c. et unum idest ut quid coordinatum significan-
te, est sermo quando inhibetur[?] de ipso sacramento nostro. 1.
in particulari. Hinc pro ad 2am probationem.



Cap. 24.

Quinque aliorum sententias de definitione [illegible] Tacit, ac rejicit.

1a. sententia est eorum cum Alb. hic, ubi in 4o. ad [?] 2.
1o. quibus sacramentum sic illud definit, est signum rei sacrae.
non placet, pro 1o. quia videntur coire aliis a definito tali convenire,
1o.: nam Manna, serpens aeneus et reliqua, quorum Theo-
logorum tenemus de ante c. 4. sunt signa rerum sacrarum, et tamen non

sunt

~~[illegible]~~ sunt sacra, ut liquet. 2º ea voces gra sancti
tas, virtutes sunt signa ad placitum rerum sacrarum, et n sacra
ut pt. 3: hypochrisis e signum externum sanctitatis ac
virtutis xpianae, et tamen n e sacramentum. q. e. p.

2a sa sic definit sacramentum e signum grae, cui de-
finitioni consonant 3es sequentes: 1a sacramentum e signum rei
sacrae sanctificantis nos. 2a e invisibilis grae visibile
signum. 3a e signum visibile invisibilis grae fratr hoem
iustificantis. Quae defes (ut leandro ubi supra (redimus))
sunt xa mente S. Aug. et S. Thomae (Al. sent. P.
Henrr. P. Suarez P. Canisii, Pelan. Pº de ledesma,
Molferi, Corsli francisci de Oaconii.

3a 1a: qa etiam ea 4. defes conveniunt rebus
quae sacra n sunt; nam linguae ignitae super Apostolorum
capita in die Pentech. fuerunt signa grae et signa visi-
bilia invisibilis grae Apostolos sanctificantis. Item haec
vox gra e signum sensibile grae nos sanctificantis; et n
neutrumque illa, nec vox ista, sunt sacramenta; q. e. p. Contra
2º qa superiores definites conveniunt verbis illis quibus
[illegible] noster Magdalenae, Paralitico, et aliis peccata
remissa ostendit; et n ea verba n fuerunt sacramenta;
ergo superiores defes conveniunt alii a definito.

3a sa duo exigit ad rationem sacramenti. Primum
qd significet gratiam sanctificantem. 2um qd illam confe-
rat sive causet. Unde sic defes confirmat: sacramentum
e visibile signum invisibilis grae, cuius ca existat.
Ita definiunt Hugo de Sto Victore et Petrus Lom-
bardus, apud Suarez, et alii ubi supra. Huic
definitioni oio consonat, nisi fallor, Bonacina de sacramenti
disput. 1. quaest. 1a. puncto 1º nº 10. e signum sacram
n solum significans, verum etiam infallibiliter efficiens rem sacram

san

sanctificandum hominem. Ideo gratiam. (Haec sunt, ut inspicias, excogitata est in remedium 2ae definitionis. limitat enim nomen Sacramentum ad illa solum, quae veram gratiam sanctificantem habitualem significant, et conferunt; Unde excludit a ratione Sacramenti ea signa, quae licet gratiam habitualem non significant, licet eandem non conferunt, seu causant. Unde, ait, linguae illae ignitae Manna, vox gratiae, transitus maris Rubri etc. Sacramenta non fuere, quia licet signarent gratiam, non illam non causabant, seu conferebant. Et sic 3a haec opinio mirifice operatam esse factum, satis, superque priorum definitionum effugasse vitia.

Contra 1o: Quia etiam haec definitio convenit alijs a definito; ergo non est plus vitiata, quam vitiosae antecedentes. Antecedens suadetur: quia promissiones externae divinae de conferenda gratia habituali, sive illae sint absolutae, sive conditionatae purificatae, seu posita conditione causant gratiam, movendo Deum ut illam conferat, et aliunde sunt signa visibilia, seu sensibilia gratiae; sed non sunt Sacramenta, ut omnibus Catholicis in confesso est; ergo haec definitio convenit non Sacramento. Dixi omnibus Catholicis; quia haeretici videntur asserere nulla alia Sacramenta esse praeter ipsas externas promissiones gratiae. Ut studiat Lutherus lib. de Captivitate Babylonica: Sacramentum, inquit, est promissio signo externo annexa. Assonant alii Religionis paludati Uno proditi, ac Mergi, scilicet Melanchton, atque Calvinus apud Patrem Becanum praealegatum. Igitur Haereticis Sacramentum est promissio annexa signo externo: Catholicis vero est, non ipsa promissio, sed signum sacramentum annexum promissioni. Et vide quantum dissonent Haeretici verbis a Catholicis signis.

Contra 2o quia ut caveret procedant Authores huius difficultatis unum e duobus deberet exequi, nimirum vel negare sacramenta antiquae legis fuisse vere et proprie sacramenta; vel

scilicet affirare illa etiam internam et veram gratiam justificantem significasse, et contulisse. At utrumque excogitatum fuit sed ac deso difficili. Patet 1°, nam sacramenta antiquae legis absolute et simpliciter appellantur sacramenta a Patribus, et Conciliis, ut constat ex florent. ac Tridentino mox adducendis. Patet 2°, nam gratiam non conferebant accipientibus, ut constat ex eisdem Conciliis; a quibus, quae sacramenta vetera gratiam non conferebant, egena et vacua nuncupantur. Pro utroque audiatur florentinum in decreto fidei, post sessionem ultimam, ubi dicitur, sacramenta novae legis, multum differre a sacris antiquae legis: haec enim non causabant gratiam, sed solum per passionem Christi dandam figurabant, nostra vero sacramenta et continent gratiam, et digne suscipientibus eam conferunt. Et Tridentinum, sessione 7 canone 2o damnat asserentem sacramenta novae legis non differre a sacramentis antiquae. Haec et antiqua vocantur absolute sacramenta, et differunt a novis quod haec causent gratiam, illa.

4a sed sic sacramentum definit est invisibilis gratiae visibilis forma (id est visibile signum) eiusdem gratiae similitudinem gerens, et causa existens. Ita Magister sententiarum, Vasquez, Graphis, Arcangelus, et alii apud eundem Quaest. 1a. Contra 1o: quia haec definitio solum differt a 3a, quod petat similitudinem specialis signi externi, cum ipsa gratia; ut accidit in Baptismo, ubi ablutio corporis externa representat candorem, et munditiem interiorem animae per gratiam: at sed haec similitudo forsan conveniat omnibus sacramentis, non tamen videtur omnino ac necessario requisita. Contra 2o: quia iuxta hanc definitionem valet etiam unum e duobus adstrui scilicet aut sacramenta antiqua contulisse gratiam, aut non fuisse vera sacramenta; quorum neutrum concedi valet a

viro

viro catholico nisi placeant Concilio vale dicat.

Quam jam meditabatur Hugo Victorinus lib. 1º de Sacramentis parte 9ª cap. 2. sacramentum Doctor ita definiens est corporale, seu materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repraesentans, ex institutione significans, et ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritualem gratiam. Huic definitioni alia duae simillimae sunt: jam fabricavit S. Greg. lib. 7. cap. 2º: Sacramentum est in quo sub tegumento rerum visibilium virtus divina salutem nostram secretius operatur. Jam excogitarunt Theologi Coloniensis Illi qui hoc pacto: Sacramentum est res sensibus subiecta, quae ex Dei institutione sanctitatis et iustitiae tum significandae, tum efficiendae vim habet. Cui definitioni videntur subscribere Gabriel Bellarm. Vasquez, Reginaldus, et alii apud Leandrum hic disputatione 1a Quaest. 1a.

Sed ex eo omnes hae definitiones praeciarae displicent, quod virtutem gratiae effectricem, et veram illius continentiam, cuilibet sacramento etiam Molinici concedant: quod refellimus supra parag. Contra 2º cit. et cap. 5º Cardinalem sequuntur impugnantes, verum refellemus. Cap. 2. Quinque alias defin. Sacr. ac defin. reprobo.

Cap. 3.

Quinque alias sententias, ad definitionem reprobo.

Sexta sententia est Sancti Thomae hic Quaest. 60ª art. 2. dicentis: sacramentum est signum sensibile sacrae rei, in quantum est sanctificans homines. Circa quam defin. duo notes. 1º, D. Thomam per rem sacram intelligere hoc loco

Praeteritam Xpti passionem, praesentem gratiam, et futuram gloriam; ut patet ex art. 4. ubi dicit sacramentum esse signum rememorativum praeteritae Xpti passionis, et demonstrativum praesentis gratiae et praenosticum futurae gloriae. Cum vero particulam illam restrictivam in quantum est sanctificans hominem posse duobus modis explicari: 1o, ut cadat in signum sacramentum; hoc sensu, sacramentum in quantum sanctificat hominem, est signum rei sacrae, id est passionis Xpti gratiae, et gloriae: 2o, ut cadat in rem sacram; hoc sensu, sacramentum est signum sensibile rei sacrae sanctificantis hominem. Hunc posteriorem sensum videtur innuere Angelicus Doctor, quia loquitur de sanctificatione, quae fit per internam gratiam et colligitur ex solutione ad 3um;

Sed Angelica definitio patitur plures difficultates. Primo quia videtur facta pro solis sacramentis legis novae; nam vetera sacramenta non erant signa praeteritae Xpti passionis, quia Xpi expiranda passione non dum executioni fuerat tunc mandata. Secundo: Vetera sacramenta non erant signa demonstrativa praesentis gratiae; sed tantum signa prognostica; ergo si haec definitio petit quod sacramentum sit signum demonstrativum gratiae non competet sacramentis antiquis. Tertio: quia si illud in quantum sumatur 2o modo, quo videtur intendere Doctor Angelicus, definitio aequivalebit huic sacramentum est signum sensibile gratiae sanctificantis hominem, quae definitio coincidit cum 2a definitione 2ae sectae, et eadem ratione videtur impugnanda, si tradatur pro sacramento in communi; si vero pro solis tradatur sacramentis legis gratiae, non est omnino contemnenda.

3a opinio est Melchioris Cano relectione de sacramentis parte 1a dicentis verum, sic definiendum sacramentum est signum sensibile significans et conferens aliquam sanctitatem, sive perfectam et internam per gratiam sanctificantem, sive imperfectam et legalem. Nam duo petit ad rationem Sacramenti:

Primum

tum quod significet, tum, quod conferat aliquam sanctitatem, sive interiorem et perfectam omnia, qualem conferunt sacramenta novae legis; sive exteriorem imperfectam et legalem, qualem tribuebant sacramenta antiqua. Et sic vitatur vitium 1um et 2um definitionis, nec enim haec convenit illis signis sacris enumeratis; quia licet haec v.g. Manna, et transitus Maris Rubri, significarent non tamen conferebant ullam sanctitatem. Rursus vitatur vitium 3um et quod definitio convenit enim haec definitio, ut constat, sacramentis antiquis, et novis, quae omnia significant, et conferunt aliquam sanctitatem: antiquae imperfectam, exteriorem, et legalem; nova perfectam, interiorem, et veram, nempe gratiam.

Contra 1o: quia licet proxima definitio compleatur omni definito, scilicet sacramento Moyaico, ac Christiano; et ex hac parte recte procedat; claudicat ex alia parte, quia scilicet convenit alii a definito: 1o enim convenit promissionibus ex ... gratiae habitualis statim conferendae posita conditione de quibus loquebamur cap. ante paragr. Contra 1o etiam 2o convenit ... tonsurae benedictioni Abbatis, aquae benedictae, professioni religiosae absolutioni ab excommunicatione, dispensatione ab irregularitate, impositioni manuum super chatecumenos etiam quae omnia significant et conferunt aliquam sanctitatem imperfectam, et tamen sacramenta non sunt. Contra 2o: quia haec definitio intendit Auctor ... declarare, seu definire vocem genericam sacramenti utriusque complectentem tanquam species sacramenta antiquae et novae, et illam definit diminutione facta per differentias specificas sacramentorum, quae sunt causare sanctitatem perfectam, et causare sanctitatem imperfectam; sed genus non recte definitur diminutione facta per differentias specificas specierum; ergo etiam. Maior patet. ... premit. Minor vero ...

1o quia nullus nisi delirus diceret hanc esse

legitimam aiali defeni; at e roale. f. irroale; f. dag, at e roale. f. mugibile. f. hinnibile etta. 2o qa si genus bene definivet dividente facta diferentiarum, cum in defe speciei liceat pro genere ponere ipsam defem generis fieret Viciore reprehendam difram in defe speciei, hoc pacto: homo e roale qd. f. irroale roale; f. sic, homo e roale f. hinnibile roe. 3o apriori: qa huic conceptui generico at. 2a diversa defio explicativa quam debet atq huic conceptui diminutivo ho. f. equs: diversitas autem in eo stare debet, qd ad explicatq priorum conceptum diminutivi debeat recurri ad difras roalis. f. hinnibilis, sic ho. f. equs e vivens sensibile roale, f. vivens sensibile hinnibile. ad declaratq vo prioris conceptus opus non sit ad difras recurrere.

2a opinio ait sacramentum esse signum sensibile sanctitatis. Ita Thomistae et Vasquez apud Card. Lugo no 9o. Item P. Gaspar Hurtado disput. 2a dificultate 3a. Probent. Qa sacramentum e sub genere signi non sub genere causae; qo rõ sacramenti sufficienter explicatur per hoc qd significet veram sanctitatem, sit illam non conferebat, aut ullam aliam. Fundamentum huius opinionis in antecedente patitur, examinabit infra disput. qa cap. 5.

Contra: Nam sanctitas in definite f. significat perfectam sanctum, f. legalem sanctum, f. utramq simul f. utramq subdividendo. Si tam impugnabit hac defe, sicut et 2a; nam praesens defe aequivalebit huic, sacramentum e signum sensibile gratiae. Impugnabit 2o: qa si ad rõem sacramenti sat e significare gratiam, sit nullam sanctitatis causalitatem exerceat, defe conveniet aliis a definito, f. transitui Maris rubri, Manna, et aliis similibus, quae gratiam futuram significabant, non tn causabant seu conferebant. Si vo vox sanctitas in hac defe Thomistica

significet 1.º eam sanctitatem, nempe legalem, impugnabit sicut desc.º 4.ª, ex eo s. quod conveniat aliis a definito, nempe 1.ª tonsurae, benedictioni abbatis etc.

Item si vox sanctitas utramque simul sanctitatem significet, conveniet predicta descr.º aliis vocalis condictionis: qui sanctitatem externam et internam gratiae significat. Convenit 2.º etiam omnibus sacrificiis antiquae et novae legis; omnia 2.º significant sanctitatem legalem, seu rem consecratam divino cultui, et obsequio. Et rursus omnia significant sanctitatem non perfectam, s. gratiam futuram, s. preteritam, sed illam non conferunt. Si denique vox sanctitas utramque sanctitatem subdivisive significet, haec octava descr.º equivalebit septimae, et eodem modo impugnabitur.

9.ª sacramenti descr.º fit a P. Mercado tom. 3.º tractatu de diunidis [illegible] secte 1.ª n.º 5.º. Consone ad antecedentem una tantum altera voce addita, unde nullas difficultates elevet. Sacramentum est signum sensibile sacrum stabile a Deo institutum ad sanctificandum homines fratres. Contra quam convenit sacrificio missae significandi vitam et mortem Christi, qui institutum redemptionem hominum ac proinde etiam sanctificatione per passionem eiusdem Redemptoris nostri obtinendam. Et tamen sacrificium missae pro ut tale non est sacramentum, quod Mercadi descr.º convenit aliis a definito. Deinde si sacrificia veteris legis significabant gratiam futuram seu dandam per Christum, eisdem eadem descr.º competet. Et tamen non erant sacramenta, ut omnibus constat; quod etc.

Ad verte, quod sicut in Mercadi descr.º lex sacrum valeat sacrans, ut valeat supplere Mercadio consolabit omnis P. Granadus qui tractatu de [illegible] 2.ª n.º 4.º. Ubi ait: sacramentum est signum sensibile, stabili aliqua lege institutum, ut conferat aliquam sanctitatem externam, et significet internam. Si vero lex sacrum

n̄ sequibaleat. Voce sacrami multi dissonabit Granaduq a Alevatio. Alle. n. ad vocem sacram̄ requirit q̄d causet sanctitatem externam; ut vero ille n̄ requirit. Impugnabit in ultimo Unius q̄ def.º, q.a Verg. docet stabilitatem et permanentiam diuturnam esse de roē sacram̄ti: at prolo dispute qu. cap. 20 id esse oio falsum. Eodem vi tio laborat def.º Patris Coninch. hic Quest. 60.a art. 7.º dubio 1.º n.º 17.

Decima tamen ac definitio ista texitur iuxta doctrinae filum, quem servat P. Suarez hic dispute 1.a sectione sacram̄tum est sensibilis ceremonia aliquo mō hoēs sanctificans, et veram aiē sanctitatem ex instit.ne significans. Con sonat n̄ nihil P.e filiutius sic sacram̄tum describens est invisibilis grāe visibile signum aliquo mō sanctificans. Plus consonat Suario P. franciscus de Lugo, Ioannis Cardi nalis frater, et ambo nostrates, tractatu de sacram̄tis in ge cap. 1.º n.º 1.º: sacram̄tum inquit, ē visibile signum invi sibilis grāe ad populum dei sanctificandum divinitus in stitutum. Haec Suarii def.º, et ii propius quam reliquae veritati accedat n̄ arridet Cardinali de Lugo, cuius in impugnationes (ut verum fatear) ego derideo.

Duplici igit. ex alio capite Pa tris Suarez n.º q̄ii acquiesco. 1.º: q.a sy sensibilis reden dat: siquidem sacram̄tum dr. Caerimonia, et haec quodo cumq. externus, ē sensibilis seu sensibus pervia. 2.º et praecipue: q.a hanc definitionem assignat Suarius ut univoce coēm antiquis et nostris sacram̄tis; patebit autem ex sequentibus n̄ posse hanc roēm univoce coēm si assigna ri per illa verba aliquo mō sanctificans, (quo vitio etiam infecit definitio Patris filiutii) nam ea ver ba sunt veluti equivoca, q.a diversis aplicata diversa significant; aplicata. n. sacram̄tis nostris significant san

sanctitatem veram s. gratiam; applicata vero antiquis significant sanctitatem improprium et imperfectam s. legalem. Unde non assequitur defectu quod intendit.
defectu francus Lugo ex vitiis defectatior est, et absolute bona; adhuc non clarior una s. altera voce, quam nostra bona; ostendit ex disputatione sequente. Cap. 4um. Cardinalis de Lugo definitionem meditatur novam; sed nec novam, nec bonam.

Cap. 4um.

Cardinalis de Lugo definitionem meditatur novam; sed nec novam, nec bonam.

Nullum is cardinem ac lapidem movet Cardinalis Lugo ut ale excogitatum sacramenti undecimum defectum in scholas introducat. Videamus quo iure defectum. Agit hic sect. 2a. nro 23. hoc habet: facile obiter; agit hic sect. 2a. nro 23. Sacramentum nihil est ceremonia sensibilis, quae suo usu sanctificando subiectum significat gratiam internam, cuius est causa. Ubi tria requirit ad rationem sacramenti. Primum quod sit aliquis actus externus. 2um, quod suo usu sacrando hominem Deo sit signum sanctitatis internae praesentis s. futurae. 3o quod sit causa ipsius sanctitatis internae, sive gratiae. Hoc primo excludit Martyrium a ratione sacramenti: nam licet significet, et conferat ex opere operato gratiam sanctificantem, non tamen est ceremonia sacra instituta ad significandum per illam. Ratione 2i excludunt plura, ut 1a tonsura, a ratione sacramenti, quae licet significent sanctitatem s. imperfectam, non imperfectam videlicet gratiam. Ratione 3i mancam et internam videlicet gratiam. Ratione 3i tinctus maris Rubri, et in lege verba Evangelii quae licet significent gratiam quo leguntur, non sunt sacramenta,

internam dandam, n. in affirunt aut cam aliquam sanctitatem internam subo. Excludunt etiam ea, quae concurrunt quidem aliquo mo ad gram, n. in sunt sacra quia n. sunt cã, sed conditiones aut aplicationes causarum; qualis videt sumptio eucharistica, tantum quae in sa huius cultu n. concurrit ut cã, sed ut mera conditio, et aplicatio cã ad gram. In 1o et 2o fatet Cardinalis se convenire cum P. Suarez, et in 3o dissentire. Verum e: et nobis eam idem praestat, ut patebit ex nostra definitione.

Probat igit 1o Cardinalis esse derõe sacram causare gram, qa secus inquit, qualibet oblatio et sacrificium in roe talis, maxime si institutum sit ad expiationem peccati, quale e sacrificium missae, foret sacram; hoc n. ex uno capite het vim conferendi ex opere operato aliquam sanctificationem, vz expiationem a reatu poenae, et ex alio capite significat sanguinem Xpi, qui cibus e animarum, ac proinde, qui gram impendere potest; go sacrificium missae etiam in roe oblationis fore sacram, si ad hoc n. desideretur qd gram aliquo modo causet.

Item 1a tonsura, absolutio a censuris, et dispensatio ab irregularitate essent sacramenta, si opus n. esset qd sacramenta causarent gram, nam duo reliqua het; etenim 1a tonsura cum separet hoem a populo in sortem ac ministerium Dei n. potest n. illi aliquam externam sanctificationem seu consecrationem conferre: et cum disponat ad ordines subsequentes, significabit gram ab his conferendam. Deinde absolutio a censuris, et praebet hoi externas

sanctificationem, quatenus illum emundat a sordibus, ac vinculis Ecclesiasticis. Et gratiam significat, quatenus sedit hominem aptum ad suscipienda sacra gratiae vinculo. Eodem modo est theologizandum de dispensatione irregularitatis, per quam et obex ad ordines suscipiendos prout abigit.

Probant 2o ab inductione: quia omnia sacramenta tam vetera, quam recentia, significant et aliquo modo causant gratiam. Et quidem de sacramentis novae legis apertè constat ex collectis a Patribus re vera causare gratiam. Non quidem de veteribus causas fuisse gratiae sanctificantis, sed conferendae suscipientibus opera sacramenta vetera, sed conferendae nobis per Christum probat: quia sacramenta antiqua erant promissiones factae a Deo de adventu Christi, et gratiae sanctificantis per merita ipsius conferenda; sed promissiones divinae causant moraliter rem promissam, quatenus Deum eius usu movet, ut promissis stat; quod etiam porro sacramenta antiqua fuisse tales promissiones, et sacramenta promissiva colligit n. 17. ex locis sacrae scripturae, ubi non semel appellantur repromissiones, ut videre est apud Paulum ad Hebreos 8. n. 6. et capite 11. n. 13. quia per illas caeremonias, et sacramenta, Deus promissionem, quam semel fecerat, continuo renovabat, repromittendo cotidie quod prius promiserat. Ideo cum dicitur Cardinalis ab Apostolo, Theologi Patribus Theologi, ac maxime Suario, omnia antiqua sacramenta dici umbram et figuram futurorum fuisse promissiva, et signa promissiva, et promissae Salvatorem: quod sacramenta vetera fuerunt causae activae, seu morales gratiae.

Confirmat Cardinalis suam doctrinam

et nominis ethimologia; putat .n. sacramentum significare id, quod sub specie sacra continet rem aliquam magnam et excellentem, unde et ipse notat, ut supra adnotavimus, idem apud Graecos e, quod mysterium; id continere in quo de notat virtutem ad causandum id quod continet; quod si sacramentum dicitur continere gratiam, id ex eo illi convenit, quod virtutem habeat ad illam causandam. pro nominis autem ethymologia explicanda adduci potest S. Isidorum lib. 6o. originum cap. 18: ubi haec habet noster Hispalensis antistes: sunt autem sacramenta Baptismus et Chrisma, Corpus et Sanguis Christi, quae ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Ubi ex vi nominis videtur colligere in sacramento contineri efficaciam et causalitatem, rei, quae in ipsis continetur. Nota versum, ultima huius testimonii verba Isidoro cum Gregorio supra allegato esse communia.

Contra expositam hanc et bene compositam Lugi sententiam militant multae impugnationes nerbosissimae. 1a et minus praecipua e, quod laboret eadem redundantia ac definitio Suarezia illis verbis sensibilis ceremonia; cum .n. ceremonia e actus externus ac proinde sensibilis, satius esset dicere sacramentum e ceremonia etta.

2a impugnatio, ea quod aliquantulum validior, quia si aliqua res haberet ea, quae auctor exigunt infra pro constitutivo sacramenti, esset sacramentum, licet neque rationem causae physicae, nec moralis, gratiae sanctificantis sortiretur. quod gratiose omnino dicitur conveniat omnibus ac singulis sacramentis rationem causae in ordine ad gratiam sanctificantem,

3a impugnatio, eaq; validior praecedentibus: quia contra foret defo ac doctrina huius authoris si sacra antiqua n. egena, et vacua, sed nostris essent locupletiora; quia nostra sunt causativa grae, n. Christi: antiqua vero fuerunt promissiones causativae in modo grae, sed etiam passionis Christi, ut ipse supra fatetur no 22. In eis potentem sacramentalem, quae cum sublimam suam speciem data Christum n. supponebant; locupletiora autem sunt quae gram, passionem que Christum praecedentorem continent vera seu signa practica, quamque continent solam gram.

4a Impugnatio, eaq; validissima quae proxima definitio n. videtur cogaere cum sanctione florentini; Nam concilium intendens assignare discrimen nostrorum sacramentorum ab antiquis asserit, nostra vero sacra et continent gram, et eis digne suscipientibus eam conferunt. Ubi assigna duplicem diffam: tam continere gram, tam eam conferre digne suscipientibus. ergo ex mente concilii sacra antiqua, nec continebant gram, idest nec causabant in actu 1o: nec eam hic et nunc digne suscipientibus in actu 2o conferebant. At iuxta supra sacram nostra sacram n. distinguuntur ab antiquis in 1o (contra florentinum) seu in continendo grae; sed solum in 2o, s. in causatione grae collatione digne suscipientibus hic et nunc.

Confirmatur 1o. quia concilium n. ait; nostra vero sacra continent gram eam conferendo suscipientibus; sed data opera videtur conjunctionem et dicens, et continent gram, et digne suscipientibus conferunt; ergo quia in his duobus seorsim sumptis differunt, n. vero conjunctim, et per modum unius dumtaxat.

Confrat 2o: qa concilium dixit absolute n causabant
gram, sed solum per passionem Xpi dandam figurabant:
atqui nulla esset vis adversativa particulae sedo, si figu-
rassent gram per veram promissionem praedice causativam
gre; go n ita figurabant gram dandam. Confrat 3o:
qa si sacram antiqua causarent gram modo dicto, fal-
sificaret ly solum figurabant, nam causarent et figura-
rent, ac proinde n solum figurarent. Proinde falsi-
ficaret ly n causabant gram, ut patet.

Dices, sacra antiqua n causasse gram de prae-
senti, sed de futuro; et hoc sensu n continuisse gram, proin-
deque utrumque dicimen a florentino assignatum perfecte
verum illessum. Contra: Nam si vetera sacra nunc quo
existebant hebant vim causandi postea, nunc vere conti-
nebant gram, et pro nunc dandam, go absolute gram
continebant. Ad modum, quo merita condigna nunc
ita, nunc continent praemium glae et conferendae postea
[illegible] per perseverantiam finalem. Et sacram nunc ficte su-
ceptum, nunc continet simpliciter gram, qa vim het illam
causandi pro tempore futuro recedente fictione.

Ad 2am ex roibus quibus Pater lugo co-
natus elargiendum oibus ac singulis sacramentis conaptum causae vi gre sanctificantis, reo nullum ex incom-
modis ibi adductis inferri, Missae n. sacrificium, qua
praecise oblatio e, n e sacramentum; qa ut tale solum
denotat perse cultum qui Deo exhibet et passionem
Xpi Dni inquantum illa Deum hoibus reconciliavit,
et summum eidem honorem praestitit facta satisfactione
a Xpo Dno pro peccato hoiu. Et 2o tam passio,
quam Xptus Dnus qua talis e, ordinenter ad conferenda,

gratiam, quid per accidens in directum et partiale cum sacramenti in communi obligationis. Similiter credidum ad leges conse-cravitis, absolutionem a censuris, et dispensationem irregula-ritatis, i. a nullo eorum gratiam per se, directe et ex sua institutione significari; sed fortasse tantum accidentaliter, et ex consequenti, quod derogat rationi sacramenti.

Ad 3am rationem quae praecipue Lugus antiquis sacramentis adscribit gratiam tantum continentiam, non causalitatem, dico esse insufficientem, et eam plus mihi displicere, quam doctrinam; etenim sacramenta vetera dicta sunt promissiones, signa repromissiva etc. non quia fuerint promissiones practice fratis, sed quia fuerunt adrelationes missiones practice, sed quia fuerunt signa speculativa promissionis iam factae; quae recordando in memoriam promissionis olim factae de Christo, et gratia iustificante per ipsum, confirmabant Hebraeos in fide Christi venturi, et gratiae conferendae propter ipsius Christi Domini merita.

Confirmatio in firmat doctrinam Lugi; nam sacramentum in communi non est id, in quo proprie res continetur, continentia i. effectus in causa, sed continentia rei significatae in suo significante seu signo; si forte haec valet continentia virtutis: denique videris a nobis non vim effectivam tribuit sacramento, quae valde, sed Deo, seu virtuti divinae; ut claret in iis verbis subsequimento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur: id est, virtus divina gratiam quam sacramenta significant physice causat. Dispute 3. Quid sit sacramentum in communi iuxta nostram sanctam legitimam sanctam in communi de fide ponit et exponit.

Disputatio 3.

Quid sit Sacramentum in communi iuxta nostram sanctam.

Cap. 1.

Legitimam Sacramenti in communi definitionem ponit, et exponit.

Post laboriosam scriptorum lectionem (forte ad valetudinis usque iacturam) rigidum veri examen attentam meditationem, et consultationem frequentem iudico sacramentum omnibus pro ut vetera, et nova complectitur exacte, et omnino vere sic posse definiri: Sacramentum est Cerimonia sacra ex divina institutione tum hominem Deo specialiter sacrans, tum directe et infallibiliter significans gratiam ut conferendam.

Hanc definitionem in posterum vindicat. Et priusquam illam explicem, do tres alias definitiones, quae verbis non nihil dissonant; eidem sensu consonant; earum enim aliqua forsan plus alicui arridebit, quam prior. 1a sit: Sacramentum est invisibilis gratiae ut infallibiliter conferendae visibile signum, hominem Deo specialiter consecrans. 2a est signum sensibile gratiae ut conferendae, sacrans hominem specialiter Deo. 3a Sacramentum cerimonia sacra ex divina institutione conferens sanctitatem specialem externam et praecise significans internam ut conferendam. Tres istae definitiones intellectae iuxta explicationem prioris aptissimae sunt, ut potes, ei sensu equivalentes. Sed priorem explicemus.

1o dicitur cerimonia sacra; Nam sacramentum debet esse actus externus religionis, quo Deus colatur et honoretur. Haec sane verba significant genus quo sacramentum convenit cum sacramentalibus, et aliis rebus, quae sacramenta non sunt.

2o additur ex divina institutione; nihil enim potest esse institutum ad significandum practice gratiam

idem est, et in subiectis hominibus conferendam, nisi Author gratiae Deus id instituerit: Nam in Ecclesia non est facultas creandi sacramenta. Sed n. condere sacramentalia valeat, nequit tamen sacramenta instituere. Ratio est clara: Nam sacramentum confert sanctitatem externam et internam significat gratiae seu ut conferendam; quare sacramentorum insti-tutor debet parens gratiae, hanc n. nulla esse pura creatura potest operari. Et si quod Ecclesia externam tamen propriam sanctitatem mediante aliquo signo sacro ad id ab ipsa deputato conferre queat, quia hoc nil ali-ud, quam caerimonias conficere spectantes ad religio-nem cultumque divinum, a quibus homo Deo consecretur. ad sanctitatem vero internam, quae omni pura creaturae indebita est, nulla illi superest virtus naturalis.

3.o Sacramentum debet esse *homini Deo*

specialiter sacrans, i.e. ex propria institutione Deo de-dicans in ordine ad exhibendum eidem certos quosdam et speciales honores, et obsequia. Id quod facili induc-tione quisque convenire deprehendet omnibus sacramentis, ut Baptismo dedicanti specialiter baptizatos Deo in ordine ad profitendum divinam fidem: Confirmationi, in ordine ad tuendam pro virili: Poenitentiae, in ordine ad firmiter persistendum in reconciliatione ad ipsum; et sic in caeteris sacramentis novae, et antiquae Legis.

Pro qua conditione requisita ad rationem sacramenti expresse stant Magister, Scotus, Caietanus, Gravis(?), et Sancti; Thomas, Bonaventura, Chrisost. Ambr. August. Cyprianus, atque Hilarius; quos omnes referunt et secuntur P. Suarez hic sectione 1.a parag. dico quo 1.o et alia et Pater Fanneum(?) disp. 3. quaest. 1.a dubio 1.o. a n.o 41. Ipsa quae vox

sacramentum tali eandem conditionem innuit; nam ut vestimentum et ornamentum est quo vestimur, et ornamur, ita sacramentum quo sacramur.

4° sacramentum debet directe et infallibiliter significare gratiam et hominibus conferendam: Nam in primis indubium est sacramenta legis Evangelicae significare gratiam iustificantem hominibus vere dispositis conferendam. Deinde sacramenta legis mosaicae eandem significasse videtur expressissimum in concilio florentino superius allegato; in quo de illis dicitur figurasse gratiam per Christum dandam; verum illam significari infallibiliter ex inde tali ostenditur quae exibent adhoc in signa promissiva saltem speculative, id est quibus veritatur Deus se ad impleturum promissiones de gratia hominibus danda per eas non et rem, sed hinc instituit ut eius in gratia derivet per ipsam sacramentorum canales; quo etc.

Directe autem gratia significari a sacris id est, exprimario, et praecipua ipsorum sacramentorum institutione sumitur ex distinctione sacrifitii, et sacramenti (ut alia omittam) nam sacrifitium directe exhibet in signum nostrum recognitionis, et summissionis circa divinam excelentiam: id colligit sic definit ad mentem P. Suarez. de sacra. disp.e 73. s.e 6a: sacrifitium est oblatio externa a legitimo ministro facta Deo in ara per immutationem alicuius rei sensibilis, in signum legitima authoritate institutum Dei excelentiae, atque dominii, et reverentiae nostrae, ac submissionis. Sacramentum vero exibet in signum bonorum quibus volentes Deum ipsi quae sacramenti, ab eodem donamur. Per primum ex primis praecipua institutione cultum et honorem Deo exhibemus. per 2um ex peculiari eius directione aeternum emolumentum in semine gratiae a Deo suscipimus. Quare recte Aug. lib. 2a faustum cap. 16 ait sa

Sacramentum esse donum temporale, significativum aeterni: sicut gratiam habitualem fructum perennem perennis Beatitudinis.

Ex dictis toto hoc capite nascitur (ni fallor) vera et solida Augustini interpretatio Epistola 23. ad Bonifacium dicentis: Si sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt (nempe vere animae sanctitatis, gratiae sanctificantis etc.) non haberent omnino sacramenta non essent. Sensus est sacramenta non essent sacramenta si non importarent consecrationem, qua homines sacrantur in ordine ad specialia obsequia exhibenda; quae hominum consecratio est quodam modo similitudo alius rei, quam abditiori et altiori modo sacramenta significant, nimirum gratiae interius animam sanctificantis, eamque mire componentis ad omne genus supernaturalium obsequiorum praestandum mediis habitibus infusis virtutum, ab eadem sanctitate profluentibus. Cap. 2. Rectitudo nostrae difficultatis ostendit.

Cap. 2.

Rectitudo nostrae difficultationis ostenditur :m

Explicata definitio Prior ex authoritate consonat multis definitionibus Patrum Suarez. Soriani et Patris Francisci de Lugo, quas dedimus disp.

la

supra Cap. 3. prope finem. Probatur ratione, et quidem nulla in sui probationem indiget, quam illa communissima: illa est legitima definitio Sacramenti [struck] quae omni definito convenit, et nulli a definito, sed nostra definitio Sacramenti est sic talis est; ergo etc. Maior, et consequentia constant, minor suadetur ex solutione argumentorum, quam dabit cap. sequenti. Suadetur 2.o quoad priorem partem, quia quatuor Sacramenta antiqua, et septem nova sunt Cerimoniae Sacrae ex divina institutione sacrantes spiritualiter homines Deo et directe significantes gratiam et illis conferendam, quemadmodum patet ex non nullis in superioribus repetitis; ergo nostra definitio convenit omni definito, seu omni Sacramento tam veteri, quam novo. Quoad posteriorem vero partem dificile etiam non erit minorem probare. Scilicet excludendo a ratione Sacramenti ea omnia, quae Sacramenta non sunt.

Primo igitur excludit ratione Sacramenti promissio divinae sanctitatis conferendae hominibus, Consecratio altaris, Columba super caput Christi, verba illa Christi Domini ad Magdalenam Lucae 7. remittuntur tibi peccata tua; Serpens Mosaicus aeneus, testimonia Sacrae Scripturae significantia gratiam habitualem hominibus conferendam et id gratis; alia quae congessimus disputatione 1.a cap. 4. fine, quae gratiam significabant, et dicuntur signa sacra: Excludunt inquam a ratione Sacramenti. 1.o quia eorum aliqua non erant Ceremoniae Sacrae: 2.o quia licet aliqua sacrarent homines Deo, ut 1.a tonsura et

De

Benedictio Abbatis id tandum non exhibiva, sed ex humana Ecclesiastica institutione fiebat: 2° generaliter, ac praecipue quia ea ex sua institutione non sacrabant homines Deo, quasi sigilla specialiter designantia hos homines prae illis, in ordine ad generaricos, seu speciales singulorum sacramentorum honores Deo exhibendos, ut quae profiteri divinam fidem eam defendere etc.

Q° excludunt a ratione sacramenti, absolutio a Censuris, et dispensatio irregularitatis nam haec non consecrant homines Deo positive, ut speciales honores ipsi exhibebant, sed tantum removent impedimenta tum ab eo quod se deo consecrant per alia sacramenta, tunc a fungendis quibus specialiter aliunde sunt Deo consecrati. Praeter quam illae non significant gratiam directe, seu ex sua primaria institutione, sed ad summum indirecte, et accidentario, ut ad

3° excludit a sacramentorum censu Matrimonium Adami, et Evae quod quidem licet significaverit uniones Christi cum Ecclesia iuxta illud Pauli ad Ephesios. 3°. Sacramentum hoc magnum est Ego autem dico in Christo, et Ecclesia. Tunc autem non dum erat Caerimonia sacra, nec exdivina institutione erat deribatum ad consecrandum Deo contrahentes matrimonium in ordine ad honores ipsi exhibendos per honestam tolleranctiam eorum matrimonii, sed cuius modi matrimonium intra metas contractus pure naturalis se continuit: Unde

nec signum fuit gratiae hominibus conferendae. Et idem dicendum est de aliis, si quae fuerunt in lege antiqua quae futuram gratiam significabant, et non quia nullam sanctitatem operabant in suo usu non habebant rationem sacramenti.

4° Excludit e sacramentorum ratione, oleum, la tonsura, Professio Religiosa, Benedictio Abbatis et id genus alia; quia dum et si quodam modo consecrant homines Deo, et aliquo modo significent veram animae sanctitatem, scilicet gratiam sanctificantem, praedicta non sunt directa et infallibili significatione gratiae conferendae, scilicet quia non sunt directe instituta ad significandam eam gratiam ab aliquo illius in directe significationem infallibilem illius; ea enim omnia sunt ex institutione humana, quae dare nequit infallibilem significationem gratiae ut conferendae.

5° Cum Patre Suarez contra Canum, et contra Cardinalem de Lugo, apud quae illi sectione 2a. a numero 20., a sacramentorum consortio sacrificia veteris legis, etiam illa quae offerebantur ad expiationem peccatorum. Ratio est quia haec sacrificia quatenus talia directe instituuntur ab homine, ut eadem offerentes pro expiatione peccatorum significent cultum, quem Deo praestant ut supremo Domino habenti in propria potestate remittere peccata, non vero instituta sunt directe, primario, et principaliter ad significandam infallibiliter gratiam conferendam.

sive

sive offerendi, sive pro quo affert. Et si simul instituerentur directe, et infallibiliter hoc significarent, et aliunde assumerentur in caeremonias sacrandi homines Deo, tunc sortirentur simul rationem sacramenti, et sacrificii: cum neque formaliter sacrificia essent sacramenta, neque e contra, nec tunc modo de facto est. Unde constat fuisse identice sacrificia et sacramenta, quod iam sciebamus, et nos cum ipsis contendimus.

6° sacrificium missae, etsi contineat ex parte rei oblatae aliquod sacramentum scilicet Christum sub speciebus, ipsum tamen missae sacrificium vitale, sive ipsa oblatio transiens non est verum sacramentum: 1° quia per illius oblationem non videtur sacerdos sacrari Deo in ordine ad illi exhibendos speciales honores, sed sacerdos iam aliunde sacratus exercet suam dignitatem exhibendi honores Deo: haec etiam ratio confirmat doctrinam [illegible] praecedentis.

2° quia non instituitur primario principaliter et directe ad significandam gratiam infallibiliter conferendam hominibus, sed ad hoc ut rememorantes passionem Christi cultum excellentem Deo exhibeamus ostendamusque nostram cognitionem excellentiae Dei habentis dominium altissimum, potestatemque sacrificandi personam divinam, nempe ipsius filium.

Cap. 3.

Nostra definitio obiectionibus impetita, solutionibus roboratur.

Dicies 1o Sacramentum debet definiri per
esse signum, imo per signum sensibile; sed nostra definitio
id non praestat; ergo etc. Maior ex eo probatur quod
nullum possit esse sacramentum quod sanctitatem sub ratione ex-
ternam non significet, et forsan practice, eam causando
quam significationem sanctitatis exigit vocis origo)
nomen enim sacramenti a sacro deducit. Quoad 2am vero
eodem ex eo suadet, quod nullus nisi haereticus id hu-
cusque negaverit, qui solas ipsas promissiones internas
arbitratur esse sacra.

Deo concessa maiori, negando minorem; nam
licet in nostra definitione non ponantur expresse hae voces
signum sensibile, ponuntur tamen aequivalenter per aptio-
res. Etenim in nostra definitione dicitur significare gratiam
sacramentum, et esse caerimoniam sacram; sed signifi-
care gratiam est esse signum gratiae, et caerimonia quid
externum et sensibile; ergo in nostra definitione forsan per
aptiores voces dicitur sacramentum signum et sensibile.

Et quidem contra Haereticos probant Catho-
lici sacramentum debere esse signum sensibile ex variis con-
gruentiis; quas adducit Sanctus Aug. 3o de doctrina Christiana
cap. 3. Quaestione 33. Exigit duas religiosas ratio-
nes 1a est; quod cum homo a sensibilibus ad insensi-
bilia dignoscenda manuducatur, expediens fuit quod
sacramentum sensibile ad insensibilem gratiam, quae tanquam
illius fructum fruitur, moveret. 2a: quod cum homo
ex corpore et anima componatur, oportuit quod sacra-
menta sint sensibilia, ut in illorum administratione
corpus Deo subiiceret, illumque honoraret

sicut

sicut aiā per spiritualia Deo subiicitur, illum q̄ generavit.

Obiicies 2o ex adverso intendens probare n̄ esse de essentia Sacramenti esse signum sensibile, actus doloris, inquit, sacramentum poenitentiae essentialiter consistiens, et Xpi Dnus pro in Eucharistia continetur sunt insensibiles vid. ē, sensibus n̄ percipiunt, ergo conceptus sensibilitatis n̄e propriam sacrorum oium rationem quae hactenus sunt instituta.

Rn Coiter. n̄ requiri quod oia, quae in sacramento reperiuntur sentiantur per se et immediate sed sufficere quod sentiantur per aliud nempe sentiantur per aliud. Juxta quam solutionem asserit, qd dolor sentit per confessionem et Xpi Dnus et pore cibus per species sacramentales.

Dico 2o et forsan melius, denoiationem sensibilium convenire oibus sacramentis hactenus institutis. Verum n̄ esse opus, qd haec denoiatio conveniat illis roe oium partium; sed sufficere, qd roe aliquarum partium conveniat. Ad modum quo de hoē absolute enuntiat, qd sit corporeus, quamvis haec denoiatio de qualibet illius parte n̄ verificet, aiā n. n̄ ē corporea, sed spiritualis. Ita sacramentum poenitentiae sensibile, quamvis n̄ sentiat dolor, qa s. sentiunt confessio, et absolutio. Item sacramentum Eucharistiae sensibile ē, qa sentiunt species sacrales, lt n̄ sentiat Xpi Dni Corpus.

Obiicies 3o contra illam defini paulum ante circa institutione, verba illa Aug. sacra quandam similitudinem earum rerum, quarum sacra sunt

n. herent, cio. Sacram.ta n. essent: sed similitudo haec e. nalis, et e. etiam significatio; quod sacra.ta signa ad placitum sive ex divina institutione sed nalia.

n. sunt

Confrat: 1.o quia nam sacra.ta forent entia rois: significatio n. esset extrinseca, et sita in relatione signi ad significatum, quae relatio e. ens roi. Confrat 2.o illa 2.a obiect.e quam disput.e sequenti cap. 3. in tendit suadere, sacram.ta n. significare ex institutione divina, sed ex humana.

Ideo duplicem esse sensum Augustinianii asserui: Unum, quem dedi hic cap. 2o. fine; alterum, quem modo presto, s. s. Sed verum solum contendere sacram.tum here proportionem aliquam cum re quam significat; nam sicut aqua Baptismi (idem modo dic de reliquis sacram.tis) abluit corpus et maculas illius abstergit: ita gratia in Baptismo collata aiam quasi abluit, et maculas peccati detergit: et sicut cibus exterior nutrit corpus, ita gratia in Eucharistia collata nutrit aiam: nec significationem illam nalem agnovit. An vero naria sit similitudo sacram.ti cum gratia dicam disput.e sequente cap. 6. Cert.za 2.a. Confratio 2.a enervis e.: etsi n. significatio sit relatio rois n. cum eius illud rois absunt confictum sine fundamento. Ut videbimus disp.e sequente cap. 10; solum dr. ens rois, quatenus hoc idem valet apud aliquos authores quod denotatio extrinseca. Confratio etiam 3.a nil convincit, ut loco illo citato experiemur.

Obiiciunt 1.o P. Vasquez disp.e 128.a cap. 5. no 54. et aliqui ex Thomistis. s. Thome discipulis, contra illam defin. partem sacram.ti spetialiter hoc, ideo: hic concepta sanctificantis extrinsece

Quia

Ut si de facto oibus sacram.tis hucusque inditis convenit, et non accidentarium roi sacramenti ut sic; ergo inutile atque imperite ponit in defe sacra.ti ut sic. Ant.e ostenditur 1o: quia sufficienter constituunt sacramentum, ut sic, in quantum pro esse signum sensibile invisibilis gratiae. Ostenditur 2o: Nam cum sanctitas externa, et interna, non conveniant univoce, externa n. nil aliud est quam consecratio, seu segregatio a populo, aut deputatio hominis ad Dei cultum et honorem; interna vero est ipsa gratia sanctificans; unde liquet quod externa sit in proprie sanctitas, interna vero proprie; ergo non conveniant univoce in roe sacramenti, sacramenta vetera, quae sanctitatem externam, et nova quae internam conferunt seu causant.

Resp.o negando ant., et eius jam probationem, ut supra fecimus dispt. 2a. cap. 3: parag. Opinio etc.

Ad 2am, nego sequellam; etenim sacramenta vetera, et nova univoce conveniunt in conferendo sanctitatem externam, et in significando internam, (ut disputatione sequente cap. 6. (parte 3a dicemus) licet ipsae sanctitates inter se univoce non conveniant: sicut risus hominis, et risus prati non conveniunt univoce, et tamen voces illas significantes univoce conveniunt in representando.

Obiicies 3o contra candem defi. partem sacram. specialiter hoiem Deo: Haec verba diversis aplicata diversa significans; ergo faciunt defem equivocam, et consequenter malam. Consequentia valet. Ant. ostenditur; quia aplicata Baptismo significant consecrationem Baptisati in ordine ad profitendam fidem divinam: aplicata Confirmationi significant consecrationem confirmati in ordine ad eiusdem fidei defensionem: aplicata Poenitentiae significant consecrationi absoluti in ordine ad firmiter persistendum in reconciliatione

aplepta cum Deo, Vtiis de Caeteris sacrati: sed hae
speciales Consecrationes sunt diversa, Ursignificant abillu
verbu sacrare speciali; g° ea Verba diversi sacramen-
tu aplicata diversa significant. Confirmat seu explicat
a simili: qa si Ab diversis speciebus aplicatum
diversa significaret, nō esset rō generica, sed equivoca;
g° simili ea desu pari.

Deo sacram in parlevi Vga Baptismum,
duo here: tum esse sacram. tum esse tale sacramen-
tum: Et similr conferre duplicem Consecrationem; tam
genericam, seu quatenus sacramentum praecille e; tamspe-
cificam, seu quatenus tale sacram e. Qa diversa e in
singulis sacram Vt obiectu bene explicat; at de ea nō lo-
quit nostra defo sed de ia quae cōis et eadem e oibus
sacramentis. Durum ta meo consistit qd sacramta
in parlevi instituta sint Ut ea incipientes speciali ab
quant Deo per speciali obsequia, nimirum per fidei
professionem in Baptismo, per ejusdem Sacramentum in
Confirmationem Vtiis de ceteris Ut q Deus largiat au-
xilia in hoc obsequia prosequat. Ia vō ratio consistit
qd oīa sacramta instituta sint ad hoc Ut ea incipientes
honeste ac super: nali obsequant Deo, Ullumq colant
oportune ad promerendam Vitam Eternam, nō attran-
do Ala specialia obsequia Vga professionis, aut Sacra-
menti fidei; sed solum qd super nalia, salutaria, et
honesta Vtiis, Deusq moveat ad auxilia s: nalia
conferenda adeius mi obsequia. Ea nō sunt aliqua
quae sacrant, Vt nō in ordine ad supernalia obsequia
meritoria, neq. v. benedictio sacrat altare adeius
meritum, nec cathecumenos impositio manuum sa
cerdotis nec signum Crucis eo se armantes; ideo

ob distinctionem ab hoc mō sacrandi hoēs Deo dicit esse sacramentum sacrare hoēs Deo specia[li]ter idē ē Ut sacrat benedictio, manus sacerdotis, et signum crucis, sed alio speciali mō diverso, s. per ordinem ad obsequium supernale meritorium Ut sic.

Hinc in forma ad obiectū: ceō negando aņ. ad probationem nego maiorem: Nam sicut in his pp.^{ibus} hō ē āl, equus ē āl, predicatum genericum āl n̄ significat differentias hōis et equi, sed precise predicatum in quibus generice conveniunt hō et equus, s. vivens sensibile; ita q.do de sacram.^{ti} in particulari fiat generica def.^{o} sacram.^{ti} in cōi s. aliqua eius pars Ut sic, Baptismus sacrat specialiter hoēm Deo; Confirmatio sacrat specialiter hoēm Deo, Ly specialiter sumtum generice n̄ significat specialem modum specificum sacrandi eorum sacramentorum, nempe Ut ea suscipientes obsequantur Deo determinate per fidei professionem, et determinate per eiusdem fidei iuramentum; nam si hoc significaret illud adverbium specialiter, exprimeret, n̄ iam modum cōem oībus sacramentis sacrandi, sed modos specificos et particulares, nec iam esset pars def.^{is} genericae sed specificae. significat itaqȝ illud adverbium potissimum in def.^{e} sacramenti Ut sic specialem illum, seu distinctum modum sacrandi quem het sacramentum in cōi nempe in ordine ad cultum, seu obsequium supernale meritorium Ut sic; quem n̄ habet cerimonia in impositionis manus super cathecumenos, benedictio altaris, formatio crucis, la tonsura, aspersio aquae benedictae ettª.

Ad minorem, s. eam nega quoad 2.^{am} partem; s. distinguo, sed hae speciales consecrationes sunt diversae et 2um q.d conveniunt generice significant ab illis verbis sacrare specialiter. Concedo minorem; 2um quam diversitatem, seu 2um q.d sunt specificae consecrationes et

propriae singulorum sacrorum: Ut talia sacra sint sig-
nanda ab illis verbis nego min. Quia ea verba non
sunt imposita ab hias speciales specificas consecrationes cla-
re distincte significandas, sed ad solam genericam specia-
lem. ad consecrationem concedo totum. Dixi autem
proxime ea verba <u>sacram specialiter hominem Deo</u> dicen-
tis sacramentis applicata idem significare, s. consecrationem
omnium sacramentorum communem seu genericam et adhuc specialem;
quia non repugnat aliquam rationem esse genericam, et specialem;
talis enim nostra est; generica quidem, ut comparatur cum
suis specialibus; specialis vero, inter reliquas rationes generi-
cas. Id enim est quoddam genus speciale.

Obiicies 6o et ultimo: Martirium non est sa-
cramentum; sed nostra definitio convenit martirio; ergo
nostra definitio convenit alii a sacramento. Maior et
consequentia ex se constant. Minor probatur: Nam Martirium
est signum quoddam sensibile quod sanctificat subiectum, et
significat, imo confert ex promisso divino infallibiliter
gratiam sanctificantem ex opere operato.

Dico negando minorem. Primo quia Martirium
non est caerimonia sacra instituta a Deo, vel Ecclesia, qua-
les debent esse caerimoniae de quibus loquimur in nostra
definitione. 2o quia martirium a tyranno est, et insti-
tuitur, non a Deo. Ad probationem minoris, rectissime
et acute Cardinalis de Lugo, Martirium, licet sig-
nificet, imo conferat gratiam ex opere operato; non tamen
esse caerimoniam sacram institutam ad gratiam significan-
dum per illam: Nam si esset talis, deberet poni a Mi-
nistro ex eiusmodi intentione: sic enim omnia sacramenta
ut valida sint, debent fieri a Ministro cum inten-
tione ~~explicita~~ s. implicita faciendi sacramentum, et signifi-

candi id ad quod ministrum est tale sacramentum; Nam cum nec signa non significant, nisi ex intentione operandi. Minister autem Martyrii nullam talem intentionem habet: et si habeat contrariam omnino intentionem, adhuc martirium operabitur suum effectum gratiae in Martire: quo martyrium non operatur per modum sacramenti.

Instabis: Martyrem ipsum esse ministrum, qui acceptando mortem, et subeundo illam, videtur aliquo modo ad illam cooperari, et consequenter apparet tamen nil deesse Martyrio ut sit sacramentum. Sed eque sapienter et acute noster Cardinalis id nihil probare; quod si Martyr inquit, non haberet intentionem operandi sacramentalis, imo haberet contrariam, et invictus occideret solumque nollet negare fidem, de reliquo mortem modis omnibus fugere curaret, adhuc martirium operaretur suum effectum: non habet quo martir intentionem significandi per illam actionem acceptandi mortem et subeundi illam. Quod clarius constat in infante, qui in odium fidei occidit, et de quo certum est, non posse esse sacramenti ministrum, cum ad illud ministrandum nullam possit intentionem habere. Hanc auream sapientemque solutionem, ac de martirio doctrinam debeo precipue Cardinalitiae purpurae: fateor. Ingenui est pudoris est fateri per quos profecerim, aiebat Plinius; video alios, omnia sibi attribuentes, et me hercle insignes sunt plagiarii. Secundo 4a varias quaestiones circa sacramenti materiam cursim expedit. Cap: 1um an facramentum? pro fidelibus sit omnibus?

Loquebantur de libros aginos

Negat P. Suarez, atrat P. Vazquez. Verumtamen ego miror quod ipse miratur esse qui doceat oppositum. Utrumque refert Cardinalis de Lugo sed. 9a. ano 39. qui in merito Patri Suarez subscripsit. P. Coninck in hac q. 64. art. 2. dub. 2. no 47. censet sacramentum pro fratre nec esse ens reale, nec rationis sed ens morale medium inter utrumque quem ad modum dignitas regia, doctoratus, et id genus alia. Prolixe diluenda, cum qua sine dubio multum de voce disceptatur.

Dico 1o. sacramentum fratre ut tale nil dicit fictum. Probatur facile: quia sacramentum fratre ut tale nil aliud dicit, quam ipsius essentiam; sed eius essentia nil est fictum; ergo etiam. Minor probatur 1o a priori; quia eius essentia tantum involvit ex rei ipsius et institutionem divinam non revocatam, qua reddunt signa gratiae, et sacramentia hominis Deo; sed nil horum est fictum; ergo etiam. Sed 2o ostenditur eadem minor a posteriori: quia si essentia sacramenti involveret quid fictum simpliciter esset verum in rigore loquendo non dari re ipsa sacramenta in Ecclesia, (quod male apud Catholicos audit) quia non darentur revera sed solum fictione tota essentia rei, cum haberet revera sed solum ficte ipsa rei.

Dico 2o: in ipsis rebus, quae in signa gratiae et in sacramenta instituuntur, nil est reale intrinsecum tali signo esse. Sed solum contendisse ~~tale~~ videtur

P. Vasquez. Prob. quia esse signa ad placitum (hominum esse sacram. dicemus infra) non est aliud, quam ab alterius bene placito sig. esse instituta, et ad significandum directa: at hoc nil est intrinsecum in ipsis, sed in instituente, et voluntate dirigente: sicut in colore viso non est intrinsecum esse visum, sed in petro vidente intrinsece affecto visione coloris: unde sicut non est opus ulla fictione ad cognoscendum parietem esse visum, quia paries cognoscit per se, et tamen visionis cognoscit visio separata extrinseca parieti, quae omnia videant: ita ad cognoscendum Baptismum v.g. non est opus ulla fictione, quia res omnes quibus materia componitur sunt reales, et tamen illa significandi gratiam debet semper concipi extrinseca, in quo nulla fictio intercedit.

Dico 3o: sacramentum non consistit formaliter in ente morali medio inter ens reale et fictum. Prob. 1o a priori: quia sacramentum non est aliud ab ipsis rebus physicis, quae instituuntur in consecrationem hominum supra explicatam, et in signa perfectae sanctitatis, et ab ipsa institutione non revocata per quam sic instituuntur: his namque tribus intellectis apprehenditur satis sacramentum: at in his tribus non clauditur aliquid morale medium inter reale et fictum, sed res physica, realis institutio, et realis non revocatio, ergo in sacramento formaliter non involvitur illud morale.

Prob. 2o: quia illud morale ponitur a Pe Egidio. P. Granado, et aliis admittentibus ipsum hoc etiam moralia media, ut res physicae constituantur significantes gratiam: ad hoc autem est inutile quia constituuntur significantes gratiam ab eo, quod ab illis deveniat mens in cognitionem gratiae; eo autem praeviae

q̃d mens cognoscat ea vià, primo eas physicas res; 2um institutionem realem ipsarum ad gram significandam et conferendam; 3. talem institutionem non revocatam nulla roē facta velim aliquid morali- tatis resultantis condicionibus a rebus physicis, deveniet mens in cognitionem grē. Ut pt.ᵒ, q̃ illud ens morale medium ē in utile.

Obiices 1ᵒ: In ablutione Baptismali nil reale intrinsecum ē significare infallibiliter gram conferendam, ut liquet; ergo signum. Rñeo neutrum ex his esse; sed esse quid reale extrinsecum, supposita ipsa entitate ablutionis, nimirum divinam institutionem qua reddit extrinsece signum infallibile grē. Sicuti colorem esse ab extrinseco visum nil ē intrinsecum colori, neq. reale, neq. fictum sed extrinsecum reale .s. reali extendia visionis infallibilitate visiva. Sed hinc

Obiices 2ᵒ: ergo talem ablutionem esse signum gratiæ ē extrinseca denotatio rei ablutionis, at extrinseca denotatio ē opus rōis comparantis rem denotantem cum re denotata; ergo talem ablutionem esse signum gratiæ ē opus rōis. Rñeo dico. 1ᵒ, q̃d si quid probaret obiectio non esset ablutionem esse signum gratiæ per aliquid intrinsecum signum in ipsa, sed actum realem intellectus comparantem ipsam cum institutione divina, afficiendo ipsa. 1. sic institutam esse.

Rñeo 2ᵒ ablutionem esse signum gratiæ per denotationem extrinsecam obiectam non formale: hoc ē opus rōis (cum intelligas quid signum, sed actum intellectus comparantis rem denotantem cum denotata. Secus illa. Nam denotatio extrinseca obiecta ē obiectum q̃d afficiens

asserentes ablutionem sic esse instituendam: hoc autem obvium non est aliud, quam dari re ipsa talem institutionem respective ad ablutionem, sed tantum denominatio a ipso actu, qui sic asserit. Pro his denominationibus obliquis, et solis, vide Lugonem n° 228.

Obiicies 3. res significant ad placitum etiam transacta voluntate imponentis significationem, ideo scilicet ratione perseverantiae moralis talis voluntatis; atqui perseverantia non est physica existentia, scilicet duratio eius voluntatis, alioqui non transisset; neque est aliquid chimericum, quia independenter a fingentibus chimeras significant ad placitum res, etiam transacta voluntate instituentis; ac denique non apparet quidpiam aliud physicum, in quo talis perseverantia sita sit; ergo constituenda est in aliquo morali medio inter physicum, et chimericum.

Respondeo duo. Primum, hoc argumentum tamen praesentem non videtur momenti. Nam sacramenta significant infallibiliter gratiam a voluntate divina in re locata, nec solum moraliter, sed etiam physice per totam aeternitatem existente. Secundum, absolute caret nervis. Nam tamen perseverantia moralis alicuius voluntatis in ordine ad significandum non est aliquid medium inter signum et reale, sed est ipsam voluntatem physicam praeteritam, et non retractatam realiter obiici memoriae hominum, scilicet esse potestatem proximam ut obiiciatur, quae dicitur causa dici moraliter scilicet virtualiter perseverans in ordine ad significandum; nam pro ut in eis circumstantiis per inde se gerit, ac si physice perseveraret. Cap. 2. An necessum sit ad rationem sacramenti esse signum stabile, et permanenter durans.

Prima sa. affirmat: ita P. Suarez sect. 3. porag. dico 3. et tamen quam sequuntur P. Granado et P. Navarrus ponentes stabilitatem in ista def. sacramenti, ut dix. int. 2. cap. 3. vidimus. Probat 1o P. Suarez ab inductione: qa oia sacramenta de facto instituta sunt stabilia, ut constabit per currenti singula; hinc ergo coniiciendum erit id esse de conceptu sacramenti. Probat 2o: qa sacramenta sunt ritus sacri ut fideles conserventur Deo, et uniformiter in eandem Ecclesiam conspirent; sicut ergo Ecclesia stabilis, ita et ipsius sacramenta. Probat 3o: qa solo titulo eius non stabilitatis excludi possunt a ratione sacramentorum non multa, quae sacramenta non sunt; ut verba illa Xpti Dni ad Magdalenam: remittuntur tibi peccata tua. Similiter in sufflatu Xpti ad Apostolos Joannis 20 dicendo: accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

2a sa. e quorundam recentiorum omnino significantium oppositum: seu non esse de conceptu essentiali sacramenti ut sit, quod stabile ac permanens sit. Quam probant debitum esse ex natura rei aliquas species sacramentorum vage et indeterminate stabiles esse, ut foret miraculosum instituere sacramenta, et nulla stabilia instituere. Quam non esse ratum ter accidere nequeat (etiam ex natura rei et secluso miraculo) institutio alicuius sacramenti non stabilis. Probant 2um primi 1o et 3o verum dicunt; sed 2o a veritate aberrant:

Ideo ex ratione quam unice probo. 2º quia uni-
tas et uniformitas Ecclesiae ex natura rei exigit ut fide-
lium ritus et caeremoniae, quibus convenienter omnia mem-
bra Ecclesiae praesentia et futura colligantur in unum.
sed eiusmodi ritus et caeremoniae stabiles ac perma-
nentes sunt sacramenta; quae etiam saltem sacrata de-
bent ex natura sua exigentia Ecclesiae unitate et uniformi-
tate stabilia ac permanentia.

3ª sententia negat. Ita cardinalis Hugo sect.
3ª nº 48. cui libenter subscribo. Dico igitur 1º
contra 3am sententiam non esse de ratione sacramenti eam sta-
bilitatem. Probo 1º solutione argumentorum, quae
probatio satis sufficeret. 2º. Nam illa quae tradunt
sunt conditiones, quas in nostra definitione sacramenti exi-
gimus, etiam praecisa eiusmodi stabilitate, quae cum
reliqueret a ratione sacramenti.

Dico 2º contra 2am sententiam, quod etiam ex
impositione institutionis sacramentalis posset Deus absque
ullo miraculo nullum penitus sacramentum sta-
bile instituere. Probatur: Nam nulla apparet
exigentia contra quam peteret miraculum semel
institutis sacramentis et nullo instituto stabili,
ergo etc. Probatur antecedens: quia haec exigentia maxime
posset fundari et ut ipsi adversarii contendunt
in unitate et uniformitate Ecclesiae exigentis com-
fidelium ritus, quibus convenienter omnia membra
Ecclesiae praesentia et futura colligantur in unum;
sed eiusmodi unitas Ecclesiae abunde fundat
exigentiam continuationem quorundam sacrorum ritu-
um, sive illa sint sacramenta, sive sacrificia
sive aliae caeremoniae (verum Deum colendi.
ergo non apparet exigentia, cui detrahat derivari sit
ex natura rei, semel institutis sacramentis, penitus eorum

aliquas publice instituere.

Ad 2. fundamentum dico illud vero aut esse dubium, nec valere ergo. Est dubium enim: quia verosimile est impositionem manuum Moysis super caput Josue, per quam ille contulit spiritum sapientiae (Deuteronomio cap. ultimo) fuit sacramentum significans gratiam legis novae, et consecrans Josue in ministrum domini. Nec valet ergo quia non est argumentum ab actu, quo de facto sunt sacramenta, ad negandum alia posse aut sacramenta esse. Idque exemplo confirmo: quia si Deus institueret cerimoniam aliquam sacram et stabilem signum infallibile gratiae, et in consecrationem hominum in ordine ad obsequia Deo praestanda valde diversa ab his in quo de facto diriguntur sacramenta procul dubio talis cerimonia esset sacramentum etiam iuxta de fem. ipsius doctrinam Suarez.

Ad 3. dico argumentum esse solvendum ab ipso Suario; nam etiam fideles debent unanimiter convenire in ritu sacrificandi; sed interdum sacrificium aliquod institutum est non stabile ut videre est tunc in lege naturae in immolatione Isaac, quam Deus praecepit Abraham; tunc in lege gratiae, in sacrificio cruento Christi domini in cruce semel tantum oblati. Et sicut non obstante uniformitate fidelium in sacrificando, potest aliquod sacrificium esse instabile, et diu permanens; ita non obstante uniformitate in sacramentis, potest aliquod institui non stabile. Quam obrem argumentum directe recto, ad unitatem et uniformitatem eccl. sufficere quod fideles habeant sacros ritus plures et eos quos ritè et stabile exerceant, non vero est nimis

in nulla ocasione instituit ritum aliquem sacrum
extraordinarium pro ea dumtaxat occasione.

Ad 3um vero verba Xpti Dni ad
Magdalenam satis diximus supra esse exclusa
a roe sacramenti, quae de sua institutione non conse-
crarunt mulierem illam, nec consecrare poterant
ex vi talis institutionis in ordine ad specialia obse-
quia salutaria seu meritoria exhibenda; sed mere
esse fuerunt verba declaratoria remissionis divi-
nae. Deinde insufflatio illa Xpti Dni dicentis
Apostolis, accipite spiritum sanctum etc. non cum
ea fuerit sacramentum, ut bene notat Cardinalis
Lugo no 92. contra Cuoreli; nam per insuffla-
tionis ceremoniam ordinati sunt apostoli sacerdo-
tes, vel saltem eorum ordinatio completa est quoad
potestatem absolvendi a peccatis, non autem suscipiendam
quando in ultima Cena potestatem acceperunt consecran-
di Eucharistiam, et offerendi sacrificium legis no-
vae.

Dices: Ecclesia non utitur nunc insufflatione
quando Presbiteros ordinant; sed si Xpus Dnus per
insufflationem Apostolos ordinaret eadem uteretur
Ecclesia; seu Ecclesia variaret modum ordinandi.
ergo etc. Nego ad minorem cum P. Vasquez
quem ibi sequitur ipse Lugo, quia in materia et for-
ma sacramentorum aliquid fuit ab ipso Xpto
Dno institutum pro tempore sequenti aliud vero
fuit ad vel etiam ab Apostolis aliquando variari;
cum n. esset author sacramentorum, exercuit
per potestatem excellentiae quam habuit aliquam
una ipse usus, aliam vero pro sequenti tempore prae-
scribere. Ad multa exempli potest Vasquez

Quamvis ergo nunc insufflatio non adhibeatur, adhibetur in loco illius manuum impositio cum eisdem verbis, accipite spiritum sanctum quorum etc. sicut etiam nunc ordinant sacerdotes per traditionem Hostiae, et calicis cum vino et aqua non consecratis, sicut Christus nec illam materiam apostolis non tradiderit, sed corpus et sanguinem suum iam consecratum.

Ad 2um seu fundamentum dico ex supra dictis unitatem et conformitatem Ecclesiae solum fundare exigentiam aliquorum rituum seu Cerimoniarum stabilium colendi Deum: non individuate exigi ea esse sacrata. alia praetermittenda sunt ut aliis forsan gravioribus locum demus. Cap. 3. Utrum sacramentum sit gratiae signum ad placitum, an naturale.

1a sententia docet esse signum ad placitum ex mera divina institutione significans gratiam. nec posse esse naturale quia nulla res sensibilis inquit potest habere ex sua natura connexionem cum gratia ut eam significet conferendam. Ita P. Suarez et P. Vasquez apud Cardinalem de Lugo sect. 3. no 29.

2a sententia est ipsius Cardinalis dico asserentis 1o, De facto omnia sacrata et vetera et nova fuisse signa ad placitum, quatenus non ex sua natura significant ministerii, sed ex sola divina institutione significant gratiam. Quamvis posse esse sacramentum quod sit signum naturale gratiae; admittit enim potentiam [illegible] qualitatem

aliquam sensibilem seu malem et corpoream entitative, et nalem, quæ ex na sua et ex propriis intrinsecis habeat hanc connexionem cum gra conferenda, ut non sacrare homines Deo ad specialia obsequia ei præstanda. sed huic entitati nihil deesset ut foret sacramentum, et esset signum nale græ; quod esset. Cum autem ait Author esse signum nale non intelligit entitative et physice, sic n. supponit fore super nale, ut posset habere connexionem cum gra et pertinens ad ordinem illius; sed intelligit nale pro ut distinguit a signo ad placitum, sa. s. ex na sua habet significare gram, sicut fumus ignem.

Jam ego sam addo defendentem sacramenta vetera et nova, esse signa ad placitum græ, et simul nalia, sub diversa consideratione: quid vero de posti sit dm paucis ad exitum apperiam. Dico Ergo 1: sacramenta quæ de facto extiterunt, et quæ nunc existunt sumta pro mali, nempe cærimonia sensibili instituta ad conferendum infallibiliter gram, sunt signa infallibilia græ non ex propria na et entitate fisica, sed fisice ex divino bene placito. Probo: quia eius modi cærimonia sensibiles non habent ab intrinseco connexionem infallibilem cum gra conferenda, ut liquet; ergo ab extrinseco: sed non ab alio extrinseco nisi a divino bene placito; ergo ab hoc habent connexionem infallibilem cum gra conferenda. Cum autem ab eo fisice, a quo habent connexionem infallibilem cum gra conferendo, habeant esse signa infallibilia græ conferendæ, patet intentum.

Dico 2o: sacramenta fisice quatenus sacrata, idest, mortis non solum dicunt cærimoniam sensibilem, sed fram extrinsecam, reddentem cærimoniam instituentem signum infallibile græ conferendæ, sunt signa nalia græ conferendæ. Probo: nam eius modi fra extrinseca est divina voluntas efficax conferendi gram

ea cerimonia sensibili rite exhibita; sed ea voluntate in abstracto beneplacito sed ab omnis gratiis est connexa cum gratia, ac proinde illius ostensiva media nei cognitione: ergo sacramentum formaliter ut tale reduplicativa eius non forma est signum naturale gratiae. Confirmatur: quia ipsae voces humanae significantes ad placitum hominum res pro illis, sunt quidem naturaliter sumptae signa ad placitum per extrinsecam voluntatem directiva illarum in ostensionem talium rerum; reduplicata vero eius non forma extrinseca, nempe praedicta voluntate, iam reduplicat signum naturale rerum, quippe talis voluntas exprimit intrinsecis [illegible] ordo ad res illas. In quo videtur posse solum esse vocale dissidium.

Obiicies contra tum dictum: verba absolutionis sacramentalis, ego te absolvo etc. significant ad placitum hominum, a quibus imposita sunt ad significandam absolutionem a culpis; quod idem dici valet de formis Confirmationis, et Eucharistiae; ergo non omnia sacramenta sunt signa ad placitum divinum, sed aliqua sunt signa ad placitum humanum. Resp. aliud esse quod sacramenta habeant ex institutione hominum significare gratiam sive vere, sive falso; aliud significare vere, infallibiliter, et praesentialiter gratiam. Tum efficere potuerunt homines, nempe quod ea verba audita faciant audientes venire in cognitionem gratiae. 2. solus Deus efficere potuit, a quo fient sacramenta esse signa infallibilia gratiae.

Obiicies 2. ea species in aecl. casta (Aug. verba si sacramenta quandam similitudinem earum rerum quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Videtur non imponere S. Doctor sacramenta ex se et natura sua significare suos effectus. Resp. duplicem esse horum verborum sensum: 1. explicari [illegible]

cap. 1. ; 2um. cap. 9. Arriaga probat sacram.ta esse signa nalia gr.æ iuxta pro malis. Ergo nec pro-bat esse signa. Probo: q.a solum dicit Aug. sacram.ta habere quandam similitudinem earum rerum, quarum sacram.ta sunt; sed similitudo n. sufficit ut unum sit sig-num alterius; g.o etc. Probo minorem evidenter ex eodem Aug. alibi expresse aiente, unum ovum esse simile alteri, et adhuc n. esse signum illius; g.o ex eo precise q.d aqua Baptismi abluens corpus habeat similitudinem cum gr.a mundante aiam, q.d asserit Aug. n. arguit aquam Baptismi esse sig-num; sed ad summum esse similem gr.æ.

Tam v.o an potius sit carimonia sensibi-lis, seu qualitas quædam s.r nalis externa corporea et visibilis, quæ sit signum infallibile nale gr.æ con-ferendæ significans illam propter intrinsecam et essentialem connexionem cum ipsa, et insuper homines pro spectat.r sacram.ti afrative r.et, ut vidimus, P. Lugo. et pro-bari potest 1.o ex dicti argum.to; n. involvit manifestam implicationem; g.o etc. 2.o ex solutione obiectionum. 3.o, q.a potius e h.o (in plurium sa.) ab intrinseco sanctus et impeccabilis cui debito connali debeat gr.a sanctificans; sed hoc plus e quam potentem esse qualitatem sensibilem habentem ex nâ sua connexio-nem cum gr.a, ut hanc solum significet; g.o si potius e h.o habens connexionem cum gr.a sibi ex propria nâ et intrinsecam gratiæ debita, a fortiori possibilis erit prædicta qualitas, quæ verum sacramentum esset, et in roe signi n. esse signum ad placitum gr.æ, sed nale.

Probat 1.o P. Lugo. (et hac sola roe ipse ducit reliquas in ipsius gratiam addidi) nam si-cut Caracter Baptismi, inquit, Confirmationis aut Ordinis, e qualitas quædam ex sua nâ et entitate intra

ordinata ad significandam gratiam sacramentalem, cur non possit dari aliqua naturam qualitas, aut res sensibilis, et realis, quae extra sua connecteret cum gratia, et hanc significaret praesentem vel futuram et non repugnaret ex eo, quod esset realis. nam P. Herice qui cum alius conceptum supernaturalis explicat per ordinem et connectionem cum gratia, docet vbicationem corporis Christi esse realem seu corpoream, et similiter dotes corporis gloriosi in patria esse reales. et videatur eundem authorem 2a parte Tomo 2o disputatione 48. num. 37. et 40., tum vbi Eucharistiam, quam dotes gloriosae sunt supernaturales, ac proinde et habent connectionem cum gratia, et sunt reales.

Decissio huius difficultatis pendet sine dubio ab illa celebri quaestione, in quo natura consistat conceptus supernaturalis entis? Quam exprofesso hic agitare, non est. nec obiter indicare, decet; ea enim a nobis alibi accurate discutietur. Interim vel affirmative partis nobis adhibite, manu lauti illo quadruplici fundamento; vel iuxta propria principia circa conceptum rei supernaturalis discurrite, vel hoc iure suum suspendite, dum res altius pro vtraque parte non discutitur.

Aduertimus notandum ex doctrina Sancti Thomae cuius supra meminimus disputatione 2. cap. 3 initio sacramentum significare tria: tum gratiam conferendam, et Christi passionem, cuius merito ipsa gratia confertur, et gloriam, quam gratia seminat, et perseverans meretur. Hoc tamen discrimine, quod directe significat gratiam, indirecte vero denotat passionem vt sui causam, et similiter indirecte denotat gloriam, vt eius passionem effectum. Cap. 4. an significatio Sacramentorum de conferenda gratia sit effectiva, penitusque infallibilis?

Pars affirmativa est certa, et adhuc probatur unice, sed efficacissime: quia significatio sacramentalis nititur ex providentia efficaci, promissione, seu acceptione divina de gratia conferenda rite exhibitis actionibus sacramentalibus; sed ea significatio est penitus infallibilis effectu, et incompatibilis cum eo quod gratia non conferatur prout significat, nimirum prout efficaciter decrevit, seu asserit conferendam; nam alioqui Deus seu esset in decretis efficacibus frustrabilis, seu in promissis infidelis, seu in assertis mendax; ergo significatio sacramentalis est penitus infallibilis, et effectu vera.

Obiicies adhuc 1o: qui pronuntiat verba sacramentalia, nempe minister humanus, non est praeditus perfecta veracitate, et sapientia, potest namque fallere, et falli; ergo non est omnino infallibile, quod ita eveniant quae ab ipso significantur, et dicuntur. Pro solutione: quia infallibilitas dicta nititur in veracitate et sapientia Dei significationem imponentis, sed a perfecta veracitate et sapientia, quibus nec fallere, nec falli potest ipse pronuntians eiusmodi dictum.

Dicunt aliqui clare, ministrum rite ministrantem non operari tamquam proprio, sed nomine Dei providentis loquendo, ac si haberet perfectam veracitatem et sapientiam. Ceterum non curo alias obiectiones, sed assertiones, concesso antecedenti nego consequentiam. Ad probationem dico, infallibilitatem [illegible] non sumi a veracitate, et sapientia Dei, ut cum [illegible] imponentis verbis significantibus; sed seu prout

promittendi, & deserviendi & asserendi ea rite probare & verificare: Et quidem (ut est evidens) comporti nequit eorum falsificatio, sic a Deo se gerente, quod accidit in institutione sacramenti.

Obicies 2º: quia si quis peccata confiteatur quorum poenam et culpam antea dimisit (ergo quia perfectissimum elicuit actum contritionis) non erunt vera absolutionis verba, quando quidem tunc poenitens, neque a peccato, neque a reatu peccati absolvitur. Resp. etiam tunc esse vera absolutionis verba, quia ea significant ministrum eius sacramenti quatenus est ex se remittere peccata, quod semper est verissimum, quia sua actione inducit gratiam habitualem sufficientem de se ad remittendum peccatum, si aliunde non sit impedimentum, lo quod tamen nihil dimittendum super sit. Itaque in hoc casu minister induceret augmentum gratiae quod si erat in gratia, & si homo non inponeret iam in gratia, aboleret peccatum.

"Obicies 3º: saepe sacramentum non coniungit cum gratia; ex variis defectibus, & intentionis in ministrante, & dispositionis in suscipiente, & requisitae materiae; sed tunc non est vera significatio gratiae conferendae; ergo ea significatio non est semper infallibiliter et vera.

Resp. nunquam in iis casibus significationem sacramentalem falsificari: quia si defectus talis sit, ut sacramentum sit nullum, cum in eo casu sacramentum non detur, nec datur significatio sacramentali, sive vera, sive falsa. Si autem iste sit defectus qui sacramenti effectum (gratiam) impediat non valorem, significatio sacramenti erit etiam verissima quia tantum affirmat conferendam gratiam a sacramento sine talibus defectibus existente: quod semper verissimum manet, quamvis in praesentia eorum defectuum gratia desit.

Hinc natum illud: nescit homo sacramenta recipiens an amore, an odio dignus sit, quandoquidem significatio sacramentalis de conferenda gratia sanctificante sit semper infallibilis; quia numquam omnino certo constat sufficienti sacramentum an defectu aliquo ex praedictis sacramento subrepserit. Cap. 3. An sacramentum ut sic ponendum sit sub genere signi, an genere causae?

Ia sententia docet ponendum omnino sub genere signi, et non sub genere causae. Ita Thomistae, quibus clare favere videtur S. Thomas hic art. 1. ad 1. 2a sententia docet tantum esse ponendum sub genere causae. Ita alii authores, quibus videtur suffragari P. Suarez, apud Lugum Cardinalem. 3a sententia defendit ponendum esse sub genere signi, et sub genere causae. Sic docet Cardinalis de Lugo hic disputatione 1. sectione 3. Iudicio omnes hae sententiae veritatem attingere, iuxta varias comparationes sacramenti. Ut ut intelligatur suppono, sacramentum comparari posse 1. cum sola gratia, quam conferendam significat; 2. cum sola consecratione speciali hominis ad divina obsequia praestanda; 3. simul cum gratia et consecratione, sive illa imperfecta sanctitate.

Dico igitur 1o: sacramentum in comparatione cum gratia praecise ponendum est praecise sub genere signi. Probatur facile: quia ut sic eam non causat, sed solum significat; ut probavi contra Lugum et alios disputatione 2. cap. 2 a paragrapho. 3a sententia contra [illegible] capite 1o: ergo contra confirmatur: quia si sacramentum ut sic esset causa gratiae, sacramenta antiquae legis non

n̄ essent sacra^ta similiter gram̄ n̄ causabant.
Juxta florentinum et hoc solum intendit S. Tho.
ad q̄ hac sola ductus comparatione sacra^ti cum grā eam
doctrina bene tradidit de sacra^to solum ponendo
sub g^e signi.

Dico 2. sacra^tum in co^i comparatum pre-
cise cum sanctitate illa imperfecta, seu consecra-
tione, quam confert recipientes digne sacramentum,
ponen ~~tantum~~ ~~ē sub~~ g^e causa: Prob. qa illam
conffert et causat moralr saltem per de nationem
extrinsecam; g^o etta. Et forsan hoc solum conten-
dunt Authores 3^e opinionis.

Dico 3. Sacra^tum ut sic comparatum cum
grā, et cum sanctitate externa simul, ponendum ē
sub g^e signi, et sub g^e causa. Prob.: qa ē signum
grā, et causa illius sanctitatis externa: g^o etta et
hoc forsan intendunt aliqui ex authoribus 3^a sē.
Dixi aliqui qa plures (quorum unus ē cardinalis
de Lugo) concedunt sacra^to ut sic causalitatem et sig-
nificationem circa solum gratiā. ac proinde alr ac nos
comparant sacra^tum, et consegr alr defendunt ~~tum~~
conclusionem.

Obiicies: eadem species esse n̄ potest sub duo-
bus generibus diversis n̄ subordinatis qualia sunt genus
signi, et genus causa, quorum neutrum alteri subordi-
nat, neq. n. oīs cā ē signum, neq oē signum ē causa;
g^o sacra^tum ut sic n̄ potest simul esse sub g^e signi et sub
g^e causa. Mirum ē quantum terruerit theologos
hoc argumentum: mirum insuper quantum fidant illi
dūt, qd quasi axioma sanctissimē amplexant: ego uo
triplici solutione argumentum dissolvo, fac sit deus. S. una
placeat.

placeat:

Resp. 1o. omi timore remoto, non admittendo, sed distinguendo ant. eadem species esse non potest sub duobus generibus diversis non subordinatis, in rebus physicis, omitto ant; in rebus moralibus, nego ant. Et quidem quis neget sacramenta, tum in significatione, tum in causalitate habere multum moralitatis? Quis etiam negabit furtum et sic rei sacrae simul esse sub genere in iustitiae, et sub genere irreligiositatis; iniustitia autem et irreligiositas sunt genera diversa; ergo eadem species in moralibus esse potest sub diversis generibus ~~et sub~~ duobus non sub ordinatis.

Resp. 2o. et aptius distinguendo etiam ant: eadem species esse non potest sub duobus generibus diversis non subordinatis, quando genera sunt oposita, qualia sunt capii.. et at, concedo ant; eadem species esse potest sub genere ra non sunt oposita, nego ant. Hac ratione intelligendum esse illud velut axioma quod docet Cardinalis de Lugo tomo. de in Carnat. disput. 11. sect. 1. paragr. hic itaque esse ad medium. Tam ratione signi et causae non esse genera oposita. Sub simulacrum candidatis liquae; aiunt. n. et bene, fumum simul esse signum ignis, et causam lacrimarum, si oculos tangat.

Resp. 3o. ex eodem Lugo ibi alia antecedentis distinctione: eadem species eodem modo considerata esse non potest sub duobus generibus diversis non subordinatis concedo ant; diverso modo considerata, nego ant. Hac etiam ratione interpretandum esse axioma docet ibi idem Cardinalis. Quis autem neget diverso modo considerat sacramentum quando comparat cum sola sanctitate externa, ac quando cum sola interna, ac

gdo cum externa et interna simul ut audiat idem author ibidem parag. hoc argumentum etiam ubi ait: non est absurdum, si aliquod ens secundum diversam considerationem contineatur sub diversis generibus. afert plura exempla quae tibi legenda relinquo; lapsu cuiusdam ridiculosam verrigalandi obiectionis et ingratae lectoram triplici divinum solutionum flagello. Cap. 6. superstites quaestiones currendi calamo solvit.

1a Quaestio. Utrum sacramentum sit signum unius rei tantum? Dico cum S. Thoma hic quaest. 60. art. 3. in corpore, a sacro in communi, et quolibet sacramento in particulari, sive Mosaico sive Evangelico tria significari, scilicet passionem Christi, gratiam et gloriam ut expelimus supra cap. 3. fine. Asolum vero sacramentum novae iudicio (ut dixi disputatione 2a cap. 3. parag. 6a sua etiam) significari passionem Christi praeteritam, gratiam praesentem, et gloriam futuram, et consequenter ut primo esse signa rememorativa, ut secundo demonstrativa, ut tertio prognostica, sive praenuntiativa. easdem tres dictas significationes omnium sacramentis concedit Leander hic disputatione 2a quaestione 1a sed nobis utendum est divinis dictis.

2a Quaestio: an sit de esse sacramenti ut sic habere similitudinem cum gratia? Respondeo affirmative Magister et Vazquez, Graphius Archangelus, et Hugo Victorinus, quos dedi disputatione 2. cap. 2. parag. 4a sua etiam ex parag. 5am sam etiam probabant celebri illo Aug.

Testimonio li sacram.ta etc.a q. li attuli disp. 3.a 3. cap. 10 fine. Sed reo negative cum doctori- bus, si alia similitudo exigit ultra eam quam eo cap. 10 explicui. 1o q.a gratis illa alia similitudo exigit. 2o: q.a si defacto alia similitudo deman- dat, ut dixi disp. 3. cap. 8. parag. obiicies 3. etc. e q.a forsan n. potest institui sacram.tum ex aliqua re sensibile, quin hac habeat aliquam analogiam aut similitudinem cum gr.a, ea tn. directe n. exigit a sacramento. Testimonium S. Thom. ibi, et saepe alibi, sunt in her probatur.

3.a Quaestio: An ro com. sacramenti sit uni- univoca oibus sacramentis novis et antiquis? ne- gant aliqui. Affirat. cu. Patres Suarez, et alii quos refert et sequit. cardinalis de Lugo sect. 3. a no 47. quibus ex animo subscribo. Parte affirm.tiva probo 1o: Q.a concilia floren. et tri- dent. n. semel sacramenta veteris ac novae legis absolute, et absq. ulla limitatione sacramenta appe- llant: qd n. recte factum esset, si vetera analogi- ce tantum et improprie sacramenta fuissent: sicut q.a homo pictus ligneus et effigiatus, n. sunt proprie hoies, seu n. convenit illis univoce ro cois hois n. dicunt absolute hoies, sed cum restrictione ho pictus, ho ligneus etc.a, g.o si sacrata nova et vetera abso- lute, et sine ulla restrictione dicunt a conciliis la- tere, et sine ulla restrictione dicunt a conciliis, signum e rocum com. sacramenti illis uni- voce convenire.

Probat 2o: ratio e univoca re inferiorum, quae eodem nomine, et eadem significa- tione praedicat. de inferioribus, sed sacramtum utri-

eodem nõe et significatu prædicat de Sacratis
novis et antiquis quæ sunt eius inferiora; go
etta. Maior et coa constant. Minor ostendit:
qa sicut dicimus Baptismus ē sacramentum ita etiam
dicimus circuncisio ē sacramentum; et sicut in Lege
Evang. vox sacramentum significat cerimoniam ex di-
vina institutione sacrantem specialiter hoem Deo, et
significantem gram ut conferendam, similiter idem
significat in Lege Scripta. Confirmatur 1o: qa ideo
hō et equus conveniunt univoce in ali. qa hoc
eodem nomine et eodem seu simili significatu præ-
dicatur de utroque si hō ē aal, equus ē aal.

Confirmatur 2o: qa iuxta Aristotelem univoca
sunt quorum nomen ē coē, et rō importata per
nomen; sic se hent sacramenta nova, et vetera; go etta.
Confirmatur 3o: ea sunt univoca, de quibus redditur ea-
dem rō, quando rogatur cur talia sint; sed ita se hent
sacramenta nova et vetera; go sunt univoca. Prob.
minor: qa si rogetur, cur sacramenta antiqua sint
sacramenta? respondebitur, qa sunt cerimoniæ sa-
cræ ex divina institutione sacrantes hoem specialiter
Deo, et significantes gram ut conferendam. Rursus
si rogetur, cur sacramenta nova sint sacramenta? red-
detur eadem rō, qa sunt cerimoniæ sacræ ex
divina etta. go vetera et nova sacramenta sunt
univoca seu conveniunt univoce in rōe, a qua di-
cit; go hæc ē rō univoca et nō analoga ut communi.

4a Quæstio: An sacrificium possit esse
sacramentum? respondi disp. 3a cap. 2 parag. 5
cum P. Suarez etta. Posse in opera etenim

reali cerimonia coniungi non rationem sacrificii, sunt rationem sacrificii. Caeterum sicut et effectu nec sacramentum esse sacrificium, nec sacrificium esse sacramentum, etiam si sacrificium pro expiatione peccati offeratur. Vide P. Suarez in praesenti sectione 2a circa finem.

5a Quaestio: An Martirium sit sacramentum.

Non dubitandum est, quod martirium et conferat aliquam sanctitatem externam, cum per illud homo Deo devoveat et insuper habeat necessariam atque infallibilem connexionem cum gratia sanctificante, quam martir ex promissione divina per martirium in charitate assequitur. Respondetur negative in eadem disputatione cap. 7. in ultima 6a. cum Cardinali de Lugo.

6a Quaestio: An sacramentum institui potuit pro una solum et altera vice, aut ratione huius dumtaxat et illius personae? Resp. affirmative: quia ut probavi hic cap. 2 a parte. Et sacramentum essentialiter non est de essentia sacramenti esse cerimoniam stabilem, fixam et perpetuo manentem, quod poterit pro una et altera vice institui et pro hac et illa persona. Confirmatur: quia impositio manuum Moisis super caput Iosue (ut ibidem attigi paragr. ultimo) minimum fundamentum est quod fuit sacramentum ut tenet probabilius in nullorum sententia: illa quidem manuum impositione, inprimis fuit spiritus sapientiae et consecratus Iosue in ministrum Domini et significata gratia legis evangelicae. Sed cum sit sacramentum, si fuit, fuit, constat et pro una vice, et ratione unius non tantum fuisse institutum; quod erat.

7a Quaestio: an ad sacramenta requiratur

semper res sensibiles seu corporeæ? negant aliqui cum Ochamo opinantes possibilia esse ssta oio spiritualia. Et probant. 1a res sensibiles sive corporeæ sunt minima bona, sine quibus hõ recte vivere potest ut docet S. Aug. tom. 1. lib. 2. de libero arbitrio cap. 19. sed ssta sunt de necessitate salutis humanæ, et ita sine eis hõ recte vivere ñ potest, ñ go res sensibiles, sive corporeæ requiruntur ad sacrata.

Dum tñ e oio requiri ad ssta res sensibiles. Sic docent S. Aug. et S. Dionissius quos reffert et sequitur S. Thomas hic art. 4o. Probat 1o Angelicus doctor: qa hoi nale e, inquit, ut per sensibilia perveniat in cognitionem spiritualium. sed res sacræ, quæ per ssta significant, sunt quædam spiritualia bona, quibus hõ sanctificatur; go exper aliquas res sensibiles significatio ssti impletur, et ad ssta requiruntur res sensibiles ut hõ talem significatã consequatur. Probant alii 2o qa si sacrata ñ constarent rebus sensibilibus, ñ essent ssta humana, seu instituta pro hominibus, (de quibus nũ loquimur) sed essent sacrata quædam Angelica. Ad fundamentum oppositum dicit S. Thomas, Aug. ibi loqui de rebus sensibilibus Dum qd sunt in sua na, ñ autem Dum qd assumuntur ad significandum spiritualia, quæ sunt maxima bona.

Disputatio 2.

De materia et fra Sacramentorum.

Cap. 1.

An ssta legis Evangelicæ constent rebus et verbis.

A logica ad Phisicam explicationem esse ssti gradum

mo venies, examinandi partes quasi physicas, quibus sacramenta constent. Loquimur autem de solis sacramentis novae legis. Certum non est (ut ex S. Thoma, et communi Theolog. docet Cardinalis de Lugo disp. 2. n° 10) sacramenta veteris legis non constitisse rebus, et verbis, sed solis rebus: quod colligit ex cap. 17. Gener. 8. Levitici: et 12 Exod. ubi prescriptis ritibus Circuncisionis, agni Paschalis, et ordinationis nulla fit verborum mentio. Addit S. Thomas ingeniosam rationem congruentiae; nimirum fidem in veteri lege fuisse sub figuram, ideoque oportuisse, ut illi non adiungerent sacramenta ea claritate significationis predita, quae verbis inest; secus vero nobiscum agendum, qui clariorem fidem habemus. His positis.

Conclusio sit verbis Conc. sacra, et authoritate summi Eugenii 4ti in decreto pro instructione Armenorum quod habetur in fine Concilii Florentini, ubi enumeratis omnibus novae legis sacramentis sic subiungit ac definit Pontifex: Haec via sacrata tribus perficiuntur videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, quorum si aliquid desit non perficitur sacramentum. Tria in hac decisione continentur spectantia ad presentem controversiam. Primum sacramenta novae legis constare rebus et verbis. 2um res fungi munere materiae, et verba munere formae. 3um haec duo ita requiri ad existentiam sacramenti ut utroque vel eorum deficiente non perficiatur sacramentum. Singula percurramus: primum in hoc cap., caetera in sequentibus.

Primum tripliciter congruentia probat S. Thomas, la (alias omitto) desumitur ex similitudine et

Analogia Sti cum Xpto Dno; sicut n. in hoc verbum divinum coniungitur humanitati rei sensibili, ita oportuit in Sti verba adiungi rebus materialibus, ut in materiam suum referrent authorem. Quas alias vide apud Sugum citatum nº 2. Praecipua vº probatio e. tum definitio Pontificia, tum constans et perpetua Ecclesiae traditio, quae in oibus sacramentis agnovit necessitatem rerum ac verborum; tum ex sacra scriptura, in qua constat requiri res et verba in multis sacramentis, ut in Baptismo Eucharistia, et caeteris. Et quidem in Baptismo, Confirmatione, Eucharistia, Ordine et Extrema unctione reperiri res et verba, perspicuum e: sed obscurum vº qua roe in Poenia, et Matrimonio inveniantur.

Ideo Durandus in 4º dist. 1. quaest. 3. nº 8. et Adrianus de Baptismo quaest. 2. in fine, sentiunt contra communem Theolog. sensum non oia sacramenta novae legis constare rebus et verbis. Probant 1º ex sacramento Poenia, qd videtur perfici solis verbis, nempe confessione poenitentis, et absolutione sacerdotis. Probant 2º ex sacramento Matrimonii qd solis verbis perfici videtur; illis s. quibus coniuges mutuum consensum exprimunt. Probant 3. ex eodem Sto Matrimonii, quatenus potest confici solis rebus sine verbis, sentientibus ut fit, s. qdo celebratur per solos nutus: ergo Sta Poeniae, et Matrimonii non constant rebus et verbis. Mirum e in quas angustias hic argutus Durandus Theologos redegerit, ergo illi solutiones excogitatas sunt: iis omissis, quas fuse et docte proponit et vertat-

fugo dicta sive illa sect. 2a. accingor ad propriam mentem explicandam.

Vt legitimam praedictarum dictionum notionem venandam, observandum est inquirendum quid noe rei pro ut distincte a verbis intelligendum sit. Ex iis quae confluunt ad compositionem sacrati: alia munus obeunt pure significandum; alia vero etiam exercent munus significatorum. id cernere est in Baptismo, nam illa verba formae Ego te Baptizo etc. veniunt ad Sacramentum exercendo praecisse munus significandum, non vero significatorum per aliud signum. At ablutio concurrit ad compositionem Sacramenti non praecise fungendo munere significandi, sed significati per praedicta verba formae. similiter in Extrema Unctione illa verba formae per istam Sacram Unctionem etc. concurrunt ut significantia, ipsa vero Unctio ut significata. Idem constabit percurrendi singula.

Hoc posito, censeo nomine rei in sacrati intelligi id quod intrat in Sacramento non praecise fungendo munere significandi aliud, sed fungendo munere significati. Moveor ad ita iniciandum, quia Concilium Florent. loco citato definiens sacratum constare rebus et verbis, non sumit rei indistincta sua latitudine, nam ut sic etiam verba sunt res; ergo sumit rei in alio sensu magis coarctato. Nunc sic: hic sensus limitatior debet esse ille, in quo res usurpant ut Theologis in negotio Sacramentorum; sed nomen rei sive logis usurpat a Theologis cum Antiquis, tum Neotericis in nostra significatione; ergo nomen rei in nostra est usurpandum accipiendum est in negotio Sacrorum. Sic eo quidem est legitima.

Maior [illegible]: in ma definitiva seu doctrinale Sacri Canones ei extrahunt voces a recepta significatione, secus nil esset in definitionibus firmum, et erroribus pluribus pateret additus. Minor probatur: quia magister sententiarum S. Thomas. Scholus Hugo de Sancto Victore, et reliqui Theologi Communiter in Sacramentibus, seu saltem aliquo, distinguunt [illegible], scilicet rem tantum; Sacramentum tantum; rem et sacramentum simul: eamque divisionem explicantes aiunt, rem tantum dici in hoc negotio quod significatur et non significat; sacramentum tantum, quod significat, et non significatur; res et sacramentum simul, quod significatur, et significat; ergo in materia sacramentorum nomen rei frequenter sumitur pro eo quod significatur. Ratio autem videtur esse, quia cum sacramentum sit [illegible] signi, signum autem dicatur alicuius rei signum videtur in materia sacramentorum res accipienda pro [illegible] correspondenti signo; cum ergo [illegible] signo respondens sit significatum per signum, sit in hac materia rem accipiendam pro significato per signum.

Confirmatur in [illegible] facta per via Sacramentorum in quibus inveniamus [illegible], seu res [illegible] et significatas, et verba seu [illegible] [illegible] significantes [illegible] res sive materias. Igitur in Baptismo materia proxima est ablutio, et forma ait ego te baptizo etc. in Confirmatione materia est Chrisma, et forma ait Consigno te signo Crucis, et Confirmo te Chrismate Salutis etc. In Penitentia materia sunt [illegible] penitentis scilicet Contritio, Confessio, et satisfactio, [illegible] vocabis confessio intrat et significata per verba formae; nam illa verba Ego te absolvo implicite

saltem significant ministrum absolvere ab illis peccatis, quae ipsius iudicio visibili sua manifestatione, et confessione subiicit penitens dolens, contritum, et satisfactionem promittens. In Eucharistia pronomina illa hoc, hic significant materiam ipsius sacrati. In extrema autem unctione materia proxima, et significatur per verba illa formae per istam sanctam unctionem etca.

In ordine etiam materia significatur per tradi: sed quia tam formae, quam materiae in quorum ordinum sunt plures, ne te gravem multa scriptione illas omitto legendas a te in Pontificali. In Matrimonio variae sunt opiniones circa materiam et formam illius. ea plausibilior, materiam esse mutuam traditionem corporum verbis, l. nutibus declaratam. formam vero esse acceptationem mutuam similiter verbis, aut nutibus expressam. Ita P. franciscus Lugo hic cap. 2o no 7. : Cum autem traditio non significet acceptationem, potest .n. quis dare aliquid alicui et alter non accipere; acceptatio vero significat seu connotet saltem implicite traditionem, imphde non e dari acceptationem quin praecesserit traditio; sic traditionem esse materiam, seu rem et pote significatam a forma, et acceptationem esse formam et pote significantem materiam. ergo ex inductione liquido constat noe verum in conceptu sacramentorum venire intelligenda, quae intrant in sacrato tanquam significata per formam sacrati. Cap. 2 Solu. adversariorum rationibus, propositam quaestionem iurisdicimus decidi

Ad 2um facile Durandi et Adriani
rationibus ad 2am fateor sacramentum poenitentiae componi
confessione vocali poenitentis et absolutione Ministri, at
dico confessionem vocalem esse rem prout res sumitur
in sacris, n. r. spectat ad sacramentum per esse, ut peccata sig-
nificanti, sed etiam ut significata ipsius sacramenti.

Ad 3am Dico sacramentum matrimonii
semper constare rebus, prout res sumuntur in sacramentis;
Matrimonium, inquam, etiam ut distinctum a suo
ut ministro, nempe ab illis contrahentibus.
Dico quia constat expressis verbis ut subrogatis
pro traditione corporis, et cum traditio corporis sit
signum seu res sacramenti matrimonii, fit ut contra-
hentis verba, quae subrogant pro traditione esse
etiam rem. Unde vox ergo volo signi-
ficat acceptationem seu consensum, seu subrogat
pro illis, et haec ratione est forma; et significat etiam
. . connotat traditionem, quam coniux acceptat,
et subrogat pro illa, et haec ratione est res significata
per ipsam vocem quatenus est acceptatio. Clarius:
illa vox per subrogationem et est acceptatio, et
est traditio: priori modo sumpta et est vox, et se tenet
ex parte formae, et significat de ipsa ut rem quae
significat traditionem corporis; et ipsa est per subs-
rogationem traditio.

Ad 4am similiter dico matrimonium fac[illegible]

per nudus constare verbis non mali, sed frali ro-
ut constituunt ab his, quae dicunt res in negotio
sacratorum; etenim nudus ingrediunt in eo
matrimonio et sumant. Tum se (ut praescindam ab
eo quod substituant vice traditionis) ut significan-
tes tradere, et non ut significatum.

Urgebis: non nullos esse casus, in quibus
per copulam ipsam carnalem affectu maritali ha-
bitam incipit valere matrimonium, quod prius
fuit invalidum; ut videre est apud P. Tho-
mas Sanchez lib. 2. de Matrimonio disp. 37.
nº 14. In his autem casibus non ingrediuntur ver-
ba in sacrato matrimonii adhuc [illegible]
formaliter rei conditione [illegible] significata. Dicemus
in praedictis casibus constare matrimonium [illegible]
[illegible] verbis; quia ipsa copula carnalis gerit
vices et traditionis significatae, et signi praevie
significantis traditionem, ad quam se volunt
obligare coniuges.

Dico igitur iam 1º respondendo bre-
viter ac directe 1º capitis titulo: Sacramenta
constant essentialiter rebus, prout res sumuntur in
negotio sacratorum. Patet: quia constant essentia-
liter aliquo in sacramento intrante ut significato ver-
ba, quae sunt formaliter sacrati. Liquet ex dictis
capite superiori.

Dico 2º: Sacramenta si non ut remotam
proximam saltem aliquo modo requirunt essentialiter
res, non solum formaliter, prout res sumuntur in nego-
tio sacrorum; sed etiam materialiter prout res dicuntur
quae non sunt sola verba. Conclusio est citra du-
bium, et patet omnium sacrorum inductione.

Nam Baptismus concludit, Contractu unctionem, et sic reliqua sacra exposcunt essentialiter res, quae non sunt verba.

Dico 3º: non omnia sacramenta constant essentialiter verbis materialiter. Probatur: quia Matrimonium confici potest sine verbis materialiter sumptis, nempe per nutus, et per copulam carnalem exercitam affectu maritali.

Dico 4º: omnia sacramenta praeter Matrimonium, essentialiter constant verbis materialiter sumptis. Probatur: quia reliqua sacramenta nulla essent, si non adhiberetur eorum forma, sed eorum forma entitative, et essentialiter sunt verba, ut patet; ergo etc.

Dico ultimo omnia sacramenta non excludendo Matrimonium constant verbis formaliter, prout verba dicuntur ab illis, quae res dicuntur in negotio sacramentorum. Patet ex dictis: Ea verba formaliter sumpta prout condistincta ab his, quae res dicuntur in negotio sacrorum, sunt aliquid fungens in sacramento munere praecisse significandi aliud, non autem significati per formam sacramenti; sicut per rem intelligimus aliquid significatum per formam sacramenti; sed in omni sacramento datur aliquid fungens praedicto munere significandi praecisse, quod declarat et si difficulter in Matrimonio tum illis praedicationibus ac divisionibus, quas supra dedimus, in reliquis sacramentis facilius; ergo etc. Minor ostenditur; quia in omni sacramento forma sacramenti ingreditur ut fungens praecisse munere significandi, non vero significati, ut in forma Baptismi, et reliquorum in [?].

sacrorum clare; sicut in forma Matrimonii obscurius explicet, sed non sufficienter explicatur. Cap. 3. — [illegible]

Ex posita decisione Pontificia [illegible] res in sacramento fungi munere materiae, verba vero munere formae. Haec consona omnium theolog. doctrina, definita (ni fallor) non solum in Florentino, sed etiam in Tridentino Concilio sessione 14. cap. 2. ubi statuit quod materia et forma, sacramenti esse perficit. Dubium autem circa legitimam eius dicti explicationem duplice est. cum sabo: tam communem quam specialem.

Ex igitur et communi theolog. explicatione res dici in sacramento se habere tanquam materiam, et verba tanquam formam, propter quandam analogiam et similitudinem, quam habent cum materia et forma compositi naturalis. Nam sicut in composito naturali, ita in hoc nunc [illegible] soler materia posita illa, quae magis indifferens [illegible] ponat hom, [illegible] alia composita specie diversa; forma vero quae determinata est ad componendum hoc, nimirum animal rationale. Ita in sacramento res dicuntur materia [illegible] in ordine ad significandum sunt magis indifferentia, haec autem magis determinata. Sed [illegible] quam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in sacris ordinis: Eo enim in eo [illegible] [illegible] 4. in sacris ordinis: [illegible] Calicis [illegible] significare [illegible] traditio calicis [illegible] ad custodiendum, ornandum, [illegible] alia; verbis autem adiunctis accipe potestatem

offerendi sacrificium [illegible] ... in ordine ad
signandam traditionem potestatem sacerdotalis.

2a Concilii explicatio oritur ex nostra doctrina cognitum superiorum. Dico 2o res in sacramento se habent tanquam materiam et verba tanquam formam. Nam ut constat ex loco citato res in sacramento se habent ut quidpiam significatum per verba, haec autem ut illas declarantia sicut significantia. Itaque sicut obiectum cognitum dicitur se habere tanquam materia in cognitionis, haec autem tanquam forma, quia obiectum cognitum concipitur veluti praesuppositum ad cognitionem, ut ab illa quasi recipiat effectum formalem cogniti quem se ipsa praestat cog. ita res in sacramento significatae dicuntur se habere tanquam materiam comparationem verborum, haec vero tanquam formam quia res significatae concipiuntur tanquam praesuppositae ad verba significantia, et quod ab illis quasi recipiant effectum formalem significatarum, quem verba significantia se ipsis exhibent.

Addo verum dico 3o, res non solum se habere in sacramento tanquam materiam circa quam verborum, sed etiam tanquam materiam ex qua sacramenti. Quod est clarum quia ultra receptionem effectus formalis significatarum per verba, insuper adducunt in ratione in sacramento ut compartem recipientem ab illa communem effectum formale, quo circa se habent res et verba tanquam materia et forma, ut Concilium Florent. et Eugeniana decisio loquitur. Mitto alia . . .

Addo verum 2o: singulos ordines, quatuor minores ac tres maiores, constare quidem rebus ac verbis seu materiebus ac formis physice distinctis, non constituere septem ordines specie diversos, sed unum scilicet unitate integrali, scilicet unitate finis. Unum integraliter quatenus sicut ex pluribus membris [illegible] diversa

officia accidentia, et operationes, unum corpus integrantur, ita ex pluribus ordinibus unus ordo integretur: ex quo integritate completè et perfectè sacramentum ordinis constituit, cum singuli ordines solum inadequatè sint ordinis sacramentum.

Unitate finis: quia sicut in Eucharistiam sit Calix consecratus et Hostia consecrata, dum physicam rei speciem specie differant, quia ad unam spiritualem animae refectionem ordinant, unum specie sacramentum Eucharistiae constituunt. Et sicut in Extrema Unctione sit unctiones sint plures in diversis corporis partibus, quarum singulae sicut sacramentum efficiunt et singulae participant essentialem sacramenti rationem: adhuc constituunt unum sacramentum, quia omnes ordinant ad unam perfectam animae sanitatem. Ita cum omnes ordines ex divina institutione ordinentur vel mediate aut proxime ad unicum corpus Christi solemniter in missa conficiendum in esse significativo et morali (quidquid sit de physico) constituent unum sacramentum ordinis.

Circa haec videas, si lubet, Philibertum Marchinum tom. de ordine tract. 1o parte 1a cap. 19. et P. Quintana Dueñas in Theorica sua pro ordinandis instruenda p. 3. parag. 2 nº 8 ubi cum Patribus Sanchez, et Egidio probant ex quatuor minoribus, et tribus maioribus, unum ordinis sacramentum coalescere, nam si ordines singuli essent singula sacramenta, jam in Ecclesia forent plura sacramenta quam septem: quod asserere hereticum est et probatur contra Concilia Florentinum, Constantiense, et Tridentinum, quae refert Leander tract. 1o Quaestio 3a. Cap. 4o. pro exponenda 3a. eiusdem decisioni 1a duas graves quaestiones resolvit, nempe: an sacramenta includant intrinsece

Cap. 4.

Pro exponenda 3a eiusdem definitionis particula, graves quaestiones resolvit, nempe an sacra includant in re, et in recto materiam et formam.

Ansa accepta ex decreto Eugenii 4. praedicto, ubi asserit ista sacramenta rebus et verbis constare tamquam materia et forma, ut si aliquid eorum desit non perficiat sacramentum: duas praecipue theologi disputant. 1a est: an sacramentum in re et essentialiter includat tam materiam quam formam, quam ad modum utramque claudit essentialiter compositum naturale, v.g. homo, equus. 2a an utraque ista parte afficiatur, eas dicat in recto, seu in obliquo. Circa primam quaestionem

Prima sententia iure tribuenda Soto a P. Suarez, referente P. Vasquez, negat tam materiam quam formam in re essentialiter includi in sacramento. Videatur Sotus in 4. dist. 1. art. 1o et dist. 8. art. 2. ait formam Eucharistiae esse tantum illam sacramentalem. 2a sententia docet omnia sacramenta nove legis in re essentialiter constitui materia et forma. Ita P. Suarez, P. Coninck, Martinus, Ricardus, Alexander, Maior, et alii quos referunt, et sequuntur Cardinalis de Lugo hic disp. 2. sect. 3. no 93. et disp. 1 de Eucharistia sect. 4. n. 67. et P. Tannerus hic disp. 3. q. 2. dub. 2. no 12. — 3a sententia ponit sacramentum Eucharistiae in constare intrinsece et essentialiter verbis forma, reliqua vero sex sacramenta, quae in usu consistunt, intrinsece et essentialiter non habere materiam et formam. Sic docent Scholastici Gabriel, Victoria, Ledesma, Catharinus, et alii, citante P. Vasquez, quos refert Card. de Lugo disp. de Eucharistia n. 46.

4a sententia defendit significationem fr. idem sacramentum lex divina instituere provenientem diversimode ex parte diversa sacramenta. Nam in aliis indivisim directe, et in aliquo

cadit supra materiam et formam. Ut accidit in Bapti-
smo, Confirmatione, Extremaunctione, et Matrimonio: atque
hoc sacramenta includunt essentialiter et intrinsece materiam, et formam.
In aliis vero sacramentis ea significatio super materiam et formam in virtute
cadit directe, et intrinsece supra formam dumtaxat; ut accidit
in quinque in sacramento Poenitentiae: et tunc sacramentum involvit in-
trinsece et essentialiter ~~materiam et formam~~ solam formam. Denique in sa-
cramento Eucharistiae cadit directe et intrinsece praefata signifi-
catio sacramentalis supra solam materiam, ac proinde includit
essentialiter materiam tantum. Ita Scholastici, et a fortiori Suarez, Van-
nerus: habet Faber in 4um Sententiarum dist. 9. Cap. 2.

Subscribendum iudicio 3ae communiori sta-
tuendi sacramenta omnia includentia materiam generaliter sacramentum
Eucharistiae intrinsece et essentialiter constitui materia, et forma, sit
verbis et verbis supra explicatis. Probatur resolutio 1. quia
omne sacramentum novae legis perficit materia et forma, sed materia et forma
sunt intrinsece essentiales rei quam ipsi perficiunt, ergo materia et
forma sunt intrinsece essentiales omni sacramento novae legis. Maior con-
stat ex decreto Eugenii Concilii: illa omnia sacramenta tribus per-
ficiuntur rebus tanquam materia, verbis tanquam forma. Et ex
Tridentin. sess. 14. cap. 2. de sacro Poenitentiae, et Extremae
Unctionis: ubi sic definit. Praeterquam quod materia et forma qui-
bus sacramenti essentia perficitur.

Minor ostenditur: quia nequit intelligi
quomodo rei alicuius sint materia et forma, sive in naturalibus, sive
in artificialibus, sive in moralibus, nisi componant, et per-
ficiant intrinsece aliquod totum ex illis intrinsece resultans, in ordi-
ne ad quod materia et forma dicuntur causa intrinseca. Sed res
et verba sunt materia et forma sacramenti, et comparantur sicut qui-
dam habitudine mutua materiae et formae in cuius verbi compa-
rant: oportet quod ex illis resultet aliquod totum, cuius sint
partes componentes, ergo quod intrinsece constituant.

Probatur 2o. eadem opinio ex Cathechismo Pii
quinti p. 2. cap. 2. ubi dicitur materiam et formam esse partes

Ex quibus unumquodque sacramentum vario con[...] et constituitur. Prob. 1. ex S. Thoma in hac q. 60. art. 6. ad 2. et q. 26. art. unico. et in 4. sententiarum dist. 1. q. 1. art. 3. quibus in locis asserit sacramenta fieri, consistere et constare ex materia et forma, sicut Christus Dominus ex Verbo, et Carne: ubi clare innuit intrinsecam constitutionem.

Prob. 2o ratione a priori quia id quod illud componit sacramentum in ratione sacramenti, quod intrat in sacramento tanquam pars intrinseca signi infallibilis gratiae, quia sacramentum abstractum est signum infallibile gratiae etc. sed tam materia quam verba formae intrant in sacramento tanquam pars intrinseca signi infallibilis gratiae; ergo tanquam pars intrinseca sacramenti. Minor quoad materiam ab omnibus opinionibus admittitur, praeterquam a 4a in sacro Pane: quoad formam vero negatur a 1a sententia in omnibus sacramentis, et a 4a in sola Eucharistia. Prob. autem urgenter: quia sacramentum ut nunc constituitur in ratione significativi seu signi infallibilis gratiae ex divina institutione, per formam quam per materiam; neque etiam per solam formam significat, sed per utramque; neque enim sufficit sola forma ad significandam gratiam, nisi adsit materia: nec sufficit sola materia, nisi det forma; ergo utraque concurrit ad componendum sacramentum in ratione significativi, seu signi infallibilis gratiae.

Prob. ex dictis clarius et specialius contra 3am sententiam, et contra 4am in Eucharistia sola materia non constituit essentialiter sacramentum: quia ut sola materia esset sacramentum, sola materia ex divina institutione significare [gratiam]; sed hoc est falsum, nam materia sine forma eam non significat, ut vidimus; ergo etc. Deinde contra eandem sententiam opinionem, et 4am in Eucharistia[...] solo quod forma constituat essentialiter sacramenta: verba formae intrant in sacramento tanquam quid directe institutum a Deo ad significandum infallibiliter gratiam; nec cum verba formae ex institutione humana significent res, [...]

sa

supra gram Cadunt, tam ipse materia, & admi-
nistr. divina sunt magis proportiona-f. idonea ut
eleventur ad significandam gram, quam res sive; quo
cum Concilt. ex decreto Eugenii, verba, et res in-
trare in oibus Sacramentis, credi nequit, res quidem
asumitur esse essentiae, n autem verba magis habendis
de signis, et ex institutione divina significent gram.

2a quaestio: Utr. res, et verba, quae di-
ximus naturam, et gram intrinsecam ex se Sacramenti
importent directo per Sacramentum, an in obliquo?
Ab hac difficultate breviter me expediam, qui plu-
ra desiderit, legat Cardinalem de Lugo hic disput.
2. sect. 3. a no 99. ad finem. Suppono igitur 1o
doctrinam meis auditoribus scitissimam, nempe id
afferri in recto, qd explicatur in nominativo; id vero
obliquo, qd in alio casu a nominativo exponitur;
sic sapiens dicit in recto subiectum, in obliquo Sapia,
qa sic resolvitur, habens sapiam. Ubi subiectum in recto
dicitur nominative, sapientiam in obliquo seu accu-
sativo. Suppono 2o posse aliquid afferri in obli-
quo tantum esse essentiale rei afferenti. Exempla plu-
ra dedi alibi, unum modo sufficit. Pecca-
tum essentialiter continuit per libertatem, et in libertas
in recto n praedicatur de illo; qa haec propositio est falsa:
peccatum est libertas; et ista vera peccatum est
liberum, seu est habens libertatem.

Suppono 3. posse aliquid afferri in obliquo,
et esse quid n essentiale afferenti. Sic unio dicit
in obliquo extrema, nam essentialiter est nexus extre-
morum; et tamen extrema n sunt de roe essentiali uni-
onis. Unde nascitur tam curiosa inquisitio:
Quae-ne regula ducenda ad sciendum, quando, ablata
in obliquo sint de essa rei, quando vero n? Ea regu-
la, ea q communiter datur, illud in definitione ponitur

in obliquo excludi a conditione essentiale definiti, quod praecisse
est vere producere, aut requisitum ad exactam eius
conditionem directo. quoniam, inquit, libertas ad pecca-
ndi ut si in obliquo afferat in eius definitione, actus
liber contra legem Dei non est vere productivus, nec me-
re requisitum ut conditio ad exactam peccati, sed
ut quid inclusum in ipsis velitis venialibus peccati,
sit libertatem esse essentialem peccato. At vero extrema
unionis, cum solum afferant ad unionem ut tale requi-
sit solum ut ipsa unio existat, ut vere essentialiter con-
nexum, sit et importari in obliquo, et in esse essentiali
unioni.

2a regula et solidior praecedente est: quoties
quid importatur in obliquo per definitionem essentialem ali-
definiti, ita ut quaelibet affirmatio quae afferat existentiam
definiti sit affirmatio quae formaliter non solum virtualiter
ut illative affirmet existentiam illius, quod importatur in obli-
quo; tunc enim tale obliquum est intra quidditatem defi-
niti. Si vero per affirmationem, quae afferat existentiam definiti non
affirmet formaliter existentiam obliqui, tunc obliquum erit ex-
tra quidditatem definiti. Ratio est quia si affirmatio
formalis esse extremi A, nequit non affirmari formaliter
nec solum illative extremum B, id certum est, quia esse
extremi B est intra extremi A. Esse extremi B non red-
dit variam affirmare formaliter esse extremi B qualibet affir-
matione affirmante formaliter esse extremi A sed ad summum
reddit innegabile ab eo, quod tenetur, esse extremi B
dum non affirmaverit esse extremi A, quod videt connexum
cum esse extremi B.

Illustrent doctrinam duo jam tam conspicua exempla.
1um. Sumat unio materiae et formae in cuius unionis de-
finitione importantur in obliquo materia et forma, nec tamen in-
cluduntur intrinsece in quidditate unionis. sed curr.

sane qa ~~[illegible]~~ affirmare Unio existit, non est falsissime
affirmare, sed extra existunt; nam la propositio solum affirmat
existentiam Unionis, quae est distincta ab existentiis materiae
et formae: Unde si per impossibile Deus poneret Unionem
sine extremis verificaretur la propositio, non vero 2a. Verum non
est, qd affirmans Unionis existentiam videns qd Unionem di-
re connectit cum existentia suorum extremorum, reddit se neces-
sitatum in diversas operationes ad alterum e duobus, scilicet falso
ad affirmandum alio dein tali modo extremorum existentiam, vel
saltem ad illam non negandam. Idem videre est in actione im-
portante in obliquo existentiam agentis, et terminum, ita ut non
extra ipsius ~~existentiam~~ etiam sint. Utilissimum qd cernere
est in aliis multis terminis, quibus saepius afficiunt, quae
in sua definitione, extra suam quidditatem, important in
obliquo. 2um Explanatur exemplo nostra sumat nostrum sacramentum
Baptismi in cuius definitione importatur in obliquo forma ver-
borum; nam definitur ablutio corporis exterior facta sub
praescripta a Christo Domino verborum forma. Et tamen forma non in-
dit etiam in quidditate Baptismi. At cum ita sit sane quo-
niam affirmata falso existentia sacramenti Baptismi, non affirmat
ineo ille falso existere ablutionem aquae alioqui verificaretur
hac propositio, la ineo ille qd existat ablutio aquae existit Bap-
tismus qd est falsissimum. ergo per hanc affirmationem Bap-
tismus existit aliquid aliud affirmatur falso ultra ablutionem
aquae, scilicet existentia praescriptae formae verborum qua-
tenus requisitae intrinsece effectat ad Baptismum;
propter nostram regulam et eius rationem. Concludo igitur
Ex dictis quo esse e doctrina: 1um formas et materias sacramentorum
afferri in recto si explicentur in nominativo, in obliquo vero
si in aliquo casu explicentur: qd ante oculos positis defi-
nitionibus aperte indicabis. 2um: ea solum esse essentialia
sacramento, quae affirmant falso affirmata existentia sacramenti.
Non demoror in exemplis, qa cuivis erunt obvia.

Cap. 9.

Obiectionibus contra doctrinam capitis proxime
praecedentis satisfiam (?) iter.

Obiicit 1o Sotus contra resolutionem primae quaestionis. Baptismus definitur ablutio aquae sub forma verborum, a Christo Domino praescripta; ergo solum ablutio aquae constituit intrinsece Baptismum non vero forma, sed ea extrinsece connotat. Probatur consequentia: quia si utraliber aqua intrinsece constitueret Baptismum, utraliber aeque directo deberet importari per definitionem Baptismi. + Nego consequentiam et probationem, velle namque potest aliquid per definitionem importari in obliquo et tamen esse intra essentiam definiti, ut capite praecedente diximus.

+ Resp.

Obiicit 2o: sacramenta sunt composita valde similia compositis artificialibus, sed haec composita nempe navis, domus, et alia, non includunt intrinsece figuram artificialem, quae est illorum forma, sed extrinsece connotant; ergo similiter sacramenta non includunt intrinsece formam, sed illam extrinsece connotabunt. Respondeo negando minorem: exempla nobis favent. Ea artefacta per figuram intrinsece et essentialiter constituuntur, siquidem essentialiter aliquid superaddunt substantiis quae se sunt. Id autem ait Sotus solam superaddere connotationem earum formarum, facile refellitur: quia connotatio vel est coniunctum ex subiecto et forma accidentali, aut unio utriusque; fieri vero non est aliter.

Obiicit 3o: sacramentum se habet ad propriam formam sicut ardens, calidum, et alia concreta accidentalia ad suam; sed haec concreta non includunt intrinsece suam formam sed dumtaxat connotant extrinsece; ergo similiter sacramentum. Respondeo etiam negando minorem: et exempla contraria sunt, saltem quantum ad formam et unitatem; neque enim dat conceptum intrinsecum albi data mere entitate subiecti, sed data cum unione ad albedinem. Similiter neque sacramentum Baptismi erga data mere entitate ablutionis, sed data cum praescripta forma verborum ergo de Baptismo etc. Id realiter ...... obiectio qui..... vel ..... explicet nempe connotationis, hoc. ......

cle

de nominatione, . l. alia nō potest nisi includere realita-
tem aliam praeter ablutionem . l. praescriptam formam ve-
rborum.

Obiicit 4°: forma Matrimonii nempe mutu-
us Consensus per verba de praesenti expressus, est ca-
usa efficiens ipsius Matrimonii, ut defendit Vasquez vide
dicto loco citato; sed causa efficiens nequit esse intrinseca
constituere ipsum, ergo etc. Resp. distinguendo vel
cum P. Alvarado disputatione 2. sectione 9. fine, Concilii
Coter Tridentinum nomine Matrimonii nō intelligere
ibi sacramentum, et signum gratiae transiens; sed vinculum,
et obligationem mutuam Coniugatum, quae perma-
nent.

Resp. 2° singularius et forsan firmius ad-
mittendo Tridentinum loqui de Matrimonio ut sa-
cramento; dico nō solum voluisse Consensum internum
qui exprimitur per verba de praesenti, esse causam effi-
cientem Matrimonii nempe verborum, et ali-
cuius loco illorum denotantium coniuges se velle
vicissim obligare) Nam ex eo quod sic velint, orit[ur] in
eis causa efficiendi quod signa externa exhibeant eius
voluntatis. Resp. potest 3. iuxta dicenda inmediate
sequente cap. 4. in responsione ad 4. Vasquez
consensum mutuum esse causam efficientem Matrimo-
nii nō adaequatam, sed inadaequatam, ibi aliquam partem
ipsius sacramenti. Quo nō tollit quominus ipse
Consensus mutuus sit etiam pars intrinseca ipsius
sacramenti.

Obiicies 5. Nam in favorem sed[?] quam au-
ctorum fere sed: In sacramento Poenitentiae confessio poeniten-
tis (quam eius materiam constituimus) nullam habet signi-
ficationem effectus eiusdem sacramenti; ergo nō constituit intra
hoc sacramentum, sit ad eius existentiam requirat. Resp.
Neg. assumptum, quod effectus huius sacramenti est gratia remissiva

in postrema vitae ante eius; (Nunc autem ubi reperit confessio externa dolenter ut debet fieri; fundatur 2um, absolutionem sacramentalem esse iudicialem, et quatenus talem non significari adequate per verba absolutionis, quae indifferentia sunt ad significandum condonationem peccatorum mere liberalem ac gratuitam; ideoque honerosam, ac iudicialem, non nisi adiecta [illegible] accusatione significant. Cum igitur confessio et significat gratiam emendativam, et concludit ut forma sacramenti poenitentiae significet absolutionem iudicialem; ergo confessio et habet unam significationem formae huius sacramenti et conducit ad alteram significationem. Cap. [illegible]. argumenti satisfacit ex venerabili Eucharistiae sacramento desumpti.

Obiicies 2o: quod non constituit intrinsece cibum aut potum spiritualem, non constituit intrinsece Eucharistiam, sed verba consecratoria non constituunt intrinsece cibum aut potum spiritualem; ergo etc. Consequentia tenet. Maior suadetur: quia Eucharistia est essentialiter convivium spirituale constans cibo et potu spirituali-bus. Minor probatur 1o: Quia verba consecratoria sunt causa efficiens istius cibi et potus spiritualis, sed causa efficiens (ut patet in corporalibus) non constituit intrinsece cibum aut potum, quem causat; ergo etc. Probatur 2o quia sicut cibus et potus corporales adaequate constituuntur ex accidentibus et substantiis v.g. panis et vini, ita cibus et potus

in hoc sacramento continet adequate efficienter per accidentia panis et vini, quae vere comedunt [illegible], et per substantiam corporis et sanguinis Xpti; quia verba consecrationis [illegible] spectent ad cibum aut potum eucharisticum.

Resp. multipliciter: si rogent adversarii an sacramentum Eucharistiae praeter species sacramentales et corpus ac sanguinem Xpti, dicat etiam intra et essentiam institutionem divinam, significationem sacramentalem, intentionem ministri, potestatem sacrandi aeternam, et tal. affirabunt sine dubio; dicere essa sr ea oia .s. saltem aliqua vera. Quae tamen Eucharistiam constituit .s. causa efficiente, s. aliquo, qd non e species sacramentales, neque substantia Xpti. Quid igitur mirum, si constituat etiam per verba consecrationis, sit ea [illegible] essent causa efficiens Eucharistiae, et quid distinctum ab speciebus et substantia Xpti. Resp. 2o. Eucharistiam esse essentialiter convivium spirituale, ad cibum et potum non roe omnium partium sed aliquarum: sicut homo dr corporeus etiam si essentialiter aliquam partem non corpoream. Quo e: qa non e opus qd denominatio affirmativa competat roe omnium partium essentialium: dicet igitur Eucharistiam cibum et potum non roe verborum sed specierum et substantiae Xpti.

Resp. 3o. Et si in corporalibus nil queat dici cibus aut potus, nisi accidentia et substantiae quae vel edantur vel bibantur: at in spiritualibus plura dicunt edi ac bibi quae corporaliter inepta sunt cibo ac potui. Sic Beatitudo hominum fruitio sive in visione Dei, sive in amore constituat, dr potus a Propheta psal. 35. 9. filii autem hominum inebriabuntur ab ubertate domus tuae, torrente voluptatis [illegible] potabis eos; quoniam apud te e fons vitae: Item conversio gentium dicta e potus

ac Visio dño ut Cibum alterum
surge Petre occide, et manduca. Et Joanes 4o. 34: Meus Cibus est ut faciam voluntatem ejus, qui misit me. Similiter igitur omnia quae constituunt essentiam Eucharistiam, possunt dici Cibus et potus spiritualis, etsi non sint apta Cibationi, ac potui corporalibus. Ex quibus facile in forma respondebis singulis objectionibus praedictis.

Obiicies 2o: Verba Consecratoria, quae sunt forma Eucharistiae, solum significant existentiam Corporis Christi sub speciebus, non gratiam conferendam, quam solae species significant; hae igitur solae hoc Sacramentum intrinsece constituunt. Respondeo: Verba Consecratoria exprimunt quidem juxta significationem ad placitum pure humanum solam existentiam Corporis Christi sub speciebus; caeterum ex institutione divina significant Corpus Christi ut Collativum infallibiliter gratiae. Sicut etiam ex eadem divina institutione significant existentiam insolubilis animae unionis naturalis, et hypostaticae ex sanguinis, nec non existentiam Corporis non pro eo solum tempore quo verba enuntiantur, quod sufficeret ad veritatem significationis naturalis, sed pro toto deinceps quo species durabunt.

Obiicies 3o: Sacramentum Eucharistiae tuo est permanens, et verba transeuntia, sed nihil permanens potest intrinsece constitui per aliquid transiens; ergo Sacramentum Eucharistiae non potest intrinsece constitui per verba. Confirmatur 1o: quia totum nequit existere sine suis partibus, ut patet; sed Eucharistia est quoddam totum, et existit in sacrario sine verbis Consecrationis; ergo haec non sunt pars Eucharistiae. Confirmatur 2o: bene valet a negata parte ad negandum totum; ergo si verba sunt pars Eucharistiae valebit a negatis verbis ad negandam Eucharistiam: sed verum est in sacrario non existere verba, ergo et falsum non existere ibi Eucharistiam. ergo

verba non sunt pars intrinseca Eucharistiae. Resp. am-
pliciter: 1° ad obiectionem sacramentum Eucharistiae sim-
pliciter non esse quid permanens adequate, sed tantum inadequa-
te seu quoad partem praecipuam, nempe corpus et
sanguinem Christi Domini et species sacramentales; ideo
absolute dici permanens phisice. Resp. 2° ad
obiectionem et utramque confirmationem, hoc sacramen-
tum moraliter esse quoad totum adequate perma-
nens, (ad mitto quoad praesens attinet, nec particulari
considerare non, quia est quid subiectivum) quia ver-
ba consecratoria phisice transacta permanent mo-
raliter quandiu permanent phisice species consecra-
tae; nam quando phisice existebant verba, signi-
ficabant corpus Christi sub suis speciebus et causa-
tivum gratiae, quandiu species perseverarent; atque adeo
ipsa permanentia corporis Christi sub his speciebus est effectus
illorum verborum. Existunt itaque moraliter verba con-
secrationis in sacrario; et negata morali existentia ver-
borum, Eucharistia esset neganda.

Instabis: sit materia Baptismi, et confirmationis nem-
pe aqua, et crisma phisice permaneat; permaneantque
moraliter in effectu (nempe in charactere) ablutio,
unctio, atque verba seu formae utriusque sacramenti; ergo
nihilominus sacramenta permanentia non sunt; ergo ad
permanentiam sacramenti non sufficit permanentia mo-
ralis partium quibus intrinsece constituitur. Resp.

Resp. dupliciter. 1° distinguendo antecedens: ablutio,
unctio atque verba permanent moraliter quoad vim
significandi, et causandi, eodem modo ac si phisice per-
manerent nego antecedens; permanent moraliter per solam
denominationem ab effectu phisice permanenti, concedo
antecedens. distinguo similiter consequens: non sufficit permanentia
qualiscumque moralis, concedo consequens. Non sufficit permanen-
tia moralis quoad vim significandi, et causandi, perinde
atque si permanentia esset phisica, nego consequens. Ergo

Jandiu permanet propriè sacramentum, quandiu permanet vis significativa, et causativa gratiae, cum haec sit esse illius. Quare permanentibus aliqua, aut aliquibus partibus sacramenti quoad hanc vim significativam, et causativam gratiae, sit physice non permaneant, sacramentum propriè dicetur permanere. Hinc

Nego ergo ad instantiam concessa antecedente, negando consequentiam. disparitas est: quia ut dixi saepe verba consecratoria eo pacto permanent quandiu durant species consecratae, quia significant corpus Christi illis inesse ut causativum gratiae, quandiu eaedem durant physice, et verbis in memoriam revocatis vi eorum cognoscimus effectum gratiae resultare in suscipiente Christi corpus sub speciebus. At huiusmodi permanentia moralis non convenit ablutioni, unctioni, et verbis utrique adiunctis post peracta sacramenta Baptismi, et Confirmationis. quia deinceps nec ablutio, nec unctio valent significare, nec causare gratiam de novo, nam cum tamen transeunt physice non significant conferendam gratiam nisi pro eo solum instanti, pro quo sacramentum adaequate perficit.

Obiicies 4o. Tridentinum sessione 13. cap. 5. et 6. approbant morem Ecclesiae circumferendi sacramentum Eucharistiae per vias in processionibus, asservandi in sacrario, deferendi ad infirmos; sed horum nihil convenit verbis, quia verba non constituunt essentiam sacramentum Eucharistiae. Per 10 Concilii sacramentum Eucharistiae non circumferri propriè, asservari, aut deferri adaequate sumptum, sed inadaequate. Caeterum ut hac de illa absolute dicantur, sufficere quod pars illius principalis nempe corpus Christi sub accidentibus circumferatur, asservetur, aut deferatur, moraliter illam efficientibus ac informantibus verbis. Confirmatur solutio: quia sacramentum Eucharistiae adaequatè sumptum essentialiter dicit species

Panis et vini; dr qd asservari in sacrario, et afferri ad infirmos; etiam si species vini n deferant ad infirmos, nec serventur in sacrario qd similiter dici poterit sacramentum eucharistiae deferri ad infirmos, etiamsi verba proprie physice ad infirmos n defferant.

Rñdeo 2o. Iuxta probabilem sententiam nostri Cardinalis Belarmini, quem refert, et sequitur P. Reginaldus lib. 29. nº 3. sacramentum eucharistiae tantum dicere in recto species continentes corpus et sanguinem Xpti, et in obliquo tunc ipsum corpus et sanguinem Xpti, tunc verba consecrationis: quare hoc sacramentum cum ô qd dicit, sic explicatur in hac sa. species continentes corpus et sanguinem Xpti significatae, et demonstratae per verba a Xpto in hoc munus designata. Unde sicut verificatur in hoc instanti, qd dentur in processionibus, et in sacrario species corporis Xpti continentes, quae designatae fuerunt per ista verba etsi in hoc instanti n dentur verba: ita similiter verificari poterit qd detur sacramentum eucharistiae nunc n existentibus, sed transactis verbis.

Inhabis: Concedendum omnino videtur sacramentum eucharistiae esse in altari prout sacramentum eucharistiae ē; sed in altari n sunt verba consecrationis, qd sacramentum eucharistiae, prout sacramentum eucharistiae ē n constituit in ratione verbis consecrationis. ut constet quo nam pacto loquendum sit. Dico 2o iuxta duplicem proximam solutionem sacramentum eucharistiae esse in altari, nam haec locutio tantum sibi vult, esse in altari id, qd praecipuum, seu qd importat in recto per sacramentum eucharistiae (nempe species continentes et significantes Xptum) datis aliunde in rerum natura, quae requiruntur ut sola praecipuum seu rectum subeat denominationem sacramenti, seu signi infallibilis gratiae quem ad modum ubi datur nimis significat . . . inem

Vendibile dr dari signum vendibilis vini, ubi n° det institutio,
quae reddit tale signum; q^a ibi datur praecipuum seu re-
quisitum talis signi, dato alias invenerim na institutione
saltem quo pacto requirit, ut ramus reddat significa-
tivus. Vide Lugum de Eucharistia disput. 2. sect.
4. n° 61. ubi probat sufficere manere id, qd in-
cludit sacramentum in recto, quod dicat per se verare sa-
cramentum in obliquo, si reliqua saltem moraliter persevera-
rent.

Dico 2°. In altari esse sacramentum Eu-
charistiae quum roem quamquam substernit institutio-
ni divinae sacramentali. Nam species cum persona
Corporis Xpti indivisibiliter sortiunt roem supra quam
cadit institutio divina sacramentalis. Unde si resi-
dere in altari sacramentum Eucharistiae pro ut tale
sumatur in hoc 2° sensu vera erit illa locutio; fal-
sa autem si velit sacramentum Eucharistiae in alta-
ri residere pro ut tale, ubi residant oia consti-
tutiva intrinseca illius. Sicut hoc ipso ramus seu
signum vini vendibilis existit in fenestra, et falsa
si velit existere in fenestra totum qd illud con-
stituit in roe talis signi, ac proinde ipsam hominum
extrinsecam institutionem; et tamen vera, si solum
velit esse id qd subsernit institutioni, et hoc 2°
sensu utimur ea locutione coiter.

Obiicies 3° cum P. Meratio tractatu de
Eucharistia disput. 1a sect. 1a. si sacramentum Eucha-
ristiae consisteret ista verba, sequeretur n fore idem
specie sacramentum Eucharistiae, si Deus per se ipsum,
absq. verborum interventu, immediate panem
et vinum converteret in Corpus et sanguinem Xpti,
et utrumq. sub speciebus utriusq. eodem modo con-
tineret atq. nunc sunt; sed sequella est absurda,
ergo nostra sui in sent.; q° etc.

Reo dupliciter 1° Concedendo sequellam qa Christo praeisse nec sacramentum forer [illegible] jam continuo [illegible] nullo instituto signo sensibili, aut corpori Christi existenti sub speciebus, aut [illegible] conservandae. Reo 2°. qd [illegible] simul signum instituerit Christus, fo-ret quidem sacramentum, sed essentialiter distinctum ab eo, qd nunc existit; qa signum fore[t] essentialiter diversum a signo nunc existenti qd ostendimus ex verbis coalescere. Quid autem hic subsit ab-surdi, non video. Imo video cum Baptismo ab ipso Meridio debet admitti; nam [illegible] prius [illegible] ablutione, seclusis verbis [illegible] signi sensibilis [illegible], sine dubio diversum esset specie sacramentum Baptismi a nunc existenti.

Obiices 6°. Cum eodem Meridio florenti-num [illegible] decreto [illegible] decreto supra adducto [illegible] Deum e Eucharistiae [illegible] definiens Causam efficientem huius [illegible] esse verba Consecrationis, sed causa efficiens adaequa-te distinguitur a suo effectu; ergo verba distinguuntur adaequate ab hoc sacramento, ac proinde non sunt de intrinseco constitutivo eiusdem. Confirmatur: quatenus verba Consecrationis sint virtus productiva Eucharistiae se habent [illegible] [illegible] agenti; sed agens non consti-tuit intrinsece [illegible], quem producit; ergo verba Con-secrationis non constituunt intrinsece sacramentum Euchari-stiae. Reo [illegible] ad argumentum, et eius Confirma-tionem. 1° Ex dicendis disputatione sequenti Con-f [illegible] obiectione [illegible] qd sicut intentio ministri e[st] ca[usa] sacrandi, et non constituit intrinsece sacramentum, ita verba Consecrationis erunt causa Eucharistiae et adhuc intrinsece constituent Eucharistiam, quin se ipsa causent et quin agens intrinsece constituat [illegible] quem producit, qa [illegible] non sunt ca[usa] nec agens Eu-charistiae [illegible] [illegible] [illegible], sed [illegible] aliquem

Dico 2o diluendo argumentum contra Merca-
dium: quia sicut verba consecrationis dicuntur causa effi-
ciens sacramenti Eucharistiae, quamlibet ista causent im-
mediationem divinam constitutivam intrinsece sacramenti sub
[illegible] continentiam corporis Christi sub speciebus;
ita ista quamlibet non causent efficienter se ipsa sub-
[illegible] eius continentiam, poterunt dici causa efficiens
huius sacramenti. Solvet Mercadius instantiam, ut ipsi-
met [illegible] solutio satisfaciam.

Dico 3o, verba consecrationis dici causam
efficientem huius concreti sacramentum Eucharistiae; quia
iuxta communem usum loquendi convenit causa efficiens alicu-
ius concreti id quod praesuppositis aliis efficienter causat
quod coniunctum cum eis praesuppositis ultimo deerat
ad existentiam concreti. Sic dicitur homo efficienter causare
hominem, quia praesupposita materia et forma causat efficienter
unionem substantialem ultimo deerantem ad esse hominis. Ita ergo
verba consecrationis nulla vi illata [illegible]
ni, dicuntur causare efficienter sacramentum Eucharistiae, prae-
suppositis aliis pertinentibus ad eius sacramentum, quia
ista verba causant efficienter continentiam corporis
Christi sub speciebus, quae succedens aliis praesuppositis
ultimo deerat ut resultet illud concretum sacra-
mentum Eucharistiae.

Denique cum verba adaequate distinguantur
ab ea continentia producta, salvatur bene causam efficien-
tem adaequate distingui ab effectu producto, dum ipsum
non constituit intrinsece per agens.

Obiicies ultimo: si verba intrinsece constitue-
rent sacramentum Eucharistiae, etiam illud intrinsece conser-
varetur per perseverantiam moralem verborum; sequela
est falsa; ergo et antecedens. Probatur sequela: quia perseverantia
moralis verborum necessaria est ad significationem,

atq. ipsa verborum existentia. sed probabimus supra constitutionem intrinsecam sacramenti per verba ex eorum necessitate ad significandum; quo certe Deo perseverantiam moralem verborum comparari ad vim eorum significativam, sicut comparatur duratio ad vim activam aliarum rerum. Quapropter sicut duratio non constituit intra causas alias efficientes, ita neq. haec perseverantia moralis constituit vim causativam verborum; quia his, et non perseverantia indita est significatio. at q. habita cognitione existentiae verborum, prodimus venimus ducentibus illis in cognitionem existentiae corporis Christi sub speciebus, et gratiae conferendae.

Disputatio 6. De intentione Ministri intra et effectu sacramenti. Continuatur de Cap. 1. non nulla praemittit, duas tantum refficit, ac 1.o sub ordinibus.

Occasione Decreti Eugeniani initio disputationis antea praefixi, asserentis sacramentum perfici ex materia, ex forma, ex persona Ministri cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, hanc quaestionem opportune instituimus. ad cuius decisionem aliqua praenotanda sunt. Jam fatior esse recentiores animadvertisse praesentem difficultatem non agitari de persona Ministri, sed de intentione illius; nam et ex verbis Pontificis liquet, quod procedit de ipsa persona Ministri cum intentione, unde ipsa inhaerente prout in ministro. Ideoq. quid quid de intentione diximus de persona Ministri cum intentione faciendi quod Ecclesia facit, dictum esto.

2. praenoto, variam esse adiutor ... requiri in Ministri intentionem (id est voluntatem)

faciendi Sacramentum, aut faciendi quod intendit Christus
l. quod intendit Ecclesia, l. quod faciunt Christiani, aut aliam
similem intentionem explicitam l. implicitam. Doctrina
de fide est, definita in Concilio Trid. et Florentino.
Et sic eam tenent omnes Catholici contra Lutherum, Calvi-
num, Kemnitium, Helbusium et alios nostri, ac
superioris seculi Hereticos docentes, nullam prorsus
intentionem ad valorem Sacramentorum requiri, sed
sufficere debitam formam materiae debitae applicari, sive a
ministro ficte, jocose, aut irrisorie, ut libet.
Haec vero dira existimatio locum est et irrisionibus
plaudenda, tangere tantum hic duximus. Quaestio
Tum praedicto, supposita exigentia ne-
cessaria intentionis in ministro, solum a Theologis in-
quiri, an ejusmodi intentio requiratur tanquam aliquid
intrinsecum, et essentiale, componens partiale sacramenti;
l. tanquam aliquid extrinsecum, atque ut conditio, l. causa
efficiens, aut causalitas, aut complementum earum.
In qua difficultate 1a sententia docet intentionem mini-
stri esse intrinsecam et essentialem partem sacramenti.
Ita docet Cardinalis de Lugo hic disput. 2a sect.
1. quae novitatis damnat a nobilioribus, et ipsi quidem
curiosas praeferens opiniones in multum amantibus.
Loquitur autem hic author de sacramentis considerandis in
ordinem [?], excipitque Eucharistiam, quam sacramentum perma-
nens censet, habentem conditionem ministri intentionem [?]
se iungit.
2a opinio defendit intentionem ministri
non esse intrinsecam et essentialem sacramento, sed extrinse-
cam conditionem. Haec sententia censetur a recentioribus adeo
certa, ut dicant a Theologis omnibus supponi, quamdiu
cuti [?]. Et quidem eam ut manifestam videntur suppo-
nere P. Suarez tom. 3. in 3. p. disput. 13. sect.
2. parag. 2a sa etiam, et P. Vasquez disput. 4a [?] cap. 9.

... R. nº 119 fitta: sic forsan loquunt[ur] de inten-
tione Ministri et de intentione, quam se habeat, non
de persona Ministri prout concurrente vel dependente
prout in Ministro, qua solum vocat instrumentum esse
Quaestionem praesentem proxime dixi. Haec mea divina-
tioni habere videtur Cardinalis de Lugo nº 128 ubi
ait: de hoc puncto (videlicet Quaest[ione] praesenti) non videntur
authores agere. Non agit. Sed haec opinio aliqua con-
traria inter scriptores, ut recentiores [illegible].

[illegible] puncto praecedenti sat[is] [illegible] de voce digla-
diari, [illegible] in subjecto discutiri, [illegible] ac modo institutioni divinae
circa sacrata inter illas non convenire. Et si semel eundem
ac determinatum modum statuant, quo institutio divina fue-
rit peracta, forsan non erit locus controversiae; quia in eum
cui statuunt una fortassis negat quod altera supponit. Non agit
nos eodem maculemur vitio advertimus Christum Dominum
posse duplici via considerari instituendum sacramentum Bap-
tismi v.g. 1º sic decernendo: volo ut divina vo-
luntas praevisio hoc toto agregato prolationi talium ver-
borum, ablutionis, et intentionis sic se habeat ad gratiam sanc-
tificantem digne suscipienti conferendam, ac si totum illud
et singulas eius partes, esset mea petitio, supplicatio, per quam
ipse in propria ratione mea merita applicarem in ordi-
ne ad talem effectum: 2º potuit Christus Dominus ita conve-
nire cum Patre: volo ut talis verborum prolatio, ablu-
tio, in ordine ad movendam tuam voluntatem, ut gratiam
sanctificantem talibus hominibus ablutis, seu baptizatis conferas
substituantur pro petitione, et applicatione meorum merito-
rum, sub ea conditione quod exhibeant tali intentione.

Hi duo modi conventionis Christi Domini cum Aeter-
no Patre diversi sunt, ut liquet: quia in 2º sola prola-
tio, et ablutio, sortiunt[ur] rationem causae moralis impellen-
tis Deum ad elargitionem gratiae intentio vero mera conditio-
nis expedientis eam causam moralem, ut prolatio, et ablutio

Effectum ... contineant in se Vo. institutum sit non valde ex Christi institutione, totum illud aggregatum ex prolatione actu tiore ex intentione, indivisum causa morali gratiae sanctificantis; quia totum illud indivisum sumptum venit loco se petitioni et applicationis meritorum Christi in ordine ad producendum effectum elargiendi tribui a igne sacrum suscipientibus gratiam sanctificantem. Si igitur Christus Dominus eo modo sacramenta instituit, evidens est intentionem Ministri esse intrinsecam et essentialem sacramento: si 2o accidentalem et extrinsecam. Supponit autem 1us sui institutionem fuisse 1o modo, supponit vero 2a 2o modo accidisse: ecce una supponit, quod altera negat, nec inter illas de modo institutionis convenit. Unde [illegible] ambae vaterum ... procedunt, ... de voce digladiantur.

Ad tertiam vero difficultatis dissolutionem operae pretium a priori de tradere quoniam ex illis modis sacramenta a Christo fuerint instituta. Dico breviter eo modo fuisse instituta. Itaque 1ae opinioni subscribo. Conjector 1o quia Eugenii 4i decretum eodem modo loquitur de materia, et forma sacramenti, ac de intentione ministri; sed materia et forma institutae sunt a Christo Domino ut partes essentiales sacramenti; ergo et intentio Ministri. Conjector 2o quia aeque potius est 1ae modus conveniendi cum Patre Eugenio, ac 2ae; et insuper 1us plus consonat Pontificis decreto; ergo etc.

Conjector 3o quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut tenet illud vulgatissimum Theologorum Moralium et Canonistarum axioma, sed Concilia maxime Florent. et Trident. cum dicunt requiri ad perfectionem sacramenti materiam, et formam, et intentionem Ministri non distinguunt materiam et formam requiri ut partes essentiales, intentionem ut conditionem, ergo nec nos distinguere debemus, sed cum eadem sit locutio idem asserere intersit, nimirum ea tria esse essentialia ad sacrum constituendum. Conjector ultimo ex rationibus sequentibus.

Cap. 2.

Ratione probatur Sacramentum intrinsece

Assalr constitui ex intentione Ministri.

Ia ro: stantibus oibus constitutivis intrinsecis rei, stat ipsa res, quippe quae non distinguitur ab oibus constitutivis intrinsecis seu simul sumptis; sed stantibus reliquis oibus constitutivis sacramenti excepta intentione Ministri non datur sacramentum; ergo nequaquam oia constitutiva intrinseca illius; ergo aliquod constitutivum intrinsecum ipsius est intentio Ministri. Sola minor videtur desiderare probationem, quae facile se offert. Nam si Minister Baptismi aquam et verba praescripta proferat, et infantem abluat, careat vero debita intentione conferendi sacramentum, nequaquam stat sacramentum. Ut nos tanquam certum suppono, et alibi in particulari probabit; sed tunc nullum deficit constitutivum sacramenti praeter debitam intentionem; ergo stantibus reliquis oibus constitutivis sacramenti praeter debitam intentionem Ministri, nequaquam stat sacramentum. Huic argumento varia excogitata sunt effugia, quae breviter referam et excludam.

Dices 1o cum connotantibus intentionem Ministri esse connotatum, s. conditionem extra requisitam ad essam sacri; ac proinde hac deficiente ea solum conditione deficiente, quantumvis vera essa sacri perseveret. Contra: quia haec connotatorum doctrina s. a summulistis iam viluit, nec in eius impugnatione immoror, cum a meis auditoribus videam eam viris oibus devoveri.

Dices 2o: deficiente intentione Ministri deficere sacramentum non via constitutionis, seu non quia intentio sacramentum constituat; sed via connexionis, seu quia desit significatio sacramentalis, et voluntas Christi Domini nolentis conferre gratiam nisi sub ea conditione quod ponatur intentio Ministri: cum autem ea significatio, et voluntas, sint essales sacramento, et connectantur cum intentione Ministri, hac deficiente, ipsae deficiant propter connexionem, et consequenter sacramentum non stabit, non directe

Ut fiat quia deficit intentio Ministri, sed quia deficit aliquid essentiale sacramento quod concedebatur cum intentione Ministri:

Contra: quia denuum praecisse tolli intentionem Ministri per possibile. vel impossibile manentibus omnibus aliis, scilicet materia, forma, significatione gratiae et voluntate Christi. Ergo: tunc vel manet sacramentum, vel non. Si primum ergo poterit intelligi validum sacramentum sine intentione Ministri, quod est falsissimum. Si 2um ergo intentio est essentialis sacramento, siquidem expraecisa eius ablatione aufert sacramentum. Confirmatur: quia ideo aplicatio ignis est essentialis combustioni, sed conditio quia si per possibile vel impossibile quando datur, et requeritur actualis combustio, tota auferatur aplicatio et reliqua omnia maneant invariata, adhuc manebit combustio; ergo si praecisse ablata intentione Ministri, non manet sacramentum, quia hoc stare non potest sine intentione Ministranti, signum est eam intentionem non esse meram conditionem, sed gradum intrinsecum et essentiale sacramenti, utpote Baptismatis:

Dices 3: non omnes materias, et formas, seu non omnes ablutiones aquae naturalis, nec omnes prolationes verborum formae Baptismi, assuntas esse a Christo Domino ad significandam gratiam; sed eas speciales, quibus sciret adiungendam intentionem Ministri, ac proinde hac deficiente deficere sacramentum, non quia intentio sit pars essentialis sacramenti, sed quia non data intentione, non sunt materia, et forma, a Christo Domino requisita. Sic docet P. Ferrice in manu scripti de sacramentis disputatione 3. cap. 4. et non nulli recentiores post ipsum.

Contra: quia postquam id gradu asserit hi theologi, et communi Theologorum doctrina insisterent, qui non considerant intra sacramentum intentionem Ministri a communiori etiam sensu theologorum deviarunt, quod mature observavit P. hugo nº 130. et Probo: quia

dici, ut scilicet aliae partes aquae naturalis qua in dictio-
nem divinam esse materiam remotam Baptismi, aliae vero
non: aliae partes esse materiam remotam Extremae Unc-
tionis, aliae non: alia peccata post Baptismum com-
missa esse materiam remotam sacramenti ~~Poen~~ Poenitentiae, alia
non: quo nec dici valet alias ablutiones, unctiones, et con-
fessiones, esse materiam proximam Baptismi, Extremae Unc-
tionis, et Poenitentiae aliae vero non: Nam ut generaliter desig-
nantur ab Ecclesia aqua, oleum, et peccata commissa
post Baptismum, pro materia remota talium sacramen-
torum, ita generaliter designantur ablutionem, unctio-
nes, et confessiones pro materia proxima; et haec est communis theo-
logorum doctrina, a qua haeretice et leviter aliqui
non merito recedunt.

Dices 4o. Cum quibusdam aliis recentioribus, ac-
tionem ministri perfectivam extrinsece sacramenti
esse intra super talem essentialiter connexam cum intentione
naria Ministri cumque aliis requisitis ad valorem sa-
cramenti, et constitutivam intra sacramentum, non minus quam
materiam et formam. Cum autem deficiente intentione Mi-
nistri deficiat haec actio, deficiet sacramentum, non quia in-
tentio clauditur intra in sacramento, sed quia ea defici-
ente, deficit aliquid essentiale sacramento, nempe illa actio
essentialiter praesupponens intentionem. Ergo licet non deficit
sacramentum toto defectu intentionis stantibus aliis omnibus
sacramenti constitutivis.

Contra: quia hi recentiores videntur incidere
~~illico~~ in in communia sententia Patrum haeretice, quam ipsi
acerrime impugnant: Probatur: quia iuxta hanc opinio-
nem non pertinebunt ad sacramentum Baptismi omnes
prolationes illorum verborum, Ego te baptizo etc.
neque ad sacramentum poenitentiae prolationes omnes eorum verbo-
rum, Ego te absolvo etc. et sic in aliis; sed pro-
lationes dumtaxat intra seriales; atque non licet va-
ditionem generalem Ecclesiae, et Conciliorum, limitare
ad aliquas dumtaxat prolationes, actiones abluendi,

urgendi esse, ut cum P. Lugo, et his recentioribus Magistris. arguebamus contra P. Henricq; quo non sunt de perfectione Sacramenti communi partium actiones intrinsecae, et essentiales connexae cum intentione Ministri. Cap. 3. eadem veritas aliis rationibus stabilitur.

Quam rationem eamque a priori sic instituo. Minister Sacramentorum operatur nomine Christi tanquam Minister et dispensator ipsius iuxta illud Pauli 1a ad Chorint. 4. sic nos existimet homo, ut Ministros Christi et dispensatores Misteriorum Dei. Sed nullus potest operari nomine alterius, ut ipsius Minister, ac dispensator, nisi per veram intentionem sic operandi tribuentem realiter valorem eis actionibus; ergo actiones sacrales Ministrorum constituuntur intrinsece in ratione sacramenti validi per intentionem, per quam Ministri volunt gerere munus Ministrorum Christi. Minor probatur: quia facta Ioani potestate a Petro vendendo equum ipsius, si Ioanes iocose nec per veram et seriam intentionem vendendi nomine Petri, sic diceret vendo tibi equum Petri, nulla esset venditio; valeret tamen per veram intentionem facta. Confirmatur: quia actiones Ministri v.g.a ablutiones, et absolutiones, constituuntur in ratione sacramenti, quatenus exhibitae nomine Christi, sed in hac ratione constituuntur intrinsece per praedictam intentionem; ergo in ratione sacramenti.

Quam rationem ex inductione per aliquot sacramenta ita compono. 1o in Matrimonio: nam ad essentiam contractus legitimi pertinet consensus, contra Henricum; sed sacramentum Matrimonii est essentialiter contractus legitimus; ergo etiam causa premittit. Minor est evidens.

(Matrii liquet: qa secus nō esset Contractus verus,
sed fictus. Consensus ergo seu intentio utriusq. Conjugis
spectat ad essam Matrimonii. — 2o in ordine: qa
in Episcopo requirit Consensus internus seu intentio ad
conferendos ordines; sicut n. in Conjuge Consensus
essalr postulat, qa confert alteri potestatem cir-
ca suum Corpus; ita etiam requirit in Episcopo,
cum per sacratum ordinis potestatem conferat, vga
ad Consecrandum, absolvendum etc.; oēs n.
collatio potestatis, l. Iurisdictionis, ut pote actio
humana, debet esse voluntaria, includens pro-
inde actum voluntatis, qui in sacrati nil aliud ē
quam intentio Ministri esse legitime adminis-
trandi. 3o in Paenia: Nam sicut ad ve-
ram donationem, ac promissionem essalr requirit
voluntas interna, qua quis dicere, dono. l. promitto,
secus essent ficta; ita ad veram remissionem de-
biti ac Peccatorum, quae fit media absolutione
sacramentali, essalr naria ē voluntas et intentio
remittendi debitum, secus esset remissio voce te-
nus.

Sa ro: Ea cum posita fuerit sacrati in-
stitutio in sola ma, allatis ut conditionibus fa, et in-
tentione, a quibus ma in constitute sacrati depende-
at; (quem ad modum aiunt contrarii sacrata de facto
esse instituta in ma et fa simul, allata ut mera
conditione intentione Ministri) l. in sola fa, alla-
tis ut conditionibus intentione, ac ma, a quibus
fa dependeat, ut sacratum constituat; somniare posset
quis ita esse instituta. Cum ergo ad probandum
contra hujusmodi somniatorem mam et fam esse
intrinsecas essales sacrato, ostendum nobis esset
illo Eugenii decreto, et decretum eodem nō loquatur
de ma ac fa, atq. de intentione; dum ē in intentionem

etiam requiri ut materiam essentialem ipsius sacramenti.
Si n. dicamus intentionem esse meram conditionem
extrinsecam, non obstante eadem locutione Conciliorum
similiter dicet somnians (et quidem in hoc vigilans)
materiam esse conditionem, et formam de essentia sacramenti:
vel contra, materiam esse de essentia sacramenti, et formam
conditionem, non obstante quod decretum eodem modo loquatur
de forma ac de materia.
Contrarie quod posset 1º: quia possibile sit sacramentum
ex sola re, vel ex solis verbis essentialiter constitui
relictis ut conditionibus, quare, inquies
de facto non erit ita institutum? Dices quia decretum
Eugenii docet perfici sacramentum ex materia et
forma. Contra: quia etiam dicit per intentionem
Ministri: ergo si, non obstante decreto, via est ad asserendum
esse meram conditionem intentionem Ministri,
eadem via defendi poterit materiam aut formam esse solam
conditionem. Contrarie 2º: quia frustra fiunt per plura,
quae possunt fieri per pauciora; ergo cum sacramentum
ex una solum parte constare possit, non constare triplici
materia, forma, et intentione; nec constabit duplici, re, et verbo,
sed unica scilicet vel sola re, vel solo verbo. — Contrariet 3º: quia non sunt plurificanda constitutiva sine urgenti necessitate. Videlicet (iuxta adversarios) intentio non
constituit, sed non est necessitas ut materia et forma simul constituant,
cum possit sacramentum sola materia constitui; ergo non ambae
simul sed vel sola materia, vel sola forma constituet sacramentum. — Recurres ad decretum Eugenii. Bene,
id eque habet materiam, et formam, ac intentioni.
Crede igitur nobis dicentibus sacramentum tribus illis perfici,
scilicet materia, forma, et intentione Ministri.
Quarto probatur ex Trident. sessione 14. de
Poenit. seu Extremae Unctionis sacramento cap. 6. quod
est de Ministro sacramenti poenitentiae, prope finem ubi
dictum Concilium eadem ratione exigens sacramentum Poenitentiae

Contritionem, seu attritionem ac sacerdotis animum vere absolvendi; ideo contritio, si attritio essentialiter requirunt; ergo et intentio sacerdotis. Consequentia valet. Minor patet. Maior ostenditur productis immediatum Concilii verbis: non debet Poenitens inquit, adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut etiam si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi, et vere absolvendi desit; putet tamen se propter suam solam fidem, vere et coram Deo esse absolutum. Mitto alias.

Cap. 4.

Argumentis in oppositum satisfacit.

Obiicies 1º. Concilium Trident. proxime citatum immerito afferri pro nostra opinione; nam eadem sess. 14. cap. 2. expresse ait quod materia et forma sacramenti essentiam perficit; ergo non perficit intentio Ministri. Respondeo negando consequentiam. 1º: quia foret Tridentinum contradiceret Florentino. 2º: quia non ait solum materia et forma sacramenti essentiam perficit; sed materia et forma; ac proinde intelligi valet non excludere intentionem. 3º: quia loco nuper citato sess. 14. cap. 6. Concilium videtur exigere intentionem Ministri ad sacramentum, si aliquam contritionem ad Poenitentiam; ac proinde essentialiter: igitur cap. 6. aliquatenus explicatur, quod cap. 2. praedixerat.

Obiicies 2º: saltem nostram errare in primo dictum non praecipue Eugenii 4. decreto; at hoc non statuit sacramentum consistere intentione Ministri, sed perfici; ergo intentio Ministri est, iuxta decretum Pontificium non consistitivum sacramenti, sed eius perfectio, si possibile, aut noluimus ratione. Porro huius obiectionis artificium de latinitate esse instruendum; et quidem iuxta illum idem ibi sonat perfici, ac consistere ut patet latinissimis, et obiter pro re nata propter; quia sicut proxime dicebat Trident. materia, et forma sacramenti essentiam perficit, idest constituit, ita in Eugenii decreto dicitur sacramenta tribus perficiuntur materia, forma et intentione Ministri ubi tamen valebit perficiunt, ac constituunt. mmmm mm

mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm

mm mmmmmm mmm mmmmmmmmmmmm

mmmmm mmmmmmmmmmmmmmmmmm

Obiicies 3º. Intentio conficiendi sacramentum est intentio ponendi re ipsa veram et realem causam gratiae; ergo non constituit ipsum verè talem causam, atque proinde neque sacradum. Prob. consequentia 1º. inductione facta aliarum causarum, quae non constituuntur intrinsece per intentionem, seu voluntatem ponendi ipsas a parte rei, nam eiusmodi voluntas ad summum erit conditio sine qua non, de causa extrinseca requisita ad existendum causae. Prob. consequentia 2º: quia causae hujus non sunt causae potentes virtute causativa, non autem constituuntur formaliter tales per intentionem easdem ponendi, sed ad summum talis intentio est conditio extrinseca praevie requisita ad existendum causae, ac sacramenti, non vero constitutivum intrinsecum eiusdem.

Respondeo distinguendo antecedens: intentio est causa gratiae adequatam, nego antecedens; inadequatam, concedo antecedens, et nego consequentiam. Namque intentio conficiendi sacramentum est intentio directe ponendi causam inadequatam gratiae, eademque intentio se ipsam ponendo a parte rei ponit in actu exercito, quod ulterius desiderat ut adequata causa consurgat. Sicut intentio libera ponendi re ipsa actionem externam, causando actionem externam causat inadequatè hoc aggregatum, scilicet actionem externam moraliter liberè intentam, quia causat actionem externam, et se ipsam ponendo formaliter ponit in actu exercito partem aliam eiusdem aggregati, scilicet ipsam intentionem liberam. Unde patet ad utramque consequentiae probationem, nempe esse aliquas causas quae independenter ab intentione ponendi causam sunt causae adequatae effectus; alias vero, quae simul cum intentione ponendi causam inadequatam; et huius 2i generis sunt sacramenta causae gratiae.

Obiicies 4º: Ea saepe est peccatum intentio ministri; ergo non erit causa adhuc inadequata gratiae sanctificantis, quia ipsa gratia sanctificans non potest a peccato causari; ergo pars constitutiva sacramenti, simili ratione non debet esse talem inadequata causa gratiae. Urgetur

argumentum: Nam quando Minister conficit sacramentum per intentionem pravam, non solum intentio, sed actio exterior constitutiva sacramentum, et ab ea intentione prava procedens, est peccatum: ergo si quis ex intentione prava infirmum ungeret, ipsa actio exterior ungendi peccatum esset, et tamen esset pars sacramenti, ut pote materia proxima extremae unctionis; quod si intentio esset pars intrinseca sacramenti, accidere posset, quod gratia procederet a duobus paribus malis scilicet intentio, et externa actione.

Respondeo dupliciter. Primo: adhuc ut sacramentum dicatur causa gratiae non esse necessarium, quod omnes, et singulae illius partes intrinsecae et essentiales causent gratiam: sicut homo dicitur intelligens, et tamen una eius pars essentialis, nempe materia sua, non intelligit: sicut sacramentum Poenitentiae essentialiter constituitur ex absolutione Ministri tanquam ex forma, et ex actibus Poenitentis, videlicet contritione, confessione, et satisfactione, tanquam ex materia; et tamen non omnes eiuscemodi sacramenti partes, sed sola absolutio causat gratiam, ut probabilissime docent Scholastici, scilicet Bonaventura, Vega, Capreolus, Ferrara, apud Scandarum tomo 4. tract. 9. disputatione 4. Quaestione 3a. Iuxta hanc igitur sententiam dici posset ab intentione, et actionibus pravis ministri, non causari gratiam; causari tamen adhuc a sacramento, quatenus causatur a reliquis sacramenti partibus bonis, vel saltem indifferentibus.

Respondeo 2o omittendo vel etiam admittendo gratiam causari ab illis partibus sacramenti, dicentes etiam ab aliqua peccaminosa. Neque id est inconveniens: sicut nec inconveniens sacramentum intra essentiam constitutionis atque componi ex aliqua actione peccaminosa. Patet in matrimonio dupliciter: quia hoc sacramentum essentialiter componitur ex consensu coniugum, qui consensus potest aliquando esse peccaminosus, vel quia quod ad est impedimentum, non ex dirimentibus,

ea impediendi eam; et non sine vitiosi; aut ex
aliis capitibus; et adhuc est cum gratia. 2o. quia potest
etiam Matrimonii sacramentum fieri per actum copulam,
ut attigimus de ante capite 5. et ad namque quo sibi
potest esse peccaminosa saltem venialiter.

Ad obiect. praeminimur praecedendi obiectionem; quod
non fateri debemus, nolle sacramentum componi partialiter
ex aliqua actione peccaminosa et consequenter ab hac posse
gratiam causari et prohibita; neque in hoc est aliquod in-
conveniens; quia illa actio non movet Deum prout est
a Ministro, sed prout est actio Christi bona: sicut
quando famulus ex fine vitioso dat eleemosynam iussu
domini, illa datio prout a Domino per illum Mi-
nistrum, movet Deum ad retributionem, sit prout
est a famulo displicet et moveat ad punien-
dum. Cap. 9. Alia argumenta ab incommodis nos-
trae sententiae, proponit, ac solvit.

Obiicies 9. Et quidem quoad speciem pulcherri-
mum) ab incommodis. Primum est: nam ex suppositione quod
Ministri intentio conficiendi sacramentum constituat illud
in esse, etiam constituet intentio suscipiendi. Ut enim sa-
cramentum deest deficiente intentione conficiendi in Minis-
tro, et stantibus aliis constitutivis; ita deest deficiente
in suscipiente intentione suscipiendi, stantibus aliis con-
stitutivis. Primum incommodum est: quia etiam erit con-
stitutivum intrinsecum sacramenti potestas perficiendi ad
perficiendum, quia sublata similiter ea potestate, et aliis
constitutivis sacramenti manentibus, deest sacramentum.

Resp. haec incommoda nos non movere ad
deserendam semitam semel ingressam, bonis esse in

incommoda probant. Nam sicut dicendum cum Cardinali de Lugo [illegible] non putamus incommodum esse, constituere intrinsece sacramentum intentione Ministri, ita nec P. Lugo ubi supra n° 144 nec nos putamus incommodum, constituere intrinsece quodam sacramentum intentione adulti suscipiendi.

Et quidem intentionem recipiendi Sacramentum [illegible] esse partem intrinsecam essentialem et quasi materiam intrinsecam ipsius Sacramenti docet [illegible] ubi supra q. 6 §. Cum P. Vazquez, et ipso Lugo. Idemque docent alii authores de consensu, intentione, ac voluntate adulti suscipiendi Baptismum, Matrimonium, vel quodvis aliud sacramentum; §. talem intentionem essentialiter requiri ad eorum valorem; excepto ab valore sacramenti Eucharistiae, in quo tantum est non requiri essentialiter intentionem ipsius recipiendi. Itaque concludo cum praedicto Cardinali, in iis omnibus, in quibus eadem ratio procedit, idem omnino fatendum esse.

Et si Eugenius 4.us in decreto supra allegato tantum enumeravit tria requisita essentialiter ad valorem sacramenti, materiam, formam, et intentionem Ministri, nil omnino dicens de intentione suscipiendi, ideo fuit quia intentio suscipiendi non requiritur ad valorem omnium sacramentorum in universum, quod omnino confertur parvulis Baptismus, ergo non requirit, licet requiratur in adultis: nec quando conficitur sacramentum Eucharistiae, requiritur ad eius valorem intentio suscipiendi: quare cum in doctrina tradita et omnibus sacramentis non debebat exprimi id, quod non erat omnibus commune.

Ad 3.um incommodum vero, quod similiter idem Lugo disputatione 1. de Eucharistia sectione 5. n° 92. non censuit incommodum potestatem ad perficiendum sacramentum constituere intrinsece sacramentum saltem in obliquo, ubi reliquis omnibus constitutivis stantibus deficit sacramentum deficiente tali potestate perfectiva. Neque huius potestatis oblitus est Eugenius. Etenim nomine Persona Christi, quam

a

a sacramenti valorem exegi, intellexit eam perso-
nam pro ut sacramentum ministrandum idoneam, quo pacto
in voluit legitimam potestatem perficiendi sacramentum.

Obiicies 6. Venuste quidem insurgens incom-
modum aliis omnibus, statim ac vires a nobis admitti, sacra-
mentum inire conditione et potestate perficiendi sacramentum.
tamen incommodum est: Omnia sacramenta post Baptismum in-
ire conditione Baptismo. Probo: Nam in potestate per-
fectiva ipsorum intrat ministrum esse Baptizatum. Quin
omnia sacramenta, quae non perficiuntur nisi ab ordinato, ut sa-
cramentum Poenitentiae, et Extremae unctionis, intrinsece conditione
sacramento ordinis. Probatur: Nam ministrum esse ordina-
tum intrat essentialiter in potestate perfectiva talium sacramentorum.
Hinc oritur tum semper sacramentum ordinis, quod
usque aliud ab illo dependens postea perfectum, conditione
intentionibus omnibus, et potestatibus administrandum talia
sacramenta, quae ab institutione Christi Domini, usque ad illud
sacramentum ultimo perfectum effluxere. Quod videtur ad-
mitti non posse."

Respondeo, haec sane praeclare excogitare acumine,
sed non convincere. 1o: Jam potest veri solutionem hu-
ius obiectionis non esse praesentis loci sed controversiarum
singulorum sacramentorum imponi portari, ubi examinandum erit,
an ea omnia, quorum meminit obiectio, necessario sint conce-
denda ad conceptum essentialem singulorum sacramentorum?
Pro nunc dicimus cum Cardinali de Lugo [illegible],
in iis omnibus, in quibus eadem ratio procedit, idem omnino senten-
dum esse. — 2o veri posset probabiliter dici ex textu dato
Cap. 7. sacramenta supponentia Baptismum, Ordinem, aut
alias intentiones antecedentes, aut potestates, non conditione
essentiali ipso Baptismo, Ordine et aliis intentionibus, et
potestatibus; sed haec omnia requiri, ut conditiones prae-
vias, dependenter a quibus (ut variis conditionibus, et
non praedicatis intrinsecis et essentialibus) sacramenta subse-
quentia sint a Christo Domino instituta.

Dici potest 2º, Sacramenta, quae non possunt valide administrari nisi a Ministro Baptizato, directe non involvere essentialiter Baptismum talis Ministri; sed in essentia involvere connotative Ministrum pro ut aliquid habente, quod essentialiter supponit esse Baptizatum, nimirum caracterem Baptismalem, qui est essentialiter signum infallibile, et indelebile in anima impressum Baptismi iam suscepti, quod de se ostendit non esse causam iterum suscipiendi; ut iam colligit ex evidenti. Sessione 7. Canone 9. de sacramentis in genere. Similiter ad 2um inconmodum dici posset sacramenta, quae non perficiuntur valide nisi a Ministro ordinato, non involvere essentialiter ordinem; sed solum administrari ab eo Ministro pro ut praedicto charactere ordinis insignito essentialiter supponente, et infallibiliter significante iam esse ordinatum. Quo cessat 3um inconmodum.

Videns insipienti nostra solutione vicere tria praedicta inconmoda, et insurgis 4º: S. est sacramenta, quot ab uno sacerdote administrata sunt exigentia ad sui valorem esse ordinatum Ministrum, inde constitui uno et eodem charactere talis sacerdotis, et inadequate identificari inverse, et consequenter quoad aliquam sui partem indistinctam perfici ea, quot ab eodem sacerdote peraguntur.

Dico nec hoc esse inconmodum. Nam optime possunt plura sacramenta aliquam partem habere omnibus eam. Convenit n. inter Theologos, ut docet Leander tract. 9. de Poenitentia disputatione 2. quaestione 38. cum Navarro, Soto, Henriquez, Bonacina, Fabundez, et aliis com̃, Ministrum Baptismi et Poenitentiae posse, imo debere, s. saltem expedire, ingruente procela, grasante peste s. sediente praelio aut incendio, plures simul Baptizare sub hac forma, Ego

ego vos Baptizo Ctt.; et plures simul absolvere sic ego vos absolvo a peccatis vestris. In quo casu plura Baptismata, et plura Poenitentiae sacramenta, eandem habent physice formam involverent. Neque est inconveniens aliquam partem sacramenti tam in hoc loco tam in illo residere; sicut inconveniens non est aliquam partem meriti de condigno, quod nunc fit a iusto Hispali in totidem loca perduci, quot ille iustus pervagetur. Nam gratia habitualis constitutiva meriti de condigno, ut condigno, in tot locis collocatur, quot anima iusti merenti reponit. Cap. 6. Ultimum incommodum ex materia Matrimonii desumptum, duplici via fugio; una communi, altera speciali.

Obiicies 1. ad huc aliud incommodis, aliud scilicet ex nostra opinione nascens; nimirum sacramentum Matrimonii in re constitui persona Parochi et testium post decretum Tridentini de ipsorum praesentia sessione 24. Cap. 2. in decreto de reformatione Matrimonii. Probas sequellam: quia deficiente Parochi praesentia, et aliis stantibus, nullum valeret sacramentum. Ergo negatis inconvenientis, iuxta nostrum discurrendi modum excedi convenit matrimonium per Parochi praesentiam: sed hoc dici nequit, quia iuxta communem Theologorum locutionem praesentia Parochi solum requirit ut conditio ad matrimonium, ergo Ctt.

Rheo via communi negando sequellam; nam sicut in opinione plurium ex adversariis, incommodum

n.e post illud decretum requiri tanquam intra conditionem sacrati actionem sacramentalem s.ed nalem essentialiter supponentem illam Parochi praesentiam, quae quidem actio non requirebatur ante tale decretum. Ita neque absurdum erit dicere, post tale decretum Contrahi sacramentum per actiones contrahentium, non secundum se ut antea, sed ut coniunctas cum praesentia Parochi, et testium; sive ut essentialiter supponentes eorum praesentiam ad legitimatem Contractus; ac proinde deficiente praesentia Parochi deficere Matrimonium, non directe quia deest illa praesentia, sed quia deest verus Contractus seu actio legitima, quae stare non potest sine tali praesentia.

Quam tamen nostra pro clariori stabilimento solutionis exhibitae praesenti obiectioni, Matrimonium essentialiter continet actionibus contrahentium, non vero praesentiam Parochi, licet hanc illae ut legitimae essentialiter supponant: sicut licet actio productiva effectus supponat virtutem causae, cuius est essentialiter exercitium, adhuc ipsa actio non continet intra se virtutem suae causae. Similiter creatura essentialiter supponit Creatorem, et tamen creatura non continet per Creatorem: similiter plura sacramenta essentialiter involvunt officium a ministro prius aliquid habente, quod essentialiter supponit esse Baptizatum, videlicet characterem Baptismalem, et tamen directe non involvunt essentialiter Baptismum talis ministri. Non aliter Matrimonium involvit essentialiter actiones contrahentium legitimas, quae essentialiter supponunt praesentiam Parochi. Non tamen ipsum Matrimonium directe involvit essentialiter praesentiam Parochi, sed aliquid essentialiter supponens talem praesentiam, nempe actiones legitimas. Sicut Confessio Eucharistia essentialiter involvit Ministrum cum Charactere, et Character essentialiter supponit Baptismum; et adhuc Confessio Eucharistia directe et essentialiter non involvit Baptismum.

2um nota. Et ex 1a nota colligitur, d-
deficiente praesentia Parochi desinere actiones contra-
hentium esse Contractum legitimum, ac proinde desi-
nere Sacramentum Matrimonii, quod est aliquis legitimus Con-
tractus. Si vero fingatur per impossibile auferri praecisse
praesentiam Parochi, et reliqua omnia manere inva-
riata, seu manere adhuc contractum legitimum; in
tali hypotesi impossibili, possemus dicere duo; 1um stare
Matrimonium quia supponitur perseverare Contractum
legitimum. Et vero videntur decernit non dari Matri-
monium, nisi detur praesentia Parochi; loquitur realiter
et in suppositionibus possibilibus; non vero in suppositionibus
Methaphysicis, Conditionalibus, et omnino impossibilibus, de
quibus Concilium non curat, prout est praesens.

Et vero cur maneret Matrimonium in tali
hypotesi impossibili est clara, Nam iuxta doctrinam Con-
cilii; quia Concilium requirit praesentiam Parochi solum
ut fiat Contractus legitimus; ergo si supponimus perseve-
rare Contractum legitimum, Matrimonium stabit etiam
deficiente praesentia Parochi; Nam sicut media tantum
requiruntur ad finem, quatenus hic sine illis nequit conse-
qui; si vero aliquando sine mediis posset consequi, non
requirerentur media: Una praesentia Parochi requiritur
ut detur Contractus legitimus; quod si casus fingatur in quo
stet Contractus legitimus sine praesentia Parochi, tam
in tali casu impossibili non erit necessaria Parochi praesentia.

Dici potest 2um, scilicet ex illa hypotesi im-
possibili, si praecisse auferretur praesentia Parochi, et reliqua
omnia manerent invariata, consequenter maneret Contra-
ctus legitimus, ex hac, inquam, hypotesi sequi utrumque
scilicet Matrimonium stare et non stare. Ratio: quia quoties
in hypotesi utrumque contradictorium claudit, infert utrumque
contradictorium infert; sed in tali hypotesi utrumque con-
tradictorium claudit; ergo ex ea utrumque sequitur. Eadem

Coa tenet. Maior patet; Etenim q̄ Utrumq̄ con-
tradictorium claudit in hac hypotesi, si Petrus esset
hō et n̄ esset rōalis, Utrumq̄ sequit. s. q̄d esset ad
miradivus et n̄ esset. Sum q̄a hō ē admiradivus:
Unde si Petrus esset hō nario esset admiradivus. Sum
q̄a admiradivum essētr suponit, Ut radicem seu primum
rōale: Unde si Petrus n̄ esset rōalis nario n̄ esset
admiradivus. Minor ostendit: In illā hypotesi clau-
dit. n̄ tolli contractum legitimum, et tolli: Sum
q̄a suponit. precisse tolli presentiam Parochi, et n̄ con-
tractum legitimum. Sum q̄a eo precisse ad tollere
presentiā Parochi, post novum Trident. decretum
tollit. contractu legitimus, qui essētr suponit, seu con-
iungit. cum presentia Parochi.

Sum nota, hactenus me per salebras pro-
cessisse, cā n̄ recedendi a Coi theolog. via, ac locu-
tione, qua dicunt presentiam Parochi, solam requiri ut
conditionem ad valorem sacradi Mtrimonii: quam
locutionem putant haberi ex Concilio Trident. Ego
v°, eorum pace, tamen viam aperiens, ad fugiendum
presentis obiectionis incommodum, duo hic proponam:
Ut ipsi videant, an queant admitti; nolo. n. in
re adeo gravi proprio cerebro duci. Et si, vasint,
-l. saltem possint probabil. sustinere, quo tam propo-
rio, facilis ac plana fiet doctrina de presentia Pa-
rochi, aliās salebrosa atq̄ difficilis.

Sum igit. dicerem, eam locutionem nulli-
bi apud Trident. haberi. Probo: Nam in ea sse.
24 citata, haec solum, et alia oio similia circa pre-
sentem difficultatem habent: qui alr quam presente
Parocho. l. alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordi-
narii Licentia, et duobus. l. tribus testibus Matrimo-
nium contrahere atentabunt, eos Sancta Synodus adire

Contrahendum eos inhabiles reddit, et ejusmodi con-
tractus irritos, et nullos esse decernit, prout praesenti de-
creto irritos facit, et annullat. Ecce Concilium
requirit utique ad valorem Matrimonii praesen-
tiam Parochi; eam tamen nec Conditionem, nec causam
vocat. Sed ab utraque locutione abstrahit, et abstinet;
quod salvo meliori capere a theologis, quod Tridentinum
praesentiam Parochi requirat de iure solum ut extrin-
secam Conditionem.

Quum dicerem, praesentiam Parochi post Trident.
esse de iure requiri ad constitutionem validam Matrimonii, et
non ut solam Conditionem extrinsecam. Et probarem lo-
quendo hanc locutionem non contradicere Tridentino, ut proxime vi-
dimus; potius illi multum consonat. Probarem vero:
quia licet Tridentinum alicubi vocaret praesentiam Paro-
chi Conditionem, explicari posset non loqui de Conditione stric-
ta juxta rigorem Scholasticum, iuxta quem Conditio ex-
cludit a ratione causae, et a ratione conditionati; sed de condi-
tione lata, in qua acceptione causae morales solent dici Condi-
tiones, imo et ipsa conditionata solent ut Conditiones ex-
plicari.

Quod tum patet in Petro dicente, ibo Matritum si
Rex me vocet: Ecce vocatio Regia est conditio ut
Petrus, et est causa moralis eum adire movens. Tum liquet
quando de aliquo ignoto, et cuius speciem non haberet, ita lo-
queremur hoc animal erit homo, si fuerit animal rationale: Ecce po-
nit ut Conditio, seu explicat Conditionate, seu Conditio-
nate exigit ipsam esse ad conditionatum. Ergo ex eo quod
alicubi Trident. vocaret praesentiam Parochi Conditionem
(quod tamen nullibi praestat, ni fallor) et eam praesentiam Condi-
tionate exigeret, sic Matrimonium valebit, si Parochus
et testes adsint, non infert talem praesentiam excludi a
ratione causae, aut constitutivi ipsius Matrimonii.

Probarem 2: Quia Matrimonium constituitur essentialiter per contractum legitimum et consensum validum contrahentium; sed contractus fuisse legitimi, et consensus fuisse validi, constituitur essentialiter per praesentiam Parochi; ergo Matrimonium constituitur essentialiter per praesentiam Parochi, spectantem quidem ad Matrimonii formam, seu ad consensum validum ipsorum contrahentium, qui consensus fuisse validi constituitur per ipsam praesentiam Parochi. Probarem 3: Quia sicut ante Philippi Hispaniarum Regis pragmaticam de testamentis, emptionibus, venditionibus, donationibus, et reliquis instrumentis iuridicis in papiro sigillato conficiendis, valida erant ea instrumenta in papiro scripta, nunc vero sunt invalida; ideoque ad ipsorum valorem essentialiter requiritur quod in cartis sigillatis fiant. Ita ante Trid. Matrimonia sine praesentia Parochi valebant, nunc vero praesentia Parochi essentialiter requiritur, ut valide fiant.

Probarem ultimo: quia praesentiam Parochi non fuisse essentialem Matrimonio ante Tridentinum et esse post Trident. non est quod Ecclesia essentiam Matrimonii mutaverit, aut materiam, formam vel perturbaverit huius Sacramenti: Christus enim D. solum requisivit essentialiter ad sacramentum Matrimonii quod contrahentes libere ac valide contraherent, ac providere demandavit, quod interveniret contractus legitimus, sive hic esset cum praesentia Parochi, sive sine illa; hoc enim ipse non determinavit, sed Ecclesiae, et Rebus publicis determinandum reliquit pro varietate temporum, ac locorum convenientiis. Unde cum ante Trident. haberetur ab Ecclesia pro contractu legitimo, seu sufficienti ac valido clandestinus consensus contrahentium, is sufficiebat ad valorem Matrimonii; etsi semper Ecclesia Dei prohibuerit ac detestata sit, Matrimonia clandestina, ut loquitur Concilium,

sessione praeallegata

Ut vero Sancta Sinodus obviaret pluribus incommodis procedentibus ex matrimoniis clandestinis decrevit, quod solum esset consensus contrahentium contractus legitimus, quando adfuisset Parochus, ideoque hoc absente non dari matrimonium, quia non datur consensus, et contractus legitimus contrahentium, quem Christus Dominus essentialiter requisivit ad valorem talis sacramenti. Ecce potest evidenter dici posse essentialiter requiri praesentiam Parochi, et adhuc etiam mutari ab Ecclesia. Quod Christus Dominus instituit. Hac 2a via, ac locutione, facile solvitur praesens nodus: an vero praeter illa (de conditione) locutione omnino dari docti credident, quorum iudicio ex nunc acquiesco. Capitulo 7. Notabilia quaedam securas reddunt ambas superioris capitis vias.

Superiora dictaveram, cum forte fortuna incidi in singulares quasdam Theologorum sententias, quas sub capitis notabili lubet annectere, ut pote deservientes plurimum pro explanatione ac stabiliendo doctrinae capitis praecedentis.

Primum notabile, videlicet pro maiori confirmatione 2ae viae, qua procedunt correctè theologi asserentes praesentiam Parochi non esse de essentia matrimonii sed tantum conditionem; est sententia Caietani in opusculis tom. 2o tract. 12. q. 2. Dominici Soto, Iacobi a Grafis, Petra cruce et Vegae, apud Leandrum tom. 2 de sacramentis tract. 9. disputatione 7 quaestione 7, docentium, adhuc post Tridentinum aliquando valere, ac licere matrimonium clandestinum videlicet celebratum sine denuntiationibus Parocho, ac testibus; et solum in tribus casibus videlicet 1o quando celebratur ubi Tridentinum non est promulgatum aut receptum. 2o, quando adest

Pontificis dispensatio sine assistentia Parochi et testium. 2°, quando celebratur ante Baptismum. De quibus casibus non dubitant Theologi. Sed etiam in aliis quibusdam; et quando scilicet absque gravi damno nequit Matrimonium omitti, et Parochus haberi non potest. Tunc, inquiunt, ex voluntate praesumpta Concilii nolentis obligare in talibus casibus, ob necessitatem occurrentem, validum erit matrimonium sine Parocho et testibus celebratum.

Primum casum, in quo, inquiunt, ob necessitatem valet matrimonium clandestinum, sive sine Parocho et testibus celebratum, est: quando virgo sub tutela est iniqui tutoris, et clandestine contrahit, ne tutor eam tradat viro ignobili. 2us, quando quis lethaliter vulneratus feminam concubinam habuit, ut filios legitimos reddat, et adimpleat fidem ei datam, sicque faciliorem viam paret ad salutem; clandestine, inquiunt, cum illa valide contrahet, quia copia parochi et testium haberi non potest. 3us, quando concubinarii iter facientes, seu alia ratione commorantes, timentes in periculo ob concubinatum incidere, subito matrimonium secreto contraherent, ut asserunt se esse coniuges. 4us si aliqui, quibus maxime expediret nubere, et valde metuerent illo tempore impedientes esse, ne contrahere possint, tunc secreto in matrimonium consentirent, animo postea publicandi.

Quintum casum admittit P. Conink. disp. 27 de matrimonio, dub. 4. n. 41. Nempe in ~~opido~~ oppidulis, aut pagis, ubi nequit haberi Parochus, nec de proximo speratur haberi, posse valide sine illo matrimonium contrahi: et asserit, ita esse declaratum a Clemente 8° legem Tridenti. Sextum casum posset aliquis admittere, ut valide contrahi matrimonium sine Parocho et testibus, quando contrahentes invincibiliter ignorant legem Tridentini: et ita asserunt aliqui apud P. Conink. ibi n° 42. et apud P. Ledesma Quaest. 49 art. 9.

Altera via defendendi Matrimonium clandestinum aliquando valere, etiam post Trident. Navarrus, Soto, P. Sanchez, P. Bevellus et alii apud Basilium Poncium tom. de Matrimonio lib. 5. cap. 6. nempe in duobus casibus. Primus est: quando duo contrahunt denuntiationibus, ac solemnitate procedente, iis tamen non innotuit impedimentum dirimens, quod habebant. Contracto Matrimonio et consummato, et liberis susceptis, innotescit uni alteri seu utrique: impetrant dispensationem talis impedimenti a Pontifice. et tunc satis est adhibeant explicent quod clandestine mutuum consensum, ut Matrimonium fiat, quod ante fuit nullum. Alius casus est: quando celebratur quidem Matrimonium coram Parocho et testibus sed irrito, quia alter coniugum malitiose non adhibuit consensum internum: postea vero ad sanam mentem rediens illum occulte adhibet, sine praesentia Parochi et testium. In hoc casu inquiunt praecitati Doctores, valet etiam clandestinum Matrimonium, nam quod fuit ante contractum nullum existit.

Unam et alteram viam allegatam sane non affero ut earum doctrinae subscribam; opinor namque cum Cordubâ, Utroque Ledesma, Petro, ac Barthelomeo, Gutierrez, Palacios, Mariendo, Glossa, Perez, Patre Comitolo, Patre Henriquez, Patre Coninck, Patre Hurtado, Echagavia, Cornexo, Diana, Llenedo, Moure et Navarro citandis, quos refferunt, et sequuntur Leander illa quaest. 7. et Basilius Ponce numeris 5, et 6; opinor, inquam, cum Co. Theolog. in nullo casu post Tridentinum esse locum Matrimonio clandestino. Has tamen sententias adduco, ut clarius innotescat quam viam amplexandi, praesentiam Parochi non esse de essentia Matrimonii, sed ad summum conditionem; siquidem aliquando (iuxta supra allegatas opiniones) stare potest Matrimonium validum sine Parochi praesentia.

Hac in Confratem 1a vice.

Quum notabile sit pro stabilimento 2ae viae quae (timida procedens) innuit praesentiam Parochi esse de essentia sacramenti Matrimonii. Nunc vero id omnimora secutto, ut probabile doceo. Et probo 1o. ex quinque fundamentis a ratione quae Cap. praecedente dedi. Probo 2o: quia haec doctrina non videtur omni authoritate destituta. Lo. n. docetur expresse a Cardinali Tholeto lib. 7. summae Cap. 6. no 4. Et a Diana parte 3a tract. 4. resolut. 294. Et ab Antonio Fernandez Moure parte 1. examinis moralis Cap. 18. parag. 6 no 9. 21. 25. Et Zephalo Consilio 640. no 47 volum 4. docen- te esse sacerdotis verba Ego vos in Matrimonium Con- iungo esse de essentia Matrimonii, sicut verba Ministri in reliquis sacramentis. Et consequenter sacerdotem esse Ministrum Matrimonii essentialiter requisitum. Eandem sententiam insinuat (ni fallor) scandens illa Quaest. 7 ubi postquam dixisset, in nullo casu post Trident. valere Matrimonium Clandestinum, hanc reddit rationem: quia praesentiam Parochi ac testium dat Trident. pro forma contractus, sive pro contractu formali ac legitimo; cum igitur contractus legitimus sit essentialis matrimonio essentialis etiam erit Matrimonio Parochi praesentia ac testium.

Audiantur solummodo Tholetus ac Moure, in eorum gratiam qui iis libris caruerint: aliorum vero au- thorum testimonia refferendi, brevitatis causa, supersedeo. Nec vitio vertatur aliorum verba referre; id n. rei gravitas, ac forsan novitas, videntur exigere. Igitur S. Tholetus ibi haec habet: Minister ante Concilium Trid. non erat necessarius, quia poterat esse verum Matrimonium sine Ministro: at vero sessione 24. Cap. 1. de refor- matione est annullatum Matrimonium Clandestinum, et statuitur, ut, ni adsit Ordinarius, vel Curatus, aut Sa- cerdos de ipsorum licentia, et ad minus duo testes, nunc nullum sit matrimonium: Iam ergo pertinet ad essentiam

Matrimonii Minister cum testibus stante non pertinebat.

Insuper audiatur Moure n.º 9. sic interrogans: quae sunt de esse sacrati Matrimonii? Et ita respons: sunt ma, fra, Ministri, et cum reliquis sacramenti. Insuper praesentia Parochi, aut alterius sacerdotis de licentia Parochi, et duo aut saltem duo testes. Et n.º 29. haec habet: ad decentiam pertinet trina denunciatio, ad esse vero ut celebretur Matrimonium coram Parocho et testibus. Et n.º 47. sic interrogat: estne haec praesentia Parochi modo post Concilii decretum ita de esse Matrimonii, ut nec pro evitanda morte aliter matrimonium liceat contrahere, a modo contendere et scandalo? Et relata negativa sententia Caietani, Soti, Grachii, et Veracruci quam supra retulimus, ipse Moure affirmative subscribit cum Navarro adhaerendo verbis Concilii; qui aliter quam praesente Parocho etc. Qua locutione arbitratur Moure significari praesentiam Parochi esse essentialem ad valorem sacrati Matrimonii; et eiusdem arbitrii facit Navarrum, quem non pro hac parte non affero, quia clare non loquitur.

2º hanc doctrinam non omnino authoritate destitui sic probo: Nam persona Ministri cum intentione faciendi sacramentum constituit essentiale sacrati ut tota hac disputatione ex Concilio florent. cum Cardinali de Lugo contendimus; sed sunt plures, et graves Theologi, qui affirmant parochum esse Ministrum sacrati Matrimonii, ergo asserere praesentiam Parochi et ipsius intentionem esse essentialem Matrimonio non videtur omnino authoritate destitutum. Sola minor indiget probatione et dupliciter probatur. 1º quia id expresse docet Cardinalis tollens proxime adducens. 2º quia idem implicite affirmant Navarrus, Salcedo, Veracruz, Lerola, et alii apud Leandrum tract. 9. de Matrimonio disputatione 1. q. 22. docentes non valere Matrimonium contractum coram Parocho non sacerdote. Nec non apparet, cur authores isti requirant in

in Matrimonio Parochum esse Sacerdotem, nisi quatenus opinentur sicut in reliquis Sacramentis ita in Matrimonio Ministrum ordinarium essalterum debere esse Sacerdotem.

3º: qa id expresse docent omnes authores opinantes Consensum mutuum, verba, et actus Contrahentium, esse materiam Sacramenti Matrimonii; formam vero, illa verba Sacerdotis a Concilio Trid. praescripta, loco supra citato: Ego vos in Matrimonium Coniungo in nomine Patris, et filii, et Spiritus Sancti: si n. Sacerdos non esset Minister, nec ipse conficeret Sacramentum, falsificarent, inquiunt, illa verba Ego vos Coniungo, etta. Cum ipsi Coniuges et Ministri se in Matrimonium Coniungerent. Hanc sam a cerrime propugnat Melchior Canus Episcopus Canariensis ex Dominicanorum familia lib. 8 de locis Cap. 5. et a se afert S. Thomam, Paludanum, et nullos Canonistas, et insuper Gilierm. Parisiensem, Theolos Concilii Provincialis Colonensis. Deinde pro Cano e Tepidum supra relatum, et nouisse Gillermus Estius, et franciscus Sitvius.

Eandem Cani sam probabilem vocant Didacus Nunnus Dominicanus, Alvidz Augustinianus, Sanchez Jesuita, Leander Ministrorum discalceatus: et ante videntes. Eam fuisse probabilem docet Petrus Ledisma. Quae omnia videre poteris apud ipsum Canum ibi, Dianam Citatum Pontium de Matrimonio lib. 1. Cap. 8. Leandrum tract. 9. de Matr. disp.e 1. q. 9. et. 1º tandem etta. Crig.e 10. ac denique apud Petrum Sanchez lib. 2. de Matrimonio disp.e 6. nº 1. fine. Imo P. Meratius tract. de Sacramentis disp.e 3. videt hanc Cani sam probabilem iudicare, referens n. Circa materiam et formam Matrimonii Sac. ait initio sectionis se a se omitti eas, quae l. nihil, l. vix aliquid probabilitatis habere videntur; at ex instituto reffert sam Cani, et eius fundamenta, eisque ex professo ret; go qa iudicat probabilitatem habere. Denique disp.e 4. Eandem Cani sam adstruentem Sacerdotem esse Ministrum Matrimonii refert,

Ut sit cani nihil pugnet, nulla non incurrit censura, sed contra quam agit, ut contra aliam quamvis opinionem probabilem.

Et quidem Illustrissimus hanc sententiam suam iis argumentis confirmat et eam verissimam vocat. Deinde Silvius eodem argumento abducitur ad eandem opinionem suadendam; et apud Leandrum illa quaestione 40 sic loquitur: Hoc ita sunt accipienda, ut quam probabilem multis Authoribus opinionem ministrum Sacramenti Matrimonii non alium sit, quam contrahentes, nec alia forma, quam ipsorum verba. Caeterum aliis non minus probatis authoribus, merito videtur, quod huius sacramenti sicut aliorum minister sit sacerdos, cuiusque verba forma. Hactenus Silvius, et sane Illustrissimus, ac Silvius novissime nostris temporibus scripsere, uterque (ut Diana ibi affirmat) viri doctissimi, sacrae Theologiae in Academia Duacena publici professores. Reliquorum Theolog. quos protrahit sententiam, authoritas magna est, ut neminem latet; ideo in eorum commendationem nil affero.

Scio adhuc dicta memoratum proxime Cani assertum putari improbabile a P. Corinth; nota, seu censura dignum a P. Vasquez, et Pontio, temerarium a solo P. Rovello, et Emanuele Rodriguez, apud eosdem Pontium, Dianam, et Leandrum. Uno Cardinali de Lugo hic disp. 6. sect. 14 n.o 240. videtur assensum temeritatis notae a duobus Indicibus Expurgatoriis Supremae Inquisitionis in Hispania uno edito anno 1632. altero divulgato anno 1640. in quorum utroque praecipit apponi cautio in margine Cabeculi, ubi Cani doctrinam ut probabilem refert: quam admodum constat ex eisdem Expurgatoriis littera D. in verbo Didacus Nunez Cabeculus. Suspicor adhuc praedicto Cardinali non multum arridere superiores censuras, cum illas non videatur curare. Sic enim ibi loquitur, post earum relationem: Sed quidquid sit de hoc Illustrissimus non absimiliter dianae inivi: sed an ita revera sit (videlicet an ea sententia Cani sit probabilis, aut nota digna). aliis iudicandum relinquo.

Ego, si liceret Nria hic dicerem. Sum eam Cani Lrinam nō oio probabilitate destitui, cum a tot, ac tan-
tis Theologis, & doceatr, & saltem probabilis iudicetr.
2º qm nilē ab Eclesia definitum circa mām, fram,
ac Ministrum sacrati Matrimonii. De mā n. ac fra
ottō sō circumferentr, quas videbis apud Leandrum
illa quaestē 9. Circa Ministrum triplex opinio in Scho-
lis circumsonat. 1ª cois, ac fere certa, & esse ipsos Con-
trahentes: 2ª Cani fere probabilis, Vlt esse ip-
sum sacerdotem proferentem ea verba, Ego vos etc.
3ª Catharini opusculo de Matrimonio Cap. 10: docentis,
Ministrum Matrimonii esse Deum, fram vo illud
verbum ab ipso Deo prolatum Genes. 2. et Matth.
19. propter hoc relinquet hō Patrem et Matrem. quam
Catarini sam absurdam vocat Meratius illa dispe
4. parag. atqz ctt.ª: Nalii improbabilem. Alii ois
fateantr circa Ministrum, fram, ac Mam Matrimonii
nil esse clare ab ecclesia definitum: qd satis ē, adiunctis
superioribus, vt Cani opinio nō habeatr oiō improbabi-
lis:.

Dum assero, mihi summum placere coem Theologo-
rum, nempe Pontii, Soti, Binsfeldii, Vriusq. Ledes-
mae, Angles, Lopeth, Vasq., Vivaldi, Rodriguez
Perdi, Ormexo, Achagabia, Bonacinae, Alvii,
et ex nostra societate Valen, Meratii citati, Vtrusq
Lugi, Quanni vbi supra, francisci hic Cap. 2. nº 2.
et Cap. 15. nº 2. Vasquez suarez. Varal minia,
Enriquez, Boccordi, hurtadi, Vacani, Coninch, ac
Luisii Turriani quos referunt et sequuntur P. San-
chez lib. 2. de matrimo. dispe 6. nº 2. et Leander
citata quaestē 11. qui oes afferunt Ministrum sacra-
menti Matrimonii esse ipsos contrahentes, et alibi sepe
attigimus, atqz & exco mihi patet, qd ante decre-
tum Concilii Trident., et hodie vbi gentes, valida

fuint Matrimonia et solum valorem legitimum contrahunt, sine interveniente sacerdote; quippe contrahentes fuerunt, et sunt Ministri conficientes Matrimonium.

Cum benigne assero me illius singularitatis esse meminisse, quam solum conciliandi aliqua authoritatem doctrinae capitis superioris; ubi prudenti timore dixi, modo vero audacia prudenti affirmo, probabiliter defendi posse praesentiam Parochi esse essentialem sacramenti Matrimonii: et argumentum solebant authoritate dictimi, ea vero illi sufficienter conciliata, et quam ad modum indicabunt lecti *si tenoris affectibus*, de praesentia, ea procedent gravitate decernant, ut loquitur canus initio illius capitis quod facile sine dubio doctrinam facimus, facienus in palestra theologicam salebrosam ac difficilem. Cap. 4. specialem quandam doctrinam totius disputationi veluti corolarium appendit.

Ad duplex eximium hoc veluti eius corolarium, de vellem eloquium: si exhibiti apperi viam ad dictam intentionem suscipiendi in adulto, et potestatem ordinis, ac iurisdictionis in Ministro esse solum conditionem ad sacramentum. Itaque quod iudico probabiliter ac facile defendi posse sacramenta quia esse instituta a Christo ex duobus, quos retulimus cap. 4. § 4. sic etiam quoad intentionem suscipiendi sacramenta requisitam in adulto, et quoad potestatem ordinis, aut iurisdictionis requisitam in Ministro ad nulla sacramenta, ut confirmationis, Eucharistiae, extremae unctionis, et Poenitentiae, et quoad praesentiam Parochi ac testium requisitam ad Matrimonium post Trident. decretum.

ita

Ita §. Ut Xpus hac ratione Cum Patre Convenerit Circa Sacramentum Poenit.: Volo Ut tales Poenitentis actus, et verborum prolatio, in ordine ad movendam meam voluntatem, ut gratiam sanctificantem talibus hominibus attritis, Confessis, et absolutis Conferat, substituant pro petitione et applicatione meorum meritorum; sub iis tamen Conditionibus, quod exhibeantur actus intentione ipsius Adulti suscipiendi absolutionem, et exhibeatur verborum prolatio ab habente Ordinis Caracterem, et Iurisdictionem.

Similiter potest Xpus etc. Cum Patre aeterno Convenire in Baptismo, Confirmatione et unctione Adulti: Volo ut talis verborum prolatio et ablutio et Chrismatio, atque Olei unctio in ordine ad movendam meam voluntatem, ut gratiam sanctificantem Conferat talibus hominibus ablutis, et Chrismatis, atque oleo unctis, substituant pro petitione et applicatione meorum meritorum, sub ea tamen Conditione, quod exhibeantur, habente adulto voluntatem et intentionem recipiendi Sacramenti Baptismi, Confirmationis, atque extremae unctionis.

Et in Matrimonio sic: Volo ut haec Corporum traditio et acceptatio, in ordine ad movendam meam voluntatem, ut gratiam sanctificantem Conferat Mari et foeminae ita Contrahentibus, substituant pro petitione et applicatione meorum meritorum, sub ea tamen Conditione, quod exhibeantur solemnitate requisita ad valorem Contractus, nempe data intentione Contrahendi in Coniugibus, et adstantibus Parocho et testibus, quando hi necessarii fuerint ad valorem Contractus.

Quibus Conventionibus ita factis, iam sunt Certa. pura intentionis suscipiendi Sacramentum in adultis non esse veras causas Sacramenti, sed tantum Conditiones; et similiter necessitatem Ordinis ad Confectionem, Eucharistiam, Extremam unctionem; nec non potestatem Iurisdictionis ad ipsam Poenit. et Matrimonii.

Quum 2º per ablatione prædictarum Conditionum auffert quidem Sacramenta, non ea ipsæ Conditiones sint effectes Sacramenti; sed quia iis ablatis non datur divina Voluntas dandi infallibiliter gratiam, quæ effectiue constituit Sacramentum, et quam Deus non habet nisi dependenter ab iis Conditionibus; nec datur significatio Sacramentalis, quæ etiam constituit essentialiter Sacramentum; nec habet voluntas divina Unde moveatur ad gratiam infundendam, siquidem sola materia, forma, et intentio Ministri, et coniunctæ iis Conditionibus ex conventione Christi cum Patre, Deum movent ad gratiæ elargitionem.

+ voluntas

3ºum adhuc stante nostra sententia de intentione Ministri effectiua Sacramenti, posse defendi prædictas intentionem suscipiendi, potestatem ordinis, potestatem Iurisdictionis, præsentiam Parochi et testium, esse meras Conditiones; quia si non est textus qui asserat, saltem clare innuat, esse effectus Sacramenti: at cum textum Eugenii eodem modo exigat materiam, formam, ac intentionem Ministri, clare innuit eodem modo intrare in Sacramento, ac proinde intrinsece et effectiue. atque hæc sit disparitas, ob quam dicimus intentionem Ministri non esse Conditionem tantum Sacramenti. posse non improbabiliter defendi intentionem suscipiendi Adulti, potestatem Ordinis, potestatem Iurisdictionis, præsentiam Parochi et testium, esse nunc solas Conditiones in Sacramenti, ad quæ concurrunt. Dico 1º: an ad valorem Sacramenti requirantur materia, et forma, determinatæ [illegible] Christo? Cap. 1. pro quo solutæ quæstiunculas solvit.

Suppono ex supra repetitis in omni Sacramento Evangelico esse materiam, et formam. Nunc addo, in omnibus Sacramentis dari materiam

remotam, et proximam. Prob. videlicet: nam in Baptismo aqua est materia remota; ablutio, proxima. In Confirmatione Chrisma est materia remota, unctio, proxima. In Eucharistia Panis et Vinum est materia remota; species sacramentales, proxima. In Poenitentia peccatum est materia remota; dolor, Confessio, et Satisfactio, proxima. In Extrema Unctione oleum benedictum ab Episcopo est materia remota, unctio, proxima. In Ordine Calix, Patena, liber Evangeliorum, et caetera, quae porriguntur sunt materia remota; proxima vero, ipsa traditio, et porrectio. In Matrimonio Corpora Contrahentium sunt materia remota, traditio vero ipsorum Corporum, sive fiat per realem traditionem, sive per verba, est materia proxima. Hinc pro solutione quaestionis, quae plura continet, plura minutim rogabis, quae in separationem ream.

Primo rogabis: An Christus Dominus determinaverit materiam, et formam sacramentorum? Resp. affirmative. Resolutio Catholica est contra Paulinitas, seu Paulinianos, qui suos errores a Paulo Samosateno biberunt; et contra alios nostrae tempestatis Haereticos. Prob.: Nam licet potuisset Christus Dominus id Ecclesiae arbitrio relinquere, re tamen ipsa secus accidit. Ut patet ex Conciliis, et Sacris Scripturis relatis a Patre Suarez disputatione 2a. sectione 3. et ex constanti traditione Ecclesiae. Constat hoc ipsum ex divino eloquio, ubi legimus determinationem factam a Christo Domino circa materiam, et formam sacramentorum. Baptismi materiam instituit aquam, nisi quis renatus fuerit ex aqua etc. formam vero determinavit cap. ultimo Mathei: Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. In sacramento Poenitentiae determinavit pro materia peccata, et pro forma absolutionem, cum dixit: quorum remiseritis peccata remittuntur eis etc. Joannis 20. Ad Eucharistiam voluit adhiberi panem, et vinum pro materia, et pro forma, ea verba, hoc est Corpus meum, hic est sanguis meus etc. Cum praecepit Apostolis idem efficere quod ipsa fecerat: hoc facite in meam commemorationem. Et idem credendum est de aliis sacramentis.

2º rogabis: supposito quod materia et forma sacramentorum consistunt in rebus, et verbis, an determinatae res, determinata seu forma verba, requirantur ad valorem sacramenti; illa scilicet quae Christus D. designavit ad ipsorum debitam significationem, et causalitatem gratiae? Respondeo affirmative, et probo ex decreto Florentino saepe citato maxime disp. 9. et ex perpetua Ecclesiae traditione. Huic tamen veritati se opponit Calvinus lib. 4. instit. cap. 4. §. 4. docens in sacramentis non requiri verba determinata; quia, inquit, sunt concionatoria, solumque adhibentur, tum ut audientes excitent ad fidem, tum ut gratiam illam erudiant, ad quod notamus non est opus determinatis verbis, ut liquet, sed quibusvis excitantibus ad fidem. Porro Calvinus probat verba esse solum concionatoria ex SS. Aug. Math. Paulo, et Hier. sed quomodo in his textibus exponendis non sit immorari, videat Cardinalis de Lugo hic disp. 2. sect. 4. ubi in authoritatibus rectis, et nervose tradet in sacramentis verba non esse concionatoria, sed consecratoria, et causativa gratiae; proindeque requiri ea, quae a Christo D. ut ab authore gratiae fuerunt determinata.

Probat Calvinus a ratione: quia, inquit, super mutum elementum verba proferre, non ad instruendum populum sed ut ex quodam pacto mirabili, ac finalis effectus gratiae sanctificantis suboriatur, videtur species magicae incantationis.

Respondeo: vehementer miror Calvinum daemonis familiarem in daemoniaca arte adeo decipere. Nunc non magicis incantationibus effectus aliqui proveniunt, quod rebus non idoneis ad eos effectus praestandos, ipsi habentur a daemone ex pacto implicito, seu explicito, ac si ab ipsis rebus provenirent. Verum in re nostra verba sacramentalia pro ut ex voluntate Christi instituta vice petitionis, qua ipse petieret a Patre gratiam dandam suscipientibus sacramentum (quo pacto sunt valde idonea ut ex ipsis tanquam ex causis moralibus gratia perveniat) sumuntur ad hoc ut gratia conferatur promissa quidem in verbis dicto exhibitis non ex pacto daemonis ad decipi-

en

decipiendos hoc, ut q. aeterna animarum saluti parat insidias: sed ex promissione Dei volentis ostendere mirandam sui potentiam, et valorem impetrationis Xpti, et quidem ut hoc sanctificent, et aeternam salutem obtineant.

3º rogabis: an sit eadem determinatio rerum, et verborum requisita ex instit.e Xpti ab omnia sacramenta? Resp. negative. Et probo 1o de verbis: q.a ad sacramentum Matrimonii non requiruntur determinate verba vocalia, sed hoc, vel nutus vel alia signa, quae explicent consensum internum, et quidem mutuum quoad corporum traditionem. In aliis vero sacramentis determinantur pro forma verba vocalia: Probo 2º de rebus, seu materiis: nam pro Baptismo determinatur eadem specie materia, nempe aqua elementalis; et in eadem specie materia determinatur pro sacramento Poenitentiae quandoquidem dolores sufficientes ad valorem huius sacramenti, sunt attritio, et contritio, dolor de his nimirum vel de aliis peccatis; confessio horum vel aliorum peccatorum; quae sunt materia huius sacramenti, specifica distinctione inter se dissident.

Cap. 2.

Satisfacit duabus aliis rogatiunculis.

1º rogabis: an Xptus D. determinaverit in individuo materiam et formam omnium sacramentorum? Resp. negative, et probo 1o: nam pro materia Eucharistiae instituit panem, non determinando hunc vel illum, azimum vel fermentatum sed panem quicumque esset. Nec vinum album vel rubrum, sed vinum quodcumque ex vite, et usuale. Et ita in Ecclesia Graeca consecratur in pane fermentato, in Latina in azimo. Probo 2o q.a pro materia et forma ordinis Xptus D. instituit signum sensibile significativum potestatis, quae traditur, et verba talem potestatem exprimentia. Et ita ipse Xptus D. ordinavit Apostolos sacerdotes in sufflando, ac dicendo accipite Spiritum Sanctum etc. ut attigimus disp.e 1. cap. 2. et q. adest modo vero ex dispositione etiam Xpti D. pro hoc tempore a se ordinantur sub traditione Pateni cum Hostia, et Calicis cum aqua, et vino, sub certa quadam verborum forma.

Prob. 2°: quia nunc in Ecclesia Graeca ordinant valide Diaconi, et Presbyteri ab Episcopis schismaticis per solam manuum impositionem sub certa verborum forma. In Ecclesia vero Latina Diaconi per traditionem Libri Evangeliorum, et Presbyteri per traditionem patenae cum Hostia, et Calicis cum aqua et vino. Immo etiam Episcopi Catholici et qui Romae degunt (quod se vidisse testatur Cardinalis Lugo hic disp. 2. sect. 9. n° 89) cum Graecos Presbyteros ordinant sciente et consentiente Summo Pontifice, non per Calicis et Patenae porrectionem id faciunt, sed per manus impositionem super caput ordinandi, dicente Episcopo: Divina gratia, quae semper infirma sanat, et quae desunt, supplet, creat, seu promovet N. Venerabilem Diaconum in Presbyterum oremus igitur pro eo etc.

Quaeritur 3°: an Christus D. pro toto orbe terrarum, seu universaliter pro tota Ecclesia eandem materiam, et formam singulis sacramentis instituerit, atque assignaverit; ac proinde an eadem materia, et forma singulis sacramentis ubique sufficiat? Prima sententia negat. Ita Innocentius, [illegible] Sefinus, et alii Canonistae apud S. Franciscum Lugo lib. 4 tract. de Sacramentis in genere cap. 4. q. 7. n° 69. Probant 1°: quia ante sanctiones Ecclesiasticas Concilii Tridentini, requisita non erat ad valorem sacramenti Matrimonii praesentia Parochi, et testium, sed post eius sanctiones est requisita: ergo quia Christus reliquit liberam electionem Ecclesiae circa determinationem materiae, et formae, requisitae ad valorem sacramentorum, eamque exercuit in Matrimonio.

Probant 2°: quia inveniunt variae materiae, et formae, sunt a Christo D. institutae pro Ecclesia Latina, et pro Ecclesia Graeca, ut videtur patere in Baptismo, Eucharistia, et Ordine. In Baptismo, nam eius forma apud Latinos est Ego te baptizo in nomine Patris etc. apud Graecos Baptizetur servus Christi N. in nomine Patris etc. vel etiam Baptizetur servus Christi ut aliqui Graeci sententiis ignari [illegible] eis imponunt. In Eucha-

in Eucharistia ma apud Latinos e panis azimus, apud Graecos fermentatus, in ordine ma apud Graecos in Diaconatu ac Presbyteratu e in positio manus ordinantis super Caput Ordinati; apud Latinos vo, in Diaconatu liber Evangeliorum, in Presbyteratu patena cum pane et Calix cum vino. Addunt insuper, praedictas fras ac mas sufficere Latinis, non sufficere Graecis; et simlr sufficere Graecis non sufficere Latinis.

2a in a est com sa docet, eandem mam et fram pro toto orbe a Xpto D. singulis sacramentis esse assignatam, ac proinde easdem solas sufficere ad valorem sacramenti. Ita Vivaldus, Suarez, Vazquez, Reginaldus, Filliucius, Bonacina, Ochagavia, Tapia, Hurtado et alii, quos referunt et sequuntur Ptr Franciscus Lugo ibi no 71. et Leander Tract. de sacramentis in genere disp. 1a q. 12. Pars 1a ostendit 1o: qa Xptus D.s unicam instituit Ecclesiam, ergo pro tota illa unicam debuit institutionem facere sacramentorum. Ostendit 2o: qa cum Ecclesiae sacramenta instituta sint signa sacra nostrae Religionis, iure optimo Xptus voluit, ut qui in eadem religione conspiramus, iisdem etiam sacris signis congregemur.

Pars 2a suadet: Nam oia sacramenta constant ma et fra, quas Xptus D. instituit; nec n. alius potest assignare mam et fram sacramentorum significativas et causativas gratiae, et infallibiliter gratiae, nisi eius author et Pater Xptus D.; sed ma, et fra, quam Xptus in singulis sacramentis designavit, e una, et eadem, iuxta proxime dicta, et iuxta illud Pauli ad Ephes. 4. Unus Dominus, una fides, unum Baptisma; ergo haec eadem sola sufficit ad valorem sacramentum. Unde et Graecus valide ordinaret Presbyteros per traditionem panis et vini; et valide consecraret in pane azimo et valide Baptizaret dicens ego te Baptizo etta. Contra Latinus valide ordinaret Diaconos et Presbyteros per manuum impositionem, et valide consecraret in pane fermentato, et valide Baptizaret dicens, Baptizat servus Xpti etta.

Et r̃o ē. quoniam Latini et Graci in Utentes materiis, et formis, solum accidentaliter eas mutarent. Pecaret in sacerdos in hoc. Usu contra receptum ecclesiae. Cap. 3. ad Quae opinionis fundamenta dissipat.

Ad 1um fundamentum 1ae opinionis Cap.o praecedente praiactae, dico maiorem, nec erat requisita absolute praedicta praesentia Parochi et testium, Concedo maiorem: nec erat requisita Conditionate, s. sub ea condit.e, si naria sit ea praesentia ad verum et legitimum Contractum, nego maiorem. Et Concessa simpliciter minori, nego coam. Quia praesentia Parochi et testium non est ma, s. fa Matrimonii; sed solemnitas accondit.io. Juxta coem tam, cui semper adhereo; et specialiorem vero quam dedi dicto ante Cap. 6. et 7o facile etiam ex doctrina praesenti erit obiectionis solutio) sine qua non valet matrimonium, ubi Concilium Tridentinum est receptum.

Ro a priori est Quia Cum Matrimonium sit ipso Contractus humanus validus, et hic celebrandus sit iuxta locorum, ac temporum Consuetudinem, et leges particulares; accidere potest, ut expressio Consensus qui sufficit hoc tempore et loco (ubi Trident. non est receptum) ad valorem contractus sine tali solemnitate et Conditione praesentiae Parochi; non valeat, nec sit sufficiens alio tempore, s. loco ubi Tridentinum viget. Et ideo Consensus contrahentium Clandestinus apud nos non est Matrimonium, quia non est legitimus Contractus, defectu Conditionis praesentiae Parochi requisitae ad eius valorem propter Ecclesiae constitutionem apud Nos receptam. Alibi vero ubi non est recepta talis Ecclesiastica Sanctio valebit Matrimonium Clandestinum, quia erit legitimus Contractus, etiam sine illa solemnitate ac Condit.e.

Namque ad valorem Sacramenti Matrimonii solum requisivit Xptus D. validum Contrahentium contractum, praescindendo ab eo quod haec s. illa requirant;

hoc n. mo Dem porum ac locorum necessitate Rebus publi-
cis declarandum reliquit. Ecclesia v° videns in numera
in Convenientia orta ex Matrimoniis Clandestinis ea prohibu-
it ~~est~~ definiens eos solos Consensus Contrahentium esse
habendos legitimos ac validos Contractus humanos, qui fu-
erint executi Coram Parocho, et testibus. Neque ideo muta-
vit formale Mam et formam Matrimonii; sed ad summum
eas mutavit materiale.

Quemadmodum si hodie modo invenirent mar.
vocem Corpus ad significandum lapidem, et hanc vocem
lapis ad significandum Corpus; Tam n. deberet hac forma
conservari hoc e Corpus meum, sed ista, hic e lapis meus;
nec tamen mutasent formam sacramenti formale loquendo, sed ma-
teriale; q.a forma instituta a Xpto sunt verba, quae ex
hominum instituto significare possint talem sensum, et per
consequens homines possunt reddere inefficacia verba, quae
prius erant efficacia. Sic in praesenti potuit reddere inva-
lidum Contractum, qui prius valebat in Matrimonio mute-
re s. innovatione alicuius Conditionis seu solemnitatis; nec
ideo mutabuntur formale sed materiale materiam aut formam
Matrimonii.

Ad 2um rno, qd sit ad sacramentum Matrimonii ex parte mu-
tuus consensus Contrahentium, ex potest in ordine sive
celebratus per verba, sive per nutus. Et sicut ad Sacramentum
Poenitentiae requirit explicatio peccatorum, potest in facto
in ordine, sive per verbum, sive per nutus, sive per scriptu-
ram inter praesentes. Et sicut in eo Sacramento pot-
est peccatorum dolor in ordine in requirit ut contritio
s. contritio. Ita pro forma Baptismi instituta a Xpto D.
n. requirit unice ac determinate latina, sed indeterminate illa,
s. graeca: Et similiter pro ma Eucharistia ex potest inde-
terminate s. panis azimus, s. fermentatus.

N° alio pro materia Ordinum Diaconatus et Pres-
biteratus solum requirit aliqua res, quae ex eo instiu-
tione Xpti D. adiuncti proportionati verbi sufficienter
denotet potestatem in eis ordinibus collatam; n. tamen unice

ad diaconatum requirit traditio libri Evangeliorum, quia S. Stephanus ordinatus fuit diaconus sine illa; nunc enim nondum erant scripta Evangelia. Nec requirit unica ad diaconatum impositio manuum cum verbis Ecclesiae, sive ad diaconatum, sive ad sacerdotium; nec ad hoc requirit insufflatio diaconatus, nec diaconatus porrectio panis et vini, sed in diaconatu unat alteram, quarum qualibet sufficit.

Pro hac solutione, praecipue ea parte, qua doceo impositionem manuum cum verbis proportionatis esse sufficientissimam materiam ad conferendam essentiam diaconatus, et presbyteratus; eaque sola, Apostolorum tempore, atque olim etiam in Ecclesia latina, diaconatum, et sacerdotium fuisse collatum; extare sunt Concilium Carthaginense quartum, Innocentius quartus, Gregorius quartus, Dionysius, S. Clemens, S. Damascenus, S. Aug. S. Ambrosius, Admodum Reverendus Pater Vasquez, Cardinalis Bellarminus, Eduardus Fornarius, S. Praepositus, quos refert et sequitur Vera[n] Hugus, Joannes disputatione 2. sectione 3. a numero 86. ad 89. et a numero 93. ad 98. exclusive; Franciscus Vo. cap. 2. Dubio 7a numero 72. 73. et 74.

Colliges ex dictis duo: primum validum sacramentum esse, si Graecus ordinet ritu latino; et latinus ritu graeco. Ita Vera Hugus ubi supra: contra Praepositum apud Franciscum numero 79. Ratio est: quia differentia ordinandi inter Graecos, et latinos, materialis, sicut differentia panis azimi, et fermentati. Cum modo enim institutionis generica Christi D. servet, omnis particularis variatio omnino accidentalis.

Colliges 2um: quod, quia utraque Ecclesia Graeca, et latina confert ordinationem per signum sensibile, et per verba significantia traditionem diaconatus, ac sacerdotii utraque valide conficit sacramentum Ordinis; et utraque, formaliter loquendo, servat materiam et formam a Christo D. institutam; licet materialiter, cum sic utatur signis diversis.

Et quidem Graeci obscurius significant potestatem diaconi, ac sacerdotii, suis signis, scilicet sola impositione manuum et solo nomine diaconi, ac presbyteri: latini vero magis clare et explicite, quatenus in diacono duplicem exprimunt po-

potestatem legendi Evangelium, et ministrandi solemni sacrificio; in sacerdote pariter distincte significant potestatem sacrificandi, et absolvendi; tum manuum impositione, ac traditione Panis et Vini, tanquam una integra materia, magis explicita, quam sola manuum impositione cum debita forma; manuum item impositione, et forma illa accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata etc.

Ubi non nulla notes: 1um materiam et formam in ordine apud Grecos et Latinos, non aliter differre, quam in clariori significatione potestatis; utrobique enim dantur signa proportionata et verba idonea, quod solum Christus Dominus requisivit; sed apud Grecos sunt obscura, clariora apud Latinos. 2um nota, sacerdotium non nisi manuum impositione semper conferri ut docent Concilia, et Patres, idque etiam apud Latinos verificari, quia traditioni Panis et Vini manuum impositionem adiungunt. Et hac via facile conciliantur ritus Latinus, et Grecus, in ordine conferendo. Qua super re multa versat Cardinalis de Lugo a nº 92. in qua conciliatione inveniendo plures ac nobiles antiqui Theologi multum ac strenue sudarunt.

3um nota, ubi Ecclesia Latina in qua potestas Diaconi sufficienter significatur per traditionem libri Evangeliorum, forsan (dubitanter loquor, quia cum iste pastorali de sacramentis non iterandis aliqualiter videtur) in nostris manuum impositionem esse essentialem ad ordinandum Diaconum, et balsamum cum oleo ad confirmandum fidelem) non esse essentialem manuum impositionem, secus in Ecclesia Greca, ubi sola adhibetur manuum impositio. Oppositum docet cum multis Theologis Pater Cambona diversis in sua, vere aurea instructione pro ordinandis parte 2a quaestione 3a nº 10. plus non cum aliis praefata mihi doctrina arridet.

4um nota, impositionem manuum Episcopi, et apud Presbyteri cum illis verbis, accipe potestatem remittendi peccata etc. essentialem esse, et sine ipsa non manere sacerdotem ordinatum, quo ad potestatem remittendi peccata. Ita idem author ibidem quaestione 4a nº 9 ex concilio Niceno,

Antiochano, Carthaginensi [illegible] Tridentino, et maiori ac meliori Theologorum parte; et si aliqui opposita docent, dicti litteraliter, morali consultissime referat. 2° D. quo ratione debeat fra cum materia concurrere ut fiat validum sacramentum.

Suppono ex superioribus, materiam et formam sacramentorum esse partes essentiales necessario requisitas ad sacramentum constituendum; Christus enim institutionis sacramenti, has ipsorum partes declaravit ex quibus essentialiter coalescant, ut Concilium Florentinum, et Trident. supra probavimus. Suppono insuper materiam et formam sacramentorum constituere compositum artificiale morale; ideoque non requirere unionem phisicam, qualis inter corpus et animam viventis reperitur, sed solum moralem, et artificialem iuxta singularum artificium et conditionem. Itaque in sacramento poenitentiae, quod institutum fuit per modum iudicii, et in sacramento Matrimonii, quod consistit in contractu; quamvis longa sit distantia temporis inter materiam et formam, fit validum sacramentum. Nam actus iudiciales, et contractus humani, totam hanc distantiam permittunt, imo admittunt. Ut docte notarunt Sairus, Suarez, Coninch, Bonacina, quos refert et sequitur Pater Franciscus de Lugo cap. 2° [illegible] 2a n° 20. In Eucharistia vero non solum sunt fra consecrationis, sed etiam sacramenti, cum tali ibi unione morali, quae solum requirit extrinsecum influxum, non autem coexistentiam temporis, aut loci. Ita Villalobos, et Lugo ibi.

Superest solum difficultas in Baptismo, Confirmatione, Extrema unctione, et ordine. Nam in his illa debent verba concurrere cum ablutione, vel unctione, ut verificentur. Ideo 1a pars postulat omnimodam simultaneitatem, ita ut si post finitam ablutionem, vel unctionem aliqua particula formae superesset proferenda, licet proferatur, non va

valebit sacramentum. Ita glosa et alii, quos sequ-
itur supra allegatum n° 11. Haec tamen opinio communiter
reiicitur, ut nimis severa. Quia non est credendum Christum
Dominum requisivisse ad valorem sacramenti, quod videtur impossi-
bile, vel nimis periculosum, seu vix humana prudentia
discernibile; sed illa simultaneitas, sive punctualis concurren-
tia, et coexistentia partium sacramenti, videtur impossibilis
moraliter, seu nimis periculosa, et quam vix humana pru-
dentia discernere, seu obtinere possit; ergo ne multi fru-
strentur sacramenti seu haec saepius repeterent, donec haberent
praedicta simultaneitas, dicendum est eam a Christo Domino non fuisse
requisitam pro valore sacramenti.

2a opinio exposcit physicam coniunctionem materiae
cum forma saltem partialem, ita ut aliqua pars formae
simul coexistat cum aliqua parte materiae, seu ablutio-
nis, seu unctionis. Unde si post finitam ablutionem seu unctio-
nem incipiat forma proferri, seu econtra, post integram
formam prolatam incipiat ablutio seu unctio non erit (inquit)
validum sacramentum. Sic docent Scotus, Gabriel, Ma-
ior, Navarrus, Toletus, Zambranus, Ricardus, Ca-
ietanus, Vivaldus, Armila, Sicus, Molfesius, Silvester
et Catechismus Romanus apud eundem supra allegatum n°
12. et apud Leandrum hic disputatione 9. q. 16. Probatur
quia aliqua coniunctio materiae cum forma requiritur, ut simul-
iter unum sacramentum ex utraque coalescens: alioquin, qui
mane ablueret, seu ungeret, et vespere formam proferret,
verum efficeret sacramentum, quod nemo concedet; sed non
requiritur omnimodo coniunctio materiae cum forma, ut vidimus
contra primam sententiam; ergo saltem partialis. Confirmatur quia si non
coexistat ablutio seu unctio cum prolatione saltem cum par-
tem, non verificaretur proprie et rigorose forma sacramenti,
quae de praesenti loquitur, ergo de Baptismo etc. Confirmo
de Chrismate saltem etc.

3a et verior speculative sententia docet, vali-
dum fieri sacramentum, si paulo post finitam ablutionem

- f. conditionem proferat formam; f. ratio post prolationem formam incipiat ablutio - f. contra - hanc tradunt. f. Thobi, Pamur de Ledesma, Vega, Nuñez, Villalobos, Bonacina, Victoria, Heredia ex societate Jesu, Patres Enriquez, Suarez, Vasquez, Valentia, Coninck, Sa, Pelaez, Lainan, Granado, Reginaldus, quos referunt et sequuntur P. Lugo, Leander, et Diana 3a p. tract. 4. resolut. 3a. Est communis Doctorum, ut ait Bonacina. Ratio: quia cum sacramentum non sit compositum phisicum, sed morale, non requirit phisicam coniunctionem partium, sed solum moralem. At moraliter loquendo verum censetur loqui, qui statim immediate post actionem praesentem, sive mox illam praestiturus dicit: Ego comedo hoc pomum, deosculor hanc effigiem, lavo manus etc. Ergo similiter in forma sacramenti.

Nota Herediam opinari moralem positam inter finitam ablutionem in Baptismo, et incipientem formam, et econtra inter prolatam formam et ablutionis initium, posse esse tantam, quanta necessaria est ad recitandam orationem dominicam. Verum doctrina haec nimis laxa merito videtur Patri Lugo, et Dianae supra allegatis: quia inter posita tanta mora inter formam, et materiam, non censentur hae moraliter coniungi ad unum sacramentum componendum. Hinc vero ad fundamentum secundae opinionis, distinguendo maiorem: aliqua coniunctio phisica materiae cum forma requirit, nego maiorem; aliqua coniunctio moralis, concedo maiorem. Et haec moralis coniunctio sufficit ut propria et rigorose moraliter verificetur forma sacramenti, quae de praesenti loquitur, ut liquet in dicente Comedo hunc panem etiam si comestio fiat aliquantulum post prolationem. Et hinc patet ad confirmationem.

Haec 2a sententia speculative sat quidem probabilis est, ceterum quoad praxim tuta consulerem. Cum summopere curandum, ut in sacramentis, quantum fieri potest, concurrant materia, et forma simul, praesertim in Baptismo, et Ordine; quia si quis vere baptizatus non sit, non est capax

aliorum Sacramentorum; et nisi vere sit ordinatus, nec vere consecrat Eucharistiam, nec vera sacramenta confert praeter Baptismum. Quare initium est, ut Baptizans, vel Ungens, prius incipiat ablutionem, vel ungere, proferendo quam formam prosequatur ablutionem, vel unctionem, donec forma finiat, quam qui incipiat a forma. 2um: si qua pars formae concurrat simul cum aliqua saltem ablutionis, vel unctionis parte, non erit iterandum sacramentum; quia 2a sententia satis est tuta, satisque certum sacramentum sic collatum; neque enim ad angustias 1ae opinionis redigendi sumus.

3um si ablutio, vel unctio non concurrat cum aliqua formae parte, sed omnino praecedat, vel sequatur: Ledesma censet non esse sacramentum repetendum ob probabilitatem summam 2ae opinionis, quae videtur attingere certitudinem moralem. Per Henriquez docet, posse sub conditione repeti sacramentum, sed non teneri. Doctores 2ae sententiae dicunt teneri; quia non est aliàs certum sacramentum. Pater franciscus de lugo nº 17 indicat saltem in Baptismo (si Baptizatus sine concurrentia formae, et materiae careat usu rationis) omnino sub conditione iterandum esse sacramentum. Ea, inquit, in sacramento tantae necessitatis tutior pars est amplectenda: praesertim dum non suppetit alia via salutis aeternae: narratque ex Lambrano, plures iam grandiori aetati Baptizatos, eo quod per decem annos à Parocho in oppido Baetico vulgo Vube, post exactam cum viris doctis consultationem ex Cordubensis Antistitis decreto, iterum sub conditione fuisse Baptizatos. Quaeritur 9a Utrum, et quae mutatio materiae vel formae reddat sacramentum invalidum, seu nullum. Respondeo cap. cum quaedam regula proposita, et explicata, non nulla inferre pro mutatione materiae.

Regula est omnium Theologorum calculo comprobata, mutationem substantialem materiae, vel formae, reddere sacramentum nullum, secus accidentalem. Ratio est clara: nam mutatio substantialis est, quae sufficit ad simpliciter verificandum non manere materiam, vel formam a Christo institutam; accidentalis vero, quae ad hoc non sufficit: sed verificato Lo nullum est sacramentum, valet autem, quamvis verificet Mum; ergo etc. Minor praeter quam patet, ostenditur, quia verificato Lo non dantur ea, quibus Christus D. dedit significationem et causalitatem gratiae; sed iis non datis non datur sacramentum Legis Evangelicae; ergo etc. Ex hac probatur clare solutio illius celebris quaestionis: quae sit mutatio substantialis, quae accidentalis, materiae, vel formae? Ad quam haec generalis

Regula: substantialis mutatio materiae est illa, vi cuius iam non est significatum proprium vocum, quibus regulariter scriptura sacra, Concilia, Patres, et communis usurpatio Ecclesiae nobis significant materiam sacramenti. Mutatio vero accidentalis materiae est illa, vi cuius non extrahitur a praedicto significato, sed solum in nihil deficit a materia, quatenus in dicta circumstantiis, quibus ex usu, et Ecclesiae authoritate adhibetur. Vide Cardinalem Lugo disp. 2. sect. 6. no 109. Mutatio substantialis formae sacramenti, sive verborum, quae se gerunt ut forma, est illa vi cuius verba non reddunt sensum a Christo D. intentum, sed diversum. Accidentalis est illa, vi cuius aliqua circumstantia subtractionis, additionis, ~~mutat~~ variationis, transpositionis, corruptionis, interruptionis, aut quapiam simili, verba afficiuntur, ratione cuius, et si non nihil exorbitent ab usu communi ipsorum absolute non reddunt verum sensum a Christo D. intentum.

Ubi nota, peccatum esse mortale mutare substantiam materiae vel formae, quia redditur invalidum sacramentum: similiter esse mortale peccatum, adhibere materiam, vel formam incertam, omissa certa, sine causa cogente, quia subest periculum nihil agendi. Si vero mutatio sit accidentalis, et sine causa fiat, erit mortale, vel veniale peccatum pro gravitate, vel levitate materiae. Teneri enim in materia vel forma sacramentorum adhibenda, servare modum etiam accidentalem, quem Ecclesia praescripsit, et mos receptus observat. Nam cum rem gravi potuit Ecclesia graviter id praecipere, quod autem praeceperit de facto, constat ex usu et decretis Conciliorum. Ista

S. Thomas, Henriquez, Silvius, Suarez, Ledesma, Villalobos, Coninck, Bonacina, quos reffert, et sequitur P. Franciscus Sugo hic Cap. 2º. q. 2. nº 21. Sic peccaret letaliter qui Calicem Consecraret sine Mixtione aquae; vel Latinus Consecrans fermentatum: Venialiter vero peccaret, qui particulam enim omitteret in Consecratione, vel qui privatim Baptizaret Lingua Vulgari, nisi esset festina.

Fixum ergo apud Theologos est praedictam mutationem substantialem sive materiae, sive formae, reddere Sacramentum prorsus invalidum, secus accidentalem. Et quidem in prolatione formarum sex observanda sunt, quae proxime attigi, et duobus his versibus Comprehenduntur.

Nil formae demas, nil jungas, nil variabis,
Transmutare Cave, Corrumpere verba, morari.

Tota vero difficultas est in reducendis ad praxim his regulis, ac doctrina; ut dignosci possit, quando mutatio facta in materia aut verbis, corrumpat, vel non corrumpat legitimam ipsam materiam et sensum requisitum formae? Pro hujus ergo difficultatis decisione, solemne est doctrinam variis casibus applicare: huic mori obtemperans.

1º Infero ex dictis non sufficere aggrestam vel uvam ad valide consecrandum, quia non est simpliciter vinum ut communiter et humano more usurpatur, ac proinde non est significatum vocis vinum per quam nobis significant Concilia Ecclesiae materiam Sacramenti Eucharistiae. Deinde sic ex usu Ecclesiae conficeretur Sacramentum in vino limphato, nihilominus vinum purum esse materia valida ejus Sacramenti; quia simpliciter Continet sub significato praedictae vocis vinum, prout vide significatum communiter, et humano more accipitur. Item si aqua naturalis mutetur in artificialem, haec non erit valida materia Baptismi; quia nec simpliciter est aqua, nec habet nomen aquae simpliciter dictae; unde mutatio est substantialis. Verum si aqua frigida mutetur in Calidam, vel turbidam, valet ad Baptismum; quia aqua Calida, vel turbida simpliciter, et nomen, et usum aquae retinet; ideoque mutatio reputatur accidentalis. Similiter si panis azimus mutetur in fermentatum, quia adhuc rettinet simpliciter nomen panis, est valida materia Eucharistiae, et mutatio solum accidentalis.

Vide quoque Card. Lugo, ubi supra, et Caiman, quos
refferunt et sequuntur Lugo Cardinalis nº 104, et eius fra-
ter Franciscus de Lugo nº 24. Ubi repetito ex Theogra-
fi in curia: Nota, inquam, materias physica diversitate
specificata dividentes, non numquam sufficere ad valorem
sacramenti; prout ut a Christo D. institutum: Quia ratione
contritio, et attritio, sufficiunt ad sacramentum poenitentiae
et nonnunquam etiam materiae physica identitate specifica
convenientes, non sufficiunt interdum ad valorem sacramenti.
Quia ratione panis, et massa cruda, nullum sufficientiam ad quod
solum accidentaliter videantur differre, sufficienter differunt
ut massa cruda non sufficiat ad sacramentum Eucharisti-
ae conficiendum; nam non massa cruda communi et humano
more significatur ab hominibus ratione panis. Maneat igitur
tam totum esse legitimas materias sacramentorum, quae compre-
henduntur absolute et simpliciter sub significato vocum, per
quas Ecclesia, et Concilia, materias exprimunt; quidquid
quidem sit de physica disconvenientia, vel convenientia spe-
cifica. Haec satis pro materia sacramenti. Caput 2 aliud
inspectet pro materia formae.

2º in ferro mutationem formae
verborum esse posse substantialem, et accidentalem; pendentem
dentem, et non reddentem invalidum sacramentum; verbi gratia
in forma Baptismi subtraheres aliquam Trinitatis per-
sonam, aut verbum baptizo, aut pronomen te;
Item si forma Eucharistiae detrahas hoc, meum; vel
alias voces equivalentes reponas; mutatio est substantia-
lis, et sacramentum nullum: quia non retinet genuinum sen-
sum a Christo D. significari intentum. Quod si aliminas a
forma sacramenti Baptismi, Confirmationis, et Poenitentiae, pronomen
ego; item a forma sacrae Eucharistiae particu-
lam enim; mutatio est accidentalis, et sacramentum validum
prout communis opinio tenet. Denique si verba formae vi-
llantur, si mutent in signa nutus, aut scripturam,
mutatio substantialis est, et sacramentum nullum, ex-
cepto matrimonio. Vide Franciscus Lugo ubi supra
nº 23.

3° in fero, mutationem fræ vel additionem po-
sse esse accidentalem, neq. officientem valori sacramti.
Tali erit si vª sint, quæ adiungant v.g. si dicamus in
Baptismo: Ego te baptizo in noe Patris omnipotentis,
et Filii unigeniti et Spiritus Sti Paracliti. Similr in Con-
secratione si dicas cum Græcis: Hoc ē corpus meum qd
pro vobis tradetur: valebit consecratio: qª fra n vitiatur,
et additamentum ē verum. Si vº talia sint quæ adiunguntur,
ita ut vicient sensum legitimum fræ requisitæ, erit mu-
tatio substantialis, et nocebit valori sacramenti; ut si dicas:
Ego te Baptizo in noe Patris maioris, et Filii minoris
etc. f. si dicas, ut asserit in Vetica nostra quæ-
dam obstetrix dicebat: Ego te Baptizo in noe Patris et
filii, et gratia Spiritus Sti. Quare re delata ad Archie-
piscopum Hispalensem oes ab ea Baptizati, iterum bap-
tizari merito iussit: quem ad modum refert P. Quinta-
naduenas tomo 1° singularium tract. 1°, singulari 9. nº 9.
Sed quid si post formam iam prolatam fal-
sum additamentum apponatur? v.g. si quis ita consecraret,
hoc ē Corpus meum, qd pro vobis n fuit traditum.
Censet P. Vazquez, dispª 179. cap. 7. nº 206. sacra-
mentum esse nullum; qª prædictum additamentum pro-
cedentia verba de transs. reddit falsam integram ppnem
quatenus illi n subest sensus intentus. Distinguit Cardina-
lis Lugo nº 127. Cui libens subscribo, eiusq. doctrinam
sic breviter cingo.
Additamentum illud, qd pro vobis n fuit tra-
ditum, potest sumi, f. modo determinandi, sive contra-
hendi priora verba, quibus adiungitur, f. ut vere conco-
mitans. 1º sumitur qdo intentione proferendi inten-
dit per priora verba significare Corpus illud, de quo
verificatur qd per additamentum exprimitur, f. n fuisse
traditum. In hoc sensu fatetur sacramentum esse nullum; qª
n adhibentur verba fræ intentione significandi, qd inten-
dit Ecclesia. Sumitur 2º additamentum ut pure concomi-
tans, qdo additur per modum propositionis diversæ a prio-
ri, ita ut totum illud complexum hoc ē Corpus
meum pro vobis n traditum constet duabus ppbus
quarum 1ª habeat proprium sensum independenter a 2ª
quæ ipsi solum additur; ita ut sensus sit, hoc ē Corpus meum

Vigintam hoc Corpus n[on] fuit pro vobis validum. Unque
sensu tenet [illegible] q[ui]a per [illegible] retinet verus sensus
formae, quare simul atque pronuntiat stat sacramentum,
&c succedat alia [illegible] falsa.

Obijcies: ergo forma haec sa[cramen]ta consecrandi, hoc est
Corpus meum aureum, erit valida; siquidem efficacia
istorum verborum n[on] dependet ab eo q[uo]d postea adiungit[ur],
q[uo]d [illegible] est falsum, et contra o[mn]es theologos, et contra
S. Thomam hic art. 7. docentem, n[on] fore validam
Baptismi: ego te baptizo in no[min]e Patris, et filii, et Spi-
ritus S[anc]ti, et B[eatae] Virginis: nec istam, ego te
baptizo in no[min]e sanctissimae Trinitatis et Angelorum:
nec istam, ego etc. in no[min]e Trinitatis et sanctae
ac vivificae Crucis. Et quidem S. Vincentius refert
concione de dominica 4a quadragesimae post [illegible]
contionem a quodam theologo habitam, accessisse quan-
dam vetulam, et manus ei osculantem dixisse,
benedicta sit dies, in qua vos baptizavi in no[min]e sanctae
Trinitatis, Beatae Mariae, et o[mn]ium Angelorum.
Cui se n[on] baptizatum cognoscens, denuo baptizari curavit.
Vide plures alios similes casus apud D[ianam]
Quintena Duenas tomo 1o. singularium tractatu 1o
singulari.

Resp[ondeo] negando sequelam: q[ui]a h[oc] aureum
n[on] adiungit[ur] tantum virtualiter aliud [illegible], sed ponit[ur]
in vi addidi contrahendi ac determinandi restringentis p[rae]-
dicatum; imo ponit[ur] ut pars praedicati eius [illegible],
adeo restringit verba praecedentia, et reddit totam
[illegible] falsam. Ad id q[uo]d addit[ur] vero dupliciter. 1o nam fore
esse invalidas, si baptizans significet, se ita baptizare
in no[min]e Mariae, Angelorum, ac Crucis, sicut in no[min]e
divinarum Personarum. Et ad mitto, quod ad praesens
attinet, illam formam ego te baptizo in no[min]e Trinitatis esse
validam, ut docent Caietanus, Magister et Adria-
nus; etsi probabilior sit pars opposita. Videatur Lean-
der tract. 2. disp. 3. q. 49. Resp[ondeo] 2o. similiter in-
validam esse eam formam Baptismi, q[ua]ndo Minister adi-
iungit significationem B[eatae] Virginis, Angelorum,

Crucis. Ut autem vocis [illegible] Trinitatis [illegible] illud, et explicantem predicatum, quasi dicat Ego sum baptizans in noe Trinitatis et Beatae Virginis, ita ut B. Beatae Virginis, sit pars praedicati, seu signum determinans illud praedicatum Baptizans, atque adeo pertineat intrinsece ad eandem formam.

Ut si vero in vocatio Beatae Virginis, Angelorum, Crucis, afferatur extra formam qua intendat Minister Baptizare in noe, idest, aut authoritate Trinitatis, per invocationem [illegible] Virtualem formae, qua noe idem intercessione ac favore Beatae Virginis, Angelorum, ac Crucis, suum munus praestare desiderat; cum particula in noe sit ambigua ad significandum authoritatem, et intercessionem, et nil falsum misceatur. si illa ambiguitas debet ex intentione Ministri ad duplicem dignum [illegible] frandam, valida erit talis Baptismi forma. Ita distinguunt, ac defendunt S. Thomas, Navarrus, Durandus, Paludanus, Egidius, Vazquez, Molfesius, Gabriel, Soto, Henriquez, Suarez, Vega, Petrus de Ledesma, Bonacina, Laiman, Silvester, Armilla, Tabiena, Diana, quos refferunt et sequunt Leander tractatu 2°. disp. 3. q. 26. Sequitur Fagnani, Vide Ioanes eo n° 27. Franciscus hic cap. 1. q. 2ª. n° 29. et 27. Qua distinct de brave poteris valere alterum formarum, quibus additamentum ponit in principio, aut medio aut fine. Cap 3. superstites [illegible] illationi [illegible] multae [illegible].

4° infero contra Cardinalem Sarnanum in summa Theologica loco 6. puram mutationem [illegible] de uno idiomate in alterum ut in latino in Gallicum, aut Hispanum, sive tota [illegible] mutet, sive tota integra aliqua, aut aliqua illius partes, non esse mutationem substantialem reddentem invalidum sacramentum. Et divina [illegible] Sancti Thomae, Paludani, Armillae, Silvestri, Vivaldi, Suarii, Caietani, Reginaldi, Vaconii, quos citat et sequitur Leander hic tract. [illegible]

dicit. g. qui ubi vōē: qua Xpūs D. ad valorem sᵗⁱ
jectivit dumtaxat huiusta verba, quae talem sensum red-
dant, quia valorem restrinxerint ad verba huius f. alterius
idiomatis. Ubi vere notat 2o Pʳ franciscus Lugo. 6 nº
2ᵗ cum Henriquez, Toleto, Bonacina, Osuario, Comm-
cius procederer feminas, si vagitent in necessitate sermo-
ne vulgari ne male pronuntient fram latine; monet
in Suarez ut semper retineat verbum Baptizo, licet alia
dicant sermone populari.

Notat 2o Cardinalis Lugo nº 107; qd si mu-
tatio verborum sit in evidenter synonima, ut si pro ego
te absolvo a peccatis tuis, dicat, ego tibi remitto peccata
tua, evidens erit ideo sacramentum irritari. si autem du-
bium sit, an sint voces equivalentes, dubius etiam erit va-
lor sacramenti. Ut si fram Baptismi ita varies, Ego te
baptizo in noē Genitoris, geniti et Procedentis: tum
nō filius a Patre et Spiritus sanctus ab utroq procedat;
dubium ē an Ly procedentis stet pro filio, an pro Spiritu
sancto: si tum erit sacramentum nullum; si tum vale-
bit. Notat 3. validam esse fram, licet verba ex propri-
is mutent in figurata eundem sensum reddentia: ut cum
pro sanguine ponit, calix sanguinis mei .s. per synecdochem
continens pro contento, f. e contra.

Notat 4. nº 109. varietatem etiam circa
casus, f. tum voces activam, et passivam nō nocere, dummodo
idem sensus retineat. Sic pro illis vocibus, Ego te baptizo
utta Greci dicunt baptizat servus Xpi, et tal. ille autem
Baptismus validus procul dubio ē, cum eundem sensum
verba illa retineant. Notant 5. Suarez, Reginaldus
Bacon, Caietanus, Gross refferunt et sequitur idem Lugo nº
107. et Leandro hic tract. 2o disp. 5. q. 16. vali-
dum esse sacramentum, et si adhibeatur fra per mixtum
contans verbis diversorum idiomatum, dummodo simpli-
citer retineat verus sensus a Xpto D. intentus: sic La-
tina fra Baptismi hec te Baptizo, qd nō erat verbum
latinum, s. de Grecum. itaq hac heterogenea fra
validē conferrat, questo ẽ enim soma mein: ubi 1a
vox ē Itala, 2a hispana, 3a latina, 4a Greca, 5a
Hermanica.

5° infero transpositionem verborum aliquando irritare sacramentum, aliquando non: Nam si quis dicat, Ego in nomine Patris, et filii, et Spiritus Sancti te baptizo; quia idem est sensus, valida est forma. At non valida esset forma, si quis diceret, Ego Patris baptizo te in nomine filii, et Spiritus Sancti. Ut affirmat Cardinalis Lugo n° 212; quia inquit, ille modus loquendi apud Latinos planè inauditus. Negat vero Schotus apud Lugum; quia non aufert conceptum orationis, inquit Schotus. Ego Cardinali assentior, et Schoticam rationem facili negatione destruo.

6° Infero, corruptionem posse esse accidentalem, quae Sacramento nil noceat. In cuius rei confirmationem afferunt Theologi fere omnes celebrem decretalem responsionem Zacariae Papae relatam a Gratiano de Consecratione distinctione 4.a Cap. retulerunt. Propositum fuit Pontifici Sacerdotem vicinum Latinae linguae ignarum sub hac forma Baptizasse, Ego te baptizo in nomine Patria, et filia et Spiritu Sancta. Cumque Bonifacius Episcopus arbitraretur iterandum esse hoc Baptisma, consultus Zacarias sic respondit. Sanctissime frater, si ille, qui baptizavit non errorem introducens, aut Haeresim, sed pro sola ignorantia Romanae locutionis infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire ut denuo baptizentur. Hactenus Zacarias.

Ex cuius verbis a fortiori fit in levioribus verborum corruptionibus provenientibus scilicet ex balbutie, ignorantia, festinatione, aut ex alio impedimento, etiam committendo solecismum, aut barbarismum; sic tamen ut ex circumstantiis satis importent verba eundem sensum a Christo D. intentum, non amittere sacramentum suum valorem, tamen si ea verba non proferant animo inducendi errorem: de quo dispositione sequenti convenimus. Itaque si quis pro est, dicere es; vel pro Corpus, Corpis; vel pro Patris, Matris; vel pro filii, filiae; nullo animo inducendi errorem, sed ex balbutie ignorantia, festinatione, aut mala pronuntiatione,

et in iis circumstantiis satis importarent (verba sensum a Christo intentum, valeret consecratio etc., hoc est corpus meum: et Baptismus ita, Ego te Baptizo in nomine Patris, et filii, et Spiritus sancti.

7° Infero interruptionem magnam verborum impedire valorem Sacramenti, quia aufert sensum orationis, et non censet continuari: si vero inter verba formae tantum moraliter exiguae, scilicet interserant alia verba disparata, valebit Sacramentum, quia supponimus sic interjici moraliter, ac verba disparata, et modo morali, et humano alia verba formae subnectant aliis, licet non immediate, saltem sufficienter ad componendam orationem, quae satis indicet sensum intentum a Christo. Unde qui diceret Ego te Baptizo et petens aquam, exclamaret date aquam et statim prosequeret, in nomine Patris, et filii, et Spiritus sancti: valide Baptizaret. Quanta autem, et qualis debet esse interruptio aut verborum interpositio, ut tollat sensum, res est moralis, expendenda prudentis judicio; ut bene notat Hugo Cardinalis no. 44.

Ad extremum nota totam formam proferendam esse ab uno, et eodem Ministro: unde si inter duos dividatur, mutatio erit substantialis, et Sacramentum non tenebit. quia dicens Ego te Baptizo, alio subjungente in nomine Patris etc. omitteret partem essentialem formae et falso diceret Ego te Baptizo; quia vere non baptizaret. Similiter solum dicens in nomine Patris et filii et Spiritus sancti, non baptizat; quia deficit sensus substantialis formae, cum omissio illorum verborum Ego te Baptizo, mutet sensum substantialem formae. Ita Bonacina hic disp. 2. q. 2. puncto 4°. Excipe Sacramentum Extremae Unctionis, cujus unctiones, sicut possunt a multis sacerdotibus simul, aut successive fieri; ita etiam singulae partiales formae possunt a multis simul, vel successive proferri. Ratio exceptionis est; quia extrema unctio confertur per modum orationis

oratio autem continuari, asserisi potest a multis. Sic do-
cent contra Sem Turrianum, S. Thomas, Suarez, Filliucius,
Henriquez, Angles, Ochagavia, Nuñus, Granado,
Salasius, Diana, Arcangelus quos referunt, et sequuntur
Vorracina ibi, et Leander tomo 10 tract. 4o disput.
4a q. 7, et disputat. 10. An quando Minister mutat
formam animo inducendi aliquem errorem; et an cum errat
circa vocis significationem, validum conficiat sacramentum?
Cap. 1. Eadem quaesiti 1am resolvit

Geminam quaestionem dupliciter comprehendit,
ut clare; et pro utriusque decisione, suppono triplicem ex
parte ministri dari posse mutationem verborum. 1am
bona fide, sed per ignorantiam, aut impedimentum
linguae variando verba. Quo casu procedit regula
capitis primi de mutatione substantiali, vel accidentali. 2am
ex certa scientia, advertendo quidem mutationem, non in-
tendendo novum ritum inducere, sed vel ex indis-
creta devotione, vel alio vano modo. Quo casu,
si minister non mutet substantialem sensum verborum,
servata apta materia, habeat quod intentionem faciendi sacra-
mentum, seu faciendi quod intendit Ecclesia, valide
operatur: quia haec tria materia, forma, et intentio legitime
requiruntur et sufficiunt ad valorem sacramenti juxta
Florentinum. Secus dum, si vel intentio desit, vel essentialis
verborum significatio varietur. Semper tamen peccabit Mi-
nister sic proferendo verba formae. 3am, quando Mi-
nister non solum ex certa scientia mutat materiam, aut formam;
sed etiam per eam mutationem intendit novum ritum,
et errorem in Ecclesiam introducere.

Hoc 2º casu, iuxta verba, quae capite an- teriori retulimus ex Zacaria Papa, quibus dicebat, non debere iterari Baptismum sub illa forma confectum, Ego te baptizo in noe Patria etc., si Minister illam adhibuisset formam absque intentione inducendi errorem; secus videt a contrario sensu, si formam mutet animo inducendi errorem, non valere sacramentum. Atque propter id nulli indicant absolute et sine restrictione sacramenta invalida, quorum forma tali intentione mutetur: quam doctrinam ut regulam generalem et observandam pro- ponunt. Haec tamen regula, si universaliter, ut sonat accipiatur, falsa est; ut cum Patribus Sugrio, et Valla quod bene observat Cardinalis de Lugo hic disp. 2. sect. 6a. n. 113. quia Graeci in consecratione Hostiae dicunt eam formam, hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur, eo animo inducti, quia dicunt, formam Ecclesiae latinae non esse validam, si ita non dicatur, et non valide consecrant. Immo inter latinos aliqui existimant illa verba Novi, et Aeterni testamenti requiri essentialiter ad consecrationem Calicis et cum hac intentione illa dicunt, nec tamen propter hunc privatum errorem irritatur consecratio. Ratio est: quia cum illo errore componi potest intentio efficax faciendi verum sacramentum xa Xpti institutionem, quaecunque illa sit.

Regula igitur solidior in praesenti haec erit: quoties adhibetur materia, et forma ex se sufficientes, simul cum intentione faciendi generali, quod facit Ecclesia, non deficit sacramenti valor ex permixtione aliarum occurrentium intentionum voluntatis, vel errorum mentis. Pro maiori regulae declaratione, ac suasione, atque pro utriusque quaestionis titulo praefixae decisione, iuvat doctrinam illius variis casibus applicare, et conclusionibus explicare, quae legitime illatae ex praedicta regula. Sit igitur conclusio sit: qui animo inducendi errorem sic formam mutat, ut non relinquatur idonea ad significandum

qd intendit Ecclesia, non conficit verum Sacramentum in hac conclusione non potest esse dissidium. Nam ad valorem Sacramenti opus est verbis idoneis ad significandum qd Christus et Ecclesia intendunt; Cum ergo in casu Conclusionis non persistunt verba in idonea, sacramentum erit nullum.

2a conclusio: Qui animo inducendi errorem formam mutat, et eandem exhibet expressa intentione significandi suum sensum falsum, non vero cum intentione significandi qd Christus et Ecclesia intendunt non conficit verum Sacramentum tametsi verba relinquat satis de se idonea ad significandum qd Ecclesia intendit. In quo sensu accipiendus est Tacurias. Conclusio certa et vulgaris est. Nam ad sacramentum nil valet forma non prolata cum intentione significandi qd intendit Ecclesia; sed in casu conclusionis haec intentio deest, adest vero sola intentio significandi proprium sensum erroneum; ergo etc. Confirmatur, ac declaratur. Minister Sacramenti proferens verba formae non solum debet proferre verba de se idonea ad significandum qd intendit Ecclesia; sed debet significare in actu 2o seu veram locutionem qd intendit Ecclesia; sed in casu Cis ista regerit; ergo etc. Probatur minor: Nam ad significandum aliquid per veram locutionem non sufficit forte fortuna verba iactare, sed cum animo significandi obiectum: quare ~~et ebrii~~ ebriosi, et dormientes efformantes verba, non exercent actum verae locutionis; in casu autem nostro deficit animus significandi, qd intendit Ecclesia. Idem docent Suarez disp. 2. sect. 9. fine, et Lugo n.o 118.

Qua propter si quis ista Baptismatis formae verba mutaret, et diceret, In nomine Patris omnipotentis, et filii sapientis, et Spiritus Sancti Paracliti, et praedicata illa tribueret Personis, qua existimaret ea ipsa non esse communia, sed propria singularum; ea qd exprimeret ex intentione ~~ride~~ sola imprimendi errorem, nullum esse sacramentum: Et si alias verba sint idonea ad significandum qd intendit Ecclesia. Similiter si quis ita Baptizaret, ex linguae impedimento, Ego te Baptizo in nomine Matris, et filii etc. -l- sic, Ego te baptizo

In noie Patris et filii, etc. s. sic Ego te Baptizo
in noie Patris etc. sed ex intende proprium exprimen-
di errorem, quo indicat, in divinis esse Matrem, aut fi-
liam; aut non esse Patrem, et filium; si alias verba
idonea sint ad valide baptizandum, non videtur confici sa-
cramentum; (ut Angelicus verbis utar in praesenti
aut de corpore) s. quia non videtur hic homo curare de signi-
ficando quod Ecclesia intendit, sed suum sensum dumtaxat;
perfecturus tamen sacramentum, si simul intenderet signifi-
care quod Ecclesia. Unde navit

3.a conclusio: Qui animo inducendi errorem
immutat nihil verba formae, sed ea relinquens
idonea ad significandum quod intendit Ecclesia, ita quidem
ut illa non proferat ex praecisa intentione significandi propri-
um sensum, sed etiam ad significandum quod intendit
Ecclesia, quidquid illud sit, profert sane verba for-
mae modo sufficienti ad valorem sacramenti; quia cum
adsit tunc intentio significandi quod intendit Ecclesia,
stat intentio sufficiens ad valorem sacramenti, quod mini-
mus aliunde non deesse. Unde absolute stabit sacra-
mentum, tametsi supra intentionem requisitam ad valo-
rem abunde sit alia intentio significandi proprium
sensum. Ita utrique hugus; Joanes disp. 2. n.o 44.
franciscus Cap. 1. n.o 34. apud quem Durandus, Palu-
danus, Pedrus Ledesmius, Laiman, Palaus, et
sindius.

Sic Sacerdos Calvinista consecrans hos-
tiam, et existimans per illa verba non significari rea-
lem praesentiam Christi, sed mysticam, et repraesentativam
intendens quod eundem errorem inducere; habens tamen
intentionem faciendi quod Christus iussit; procul dubio
consecrat. Et Arrianus utens legitima forma bapti-
smi, credens non per illam non significari personarum
aequalitatem, sed potius inaequalitatem, quasi Pater esset
maior filio, et Spiritu sancto creatus; si non habet intentio-
nem illis verbis significandi, et faciendi quod Christus
significari, et fieri voluit, validum efficiet sacramentum; quia animatus

intendit significare per ea verba, qd vere significant.
quoniam autem talēs coiter hent hanc intentionem, Cap-
de Arriagnis 108 de Consecratē distinctē 4ª. Bapti-
mus Hereticorum tenentium debita formā declarat va-
lidum, et subinde ñ repetendum. Et Tridentinum 11ª 7ª.
Canone 4º. damnat Asserentes, ñ esse verum Baptismum,
qui datū ab Hereticis sub debita forma, cum inten-
tione faciendi, qd facit Ecclesia.

Sic etiam qui debitam mam et fram adhibet
cum intentione generali faciendi sacramentum xª divinam
institutionem, licet aliquid addat necessaria, qd esse ñtale
ñ ē, et hunc errorem introducere intendat, validum
efficiet sacramentum. Unde si quis Eucharistice fōe
super addat illa verba, qd pro vobis tradet, necessa-
ria; vel si formam eandem proferat vulgari lingua
dicens, esse es mi cuerpo intendens hunc ritum tñ esse
inducere, vere Consecrat; qa simul retinet intentio-
nem conficiendi sacramentum institutum a Xpto. similr
qui profert integram fram intendens facere qd Xpus
instituit, licet falso credat, aliquot verba ñ esse naria,
cum vere naria sint, unde in vocatur Trinitati in bap-
tismo, et talem errorem introducere velit, verum Con-
ficit sacrum, qa debitam adhibet mam, fram et inten-
tionem. ita franciscus Lugo nº 36. cum Ledesma
et Bonacina. Cap. 2 ret 2ª di questionis.

Quarta 2º: qui conceptum het erroneum circa
verba formae, existimans reddere sensum oppositum sen-
sui, quem Xpus Dnus, et Ecclesia intendunt; si per ver-
ba formae vellit significare xª suum sensum, et ñ tñ l
ingeñ intendat per illa verba significare qd contendit
Ecclesia, stat sacramentum; qa stat intentio sufficiens
ad valorem, ñ impeditur 2ª intentio, quāvis comitet alia,
quae sola ñ sufficeret. Ita Hereticus Calvinista Con-

consecrans hostiam et existimans per illa verba non significari realem presentiam Xpti, sed mixticam, et representativam; habet tamen intentionem faciendi quod Xpus instituit, sine dubio consecraret. Quare si idem illa consecraret hostiam hic est corpus meum significans ex proprio sensu per illud hic adverbiale sumtum meram presentiam localem; sed non volens generaliter significare, quod per illa verba contendit Ecclesia, vere consecraret, ex vi huius 2ae intentionis.

Dices, tam intentionem non posse secum admittere 2am, quia 1a intentio est significandi per predicta verba oppositum eius, quod intendit Ecclesia; 2a vero significandi quod intendit Ecclesia: quae videntur intentiones secum repugnantes. Resp. tamen si secum pugnent haec duo (quod non est incertum) 1um intendere per haec verba significare sensum oppositum intentum ab Ecclesia, cum notitia talis oppositionis: 2um, intendere significare, quod intendit Ecclesia; secum non non pugnant alia duo: 1um, Petrum intendere per haec verba significare proprium sensum, qui revera est oppositus sensui ab Ecclesia intento, Petrus non ignorat talem oppositionem: 2um simul intendere significare quod intendit Ecclesia. Et quidem non duo priora, sed posteriora ascrivimus, quae nullam afferunt repugnantiam. Quem ad modum secum non pugnant, et Petrum intendere efficaciter consecutionem sanitatis, et simul intendere applicationem medicaminis sanitati oppositi, quod tamen ipse ignorat oppositum esse.

3a Conclusio: qui verbis formae detraheret aliquam particulam non essentialem formae, sed quam ipse essentialem putaret, non expleret intentionem Ecclesiae: et qui verbis formae adderet aliquid, non essentiale formae, sed quod ipse essentiale putaret non expleret sensum ab Ecclesia intentum, non conficeret validum sacramentum. Itaque si

Si quis baptizaret in nomine Patris, Filii, et Spiritus Sancti, tollendo geminam conjunctionem et, putans tamen eo verba ut expleat intentionem Ecclesiae, invalide baptizaret. Sicut qui in forma baptismi adderet et Beatae Virginis, intendens significare, et profiteri quaternitatem personarum: simul ut consecraret irrite qui verbis consecrationis vini adderet particulas illas Novi et Aeterni Testamenti, existimans easdem esse ad salvandum necessarias Ecclesiae, nolensque consecrare nisi subdolis sententiam quam ipse commiscuit. Ita Suarez, Coninck, Bonacina, Laiman, Lacroix, Villalobos, quos refert et sequitur Franciscus Hugo, n° 37. Ratio duplex. 1a. quia tunc est aliud signum practicum quod Minister intendit exhibere, quam quod Christus instituit, et Ecclesia retinet, cum intendat diversam significationem. Quare non solum defectu intentionis, sed etiam defectu legitimae formae, sacramentum irritatur.

2a. Nam qui libere adimit vel addit verbis formae, quae putat esse necessaria ut impleat intentionem Ecclesiae, re tamen vera non sunt necessaria, non intendit absolute id quod ab Ecclesia intenditur: ex alia vero parte non habet regulariter loquendo intentionem aliam sufficientem ad conficiendum validum sacramentum medio verbi formae, vel quae supersunt post ablatum, vel quae manent post additionem, ex eo quidem sufficientibus ad valorem sacramenti, ut constabit ex his, quae iam subdo; ideo etiam dixi in praedicto casu non dari regulariter loquendo sufficientem intentionem ad conficiendum validum sacramentum medio verbi formae, quae supersunt, vel quae manent cum additis: nam in casu extra regulari posset ea intentio dari, v.g. si quis ita secum statueret: Volo his verbis addimere particulas, quas essentiales iudico; si tamen ego fallor, et voces quae supersunt sufficiunt, volo per illas fieri et significari quod intendit Ecclesia. Aut ita decerneret: Volo his verbis addere haec alia, quae esse essentialia iudico; si tamen ego fallor, et priora verba sufficiunt,

volo per illa sola fieri, et significari qd intendit ecclesia.
tunc namque volebat Ssum

Q.a 10a: qdo Minister errans, ita mutat Ssti formam, ut revera verba reddant sensum ambiguum, si sic intendat introducere suum errorem, ut nobis verum sensum, sed falsum per illam formam significare, nullum efficit Ssum; efficiet vero, si intendat significare, qd verba formae (suppono haec revera esse sufficientia, et si de sufficientia ambigatur) significant ex institutione divina. In dubio vero de sufficientia verborum, atque intentione Ministri, scilicet an intenderit sensum contrarium Ecclesiae et substantiae Ssti, praesumendum est, illum intendisse, qdo de industria formam mutabit, praesertim si sit haereticus: secus si non sponte, sed propter inscitiam verba mutavit. Sic docet. D. Franciscus Lugo numero 27. et 28. Cum P. Lorca et Petro de Ledesma. Disp.o 11. An licitum sit ministro Ssti uti, ~~dis~~ formis dubiis. Et cap. 4 faciliora resolvit. et circa praecipuam difficultatem sic refert.

Duplex est dubium. 1um proprium et negativum quo mens manet suspensa neutri contradictoriae parti assentiens, aut dissentiens. 2um improprium et affirmativum, quo mens assentit quidem uni parti probabili, sed cum formidine, seu cum formidine, ne illi parti opposita sit vera, et non ea quam amplectitur. Circa hoc dubium affirmativum sive probabili assensu in administratione Sacramenti dari potest triplicitur: seu

eque probabili utriusque parti: Qui probabili uni-
us, et probabilior alterius: Qui certus unius et probabi-
li alterius. Circa dubium agit oio negativum.

Dico 1o: debet Minister extra casum necessitati adhibere mam et fram certam Sti: omissa dubia, et probabili: peccabit qd gravit, si dubium conferat cum ex dubia potestate, intentione, ma, aut fra. Prob: nam temere subit periculum irritandi sacramentum, decipiendi fideles, fraudandi qd suscipientem fructum sacramenti. Est opinio Cois et videbis apud Sm Quintanadueñas Tomo 1. tract. 1. Singulari 14. no 9. et tract. 5. singulari 20. no 2. et apud Sm Iulium 1a 2ae tract. 8 disp. 1. no 95. qui subdit no 282 etiam subconditione ministrare usque poeniam, aut extremam unctionem cum dubia potestate. vel ma aut fra citra necessitatem, esse peccatum lethale; q gravem continet irreverentiam ex suo go.

Dico 2o: in necessitate licet duplici conditione posita: 1a ut dete evidens necessitas non exp. requirentis, nihilominus qa indigeat speciali receptione Sti quam expe Ministri, go et. n occurrat alius certiorem hons potestatem, vel qui certiorem materiam, aut fram adhibeat. 2a ut sacramentum subconditione conferat. Prob: qa supposita ponit omnis de ordinatio; siquidem necessitas facit ut admi n temere, sed prudenter fiat: melius e. n. e dubium Stum indigenti ministrare, quam nullum. Conditio vo tollit periculum irritandi Stum. Ita Tomasina, et Martinez, quos refert et sequit Diana 2a pte tract. 13. resolutione 2a.

Imo addo cum Pe Salas n solum posse, sed etiam teneri ministrum Sti dubia potestate, ma vel fra; quoties administratio sacramenti requirit ad vitandum scandalum, vel periculum damnationis, vel aliud gravissimum in conveniens. Cum n. ob necessitatem sit administratio Sti dubii tenemur utique saltem ex Charitate indigenti providere, quoties sine dispendio possumus: qd praecipue urget in Baptismo, maxime parvulorum, qui n possunt aliter iustificari

Dico 4.º circa dubium affirmativum 1.º et 2.º modo v.g.ª an circumstantiae notabiliter agravantes sint necessario confitendae: et in quo utraque pars est aeque probabilis. Et an moribundo praebenti solum signa contritionis danda sit absolutio: in quo aliqui probabiliter negant, alii probabilius affirmant. In his, inquam, dubiis potest quilibet (sicut in aliis materiis) in administratione sacramentorum uti opinione probabili, et etiam minus probabili, relicta probabiliori. Probatur: quia tunc non subit voluntarium periculum irritandi sacramentum, cum neutra pars sit secura. Et quare nec delinquit contra religionem sacramenti, nec contra charitatem proximorum. Ita P. Franciscus Lugo hic cap. 10. q. 4. n.º 43. secutus Patrem Salasium, et Joannem Sanchez.

Qui addit doctrinam benignissimam: nimirum, quoties altera sententia est sacramento favorabilior, quae sacramenti reverentiam attendit; altera vero est favorabilior recipienti, hanc illi praeferendam esse, quia charitas praevalet religioni; maiorque securitas salutis proximorum honestat periculum quod incurrit irritandi sacramentum. Unde in hoc casu cedit Christus suo sacramento, utpote instituto in favorem fidelium. Conformiter Sanchez, Silvius, Reginaldus, Petrus Sayr, Cambranus, Salas, Valentia, Belarminus, P. Sanchez, Coninck, Ponce, Montesinos, Filliucius, Ludovicus de San Juan, Henriquez, quos refert et sequitur Diana contra Loquetum 1.ª parte tract. 12. resolut. 28.

Dubii affirmativi 3.º modo accepti exempla sunt sequentia. Abluto capite valere Baptismum certum est; valere abluto pede, vel digito, opinio est. Similiter aquam naturalem esse materiam Baptismi certum est; lixivium aut jusculum, opinio est. Item valide consecrari Ptisanam, vulgo Cerveza, opinio est. Panem triticeum, omnino certum. Deinde valide confessarium absolvere si sit approbatus ab ordinario loci, ubi confessiones audit, certum est; si vero approbatus sit ab ordinario alterius loci, opinio tantum. Praeterea, non-

matrimonium valere, si contrahatur coram Parocho contrahentium, et in propria Parochia, certa res est; at si Parochus contrahentium assistat in aliena Parochia, probabilis solum est talis matrimonii valor. Utrum ergo praesens ac praecipua disquisitio est, an in his et in aliis similibus talibus exemplis, liceat, relicta opinione certa et tuta, sequi probabilem et minus tutam?

Ia sta negat. Ita Lugus proxime citatus n.o 49, et apud illud Petrus Soto, Henriquez, Valentia, Suarez, Salas, Tonacita, filliucius, Laiman, qui contrariam appellat improbabilem. Eidem per intrinseca omnia votis subscribit Ioannes Sanchez, qui sacrilegium existimat committi, quoties quis administrare sacramentum via certa pro dubia sine causa relinquit. Prob. 1.o quia tenerentur ministri sacramentum, quod sine causa subiis periculum annullandi illud, quod periculum facile vitare posset, certam partem sequendo; ergo peccat contra religionem debitam sacramento. Confirmatur: quia cum Ecclesia prohibeat minus, aut saltem dubiam in administratione sacramentorum, ullam utique finem talis prohibitionis intendit. Ut reverentia sacramentis debita servetur. Ergo si haec reverentia proveniat, ut nullus ubi possit cum sit sua probabili, relicta secura.

Prob. 2.o: quia si deberes centum aureos solvere in moneta dubii valoris, non recte satisfaceres, quia debito certo non satisfacit solutio dubia; sic Minister sacramentum debet fidelibus sacramenta certa ministrare; quod non satisfacit ministrando dubia, seu probabilia, dum potest omnino certa ministrare. Peccabit ergo contra iustitiam. Vel contra charitatem sic ministrans. Prob. Paris. 3.o: Nam in rebus ad animae salutem pertinentibus, hoc nimirum ...

hoc ipso gravius qui peccat, qui certis incerta proponat, ut dicit S. Aug. lib. 2. de Baptismo cap. 3; sed qui ministrat sacramenta probabilia relictis certis iam certo proponit incertum; ergo gravius peccat: ut qui consecrat panem hordeaceum, et confirmat sine balsamo, cum posset materiam omnino certam adhibere.

2a sententia docet licere. Ita Medina, Ledesma, Vasquez, Petrus Sanchez, Antonius Perez, Villalobos, Sairus, Basilius Legionensis, et Palaus quibus per extrinseca principia, scilicet authoritatis, consentit Ioannes Sanchez apud Lugum ubi supra n° 47. Probatur: quia in quavis alia materia relicta opinione probabiliori, et magis tuta possumus sequi opinionem tantum probabilem, et minus tutam, non obstante formidine seu periculo partis oppositae, videlicet scilicet alienum retinendi, et violandi legem; ergo similiter in administratione sacramentorum poterimus sequi opinionem probabilem, relicta certa, non obstante periculo irritandi sacramentum. Ante et si neget antiquis Conradus Gabriel, Sanctus Antoninus, ex Thomistis Silvestro, Caietano, Conrado, Soto, et aliis apud Lugum praealegatum, defendit nunc communis theologis, videlicet Moneque Sanchio, Filiutio, et aliis recentioribus, quos citat et sequitur Diana 3a p. tract. 13 resolutione 1a. Ratio est: quia operans cum opinionem probabilem dubitiis rationibus alicuius momenti, ergo sic operans non potest iudicari temerarius, nec imprudens; ergo nec peccans.

Contra 1a suadet: quia non est cur debeat imponi ministris sacramentorum tam gravis obligatio scilicet certis omnino sequendi, potius quam aliis agentibus in certis libus et aliis materiis: siquidem ministrando iuxta probabilem opinionem etiam relicta certa, prudenter operantur, sicut et alii; neque exponunt culpabili pe-

periculo sacramentum irritandi, sed viam tenent moralem certam actionem, quam probabilitas opinionum constituit: Nam alioquin non liceret confiteri cum attritione cognita, nec attritum absolvere possemus; cum contritio sit magis certa, et attritio solum probabilis: similiter non liceret simplici sacerdoti moribundum absolvere parocho praesente. Huic sententiae nonnullas limitationes aponunt eius patroni, quas apud Eugenium citatum nº 40 tibi legendas reservo. Quid vero tenendum sit in praesenti difficultate, sequens caput aperiet. Cap. 2. praecipuam difficultatem quadruplex c. ...

Notandum 1º, sacramentum ex duplici capite posse reddi nullum. 1º ex defectu materiae seu formae a Christo D. praescriptae; quem defectum Ecclesia supplere non valet. Unde licet probabilis sit opinio de valore sacramenti cum dubia materia, si tamen ea in re vera Christus illam non instituit non potest ab Ecclesia validum reddi. 2º, ex defectu iurisdictionis, quam Ecclesia concedit. Sic annullat matrimonium factum coram sacerdote non parocho contrahentium: et sacramentum poenitentiae administratum a non habente potestatem iurisdictionis in poenitentem hoc praedicto

1a conclusio sit: licite potest minister sequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori, tuta et certa, quando opinio probabilis versatur circa illa, quae Papa, Concilium sive Ecclesia in sacramentorum administratione determinat; ut in matrimonio, quod sic, et non alio celebratum maneat; at in sacramento

Ponio circa iurisdictionem sacerdotum, ubi absolvendum: ita docent P. Henriquez, Palaus, Granado, Suarez, Coninch, Reginaldus, Vazquez, Sanchez, Coninch, Filiucius, Salas, Bonacina, Villalobos, Garcia, Naldus, Martinez, Basilius Legionensis, Molfesius, quos referunt et sequuntur P. Lugo ibi supra n.º 50. Diana etiam ibi supra resolut. 2.ª et Pater Quintana Dueñas Tomo 1.º Tract. 3. Singulari 18 n.º 12. et 13.

Prob: quia tunc in qualibet opinione iurisdictio tacite datur et validatur Matrimonium ex praesumpta iuridica voluntate Summi Pontificis; qui sicut supplet iurisdictionem habenti titulum coloratum, seu publicum Ecclesiae officium, et insuper supplet iurisdictionem dumtaxat existimatam errore communi, iuxta legem Barbarius ff. de officio praetoris: sic etiam operantibus iuxta probabilem opinionem confert eandem iurisdictionem, et eundem validat ipsum. Non enim minus potens est sapientium opinio, quam error vulgi, ad inducendam iurisdictionem, et validandum actum. Quos autem defectus suppleat titulus coloratus, quos non suppleat, videas, si placet, docte discussum a P.e Quintana Dueñas Tomo 1.º Tract. 1.º Singulari 11. n.º 4.º

3.º Etiam in his, quae pendent ab institutione Christi, potest minister urgente necessitate ministrare sacramentum iuxta opinionem minus probabilem, relicta probabiliori, ac tuta. Sic docent Suarez, Perez, Villalobos, Bonacina, Laiman, Palaus, Salas, P. Sanchez, Sotus, quos refert et imitatur P. Lugo n.º 91.

Prob: quia periculum irritandi sacramentum sufficienter honestatur ratione necessitatis. Imo addit Sanchez et Sotus, opinionem parum probabilem, et quam seclusa necessitate non liceret amplecti, dum urget necessitas, reddi practice probabilem: quia periculum grave facit, ut non immerito moraliter formido praeponderet opinioni tutae Navarro. 2.º quia in dubiis praeferendum est sua anima fallens, ut

passionem habet. Hic tamen necessitas prudenter pen-
sanda est, nec semper extrema requirenda. Suarez trad-
dit hanc regulam: quoties sacramentum est omitten-
dum, si hoc probabili materia ch. dispenset, licitum erit uti
probabili materia, vel forma probabili; tunc n. non tam expo-
nimur periculo, quam illud permittimus, ut maius
vitemus.

Ex praefacta regula quatuor colliges, ut
perde colligas quatuordecim: 1um. sit in Confirmatione
sit materia certa Chrisma, probabilis vero oleum simplex.
utrumque tamen ab Episcopo benedictum: si tamen Episcopus
nequeat invenire balsamum ad Chrisma conficien-
dum, poterit oleum simplex consecratum adhibere. Ita
Diana ubi supra resolutione 2a. Cum P. Vazquez aiq. Mar-
tinez
Christianum talem sentiunt docentes balsamum non necessitate sacramenti
sed necessitate praecepti spectare ad materiam remotam con-
firmationis. Pro qua stat refert viginti sex autho-
res P. Quintana Duenas tomo 1o tract. 2. singu-
lari 2. no 1. et Leander tract. 3. disp. 1. q. 3.

2um. Baptismus conferendus in extremi-
tate digiti, ob periculum partus, tandem illam solam
extrahit; quae sit opinio esset satium probabilis, non
magni periculi sustineret. dixi, sit esset; nam revera
non est parum, sed multum probabilis; et pro ea citantur
sexviginti authores a Diana p. 9. tract. 3.
resolut. 1a. et a Leandro tract. 2o. disput. 2a. q.
29. si tamen puer evaderet periculum, posset, imo deberet
sub conditione rebaptizari, sic si non es baptizatus, ego te
Baptizo etc. sic docent authores septendecim, quos re-
fert et imitatur Leander ibi q. 31. nimirum, ne ejus
salus magno periculo exponatur, si forte prior Baptis-
mus fuerit invalidus:

3um. urgente veniente urgenti necessitate, non
solum potest, sed etiam tenetur minister [illegible] mi-
nus probabilem operari propter maiorem favorem
recipiendi, cui [illegible] sic [illegible] consulit;

ille .n. fortan Vtilr. Ilt. salvabit, & evitabit magnum scandalum, aut nocumentum. ita Coder Diana[?] sanctus disp. 44. n° 31. et 32. r[ati]o e: quia magis obligat charitas proximi, quam religio illi. Unde, cum sa[?] sit Bulaani, Chamerote, et Fanni Fannei, Pis Propositi, Pis Stefani Bauniis quit Dianam 3a p[ar]te tract. 3. resolut. 2a. et aius[?] summa novissima verbo Baptismus n° 16. et Item n° 5. in casu necessitatis baptizari posse sub condit[ion]e, i.e. sufficiens, cum aqua rosacea, aut alia ex floribus, aut herbis; et cum nive, rore, glacie, non dum resoluti; item cum lacrimis, et sudoribus, instante morte infantis, et deficiente aqua nali, tenebit minister stare huic sa[?]: et si pro opposita auctores sectasquita referas et sequar ipse Diana eo 3a parte loco; pro videq[ue] ea 1a opinio sit parum probabilis.

[illegible] colligo benignissimam Dianam adjravimi: moribundum sensibus destitutum, quamdiu peccatum nullum pronuntiaverit nec confessionem petierit nec signa contritionis ulla dederit, posse, imo debere a confessario absolvi, saltem sub condit[ion]e, i.e. capax absolvi 2e. q[uia] sit haec opinio esset parum probabilis r[ati]o e vitandi scandalum, et q[uia] magnum fortassis commodum moriendi [illegible] confessarius impendere absolutionem re[?] vel probabili saltem, et in praxi tuta. etenim sit opposita cotor[?] ac probabilior sit; hanc in sequit leander tract. 9. disp. 9. q. 46. et f. Quintana duenat in instruct. ordinandorum p[ar]te 9. § 11. n° 27. cum Molfesio, Lutherio, p[ar]te Salmerone, Lupo, bonobono, Antonio de literatis, Iacobo Bajo Lovaniensi, Torre bolca, ac tandem cum Clemente 8, et Alexandro Ludolisio Archiepiscopo Bononiensi, et postea summo Pontifice Gregorio 15° qui existens Bononiae archiepiscopum [illegible] opinionem in praxi observari. Imo toterius asseruit olim Molfesio (narrante eodem Leandro) patrem [illegible] Roma hanc opinionem fuisse secutum: ergo urgente necessitate tenebit confe-

rium quilibet et ex charitate et Parochus ex iustitia ... eam opinionem in commodum moribundi. hanc tamen probabilem iudicat Diana ... 3. ... tractatu 4.

Quaeritur 3°. Citra necessitatem, quoties opinio de valore Sacramenti est valde probabilis, et tunc recepta sit non solo certa, + ... in praxi eam amplecti. Prob. quia in quaestionibus moralibus (etiam de valore Sacramenti) non requiritur semper exacta certitudo, sed sufficit magna probabilitas, et quasi certitudo moralis, ita ut opposita sententia negans talem materiam aut formam sufficere, quasi nihil probabilis mihi habere videatur. Hinc docent S. Thomas, Suarez, et alii viginti Auctores, quos refert et sequitur Leander tract. 5 disp. 7. q. 9. licitum esse recipere Poenitentiae Sacramentum cum attritione cognita ut tali. quia sententia negans illam sufficere, valde improbabilis est, etsi eam tenuerint aliqui Theologi, quos ibi citat Leander. Prob.: quia si attritio cognita ut talis non sufficeret ad recipiendum Poenitentiae Sacramentum sequeretur hominem numquam iustificari per ipsam susceptionem Sacramenti, cum iam ante per contritionem appareret eum esse iustificatum, quod iam coiter tanquam improbabile reiicitur. + licitum.

Monent vero Zambranus, Nunnus, et Patres Suarez, Sanchez, Granado, Valentia, Tannerus, Praepositus, apud Leandrum q. 10. illum, qui in art. mortis suscipit Sacramentum Poenitentiae cum attritione cognita, debere adhuc sub peccato mortali procurare contritionem in illo art. quia licet attritio, inquiunt, sufficiat ad substantiam sacramenti, ut proxime cum viginti tribus authoribus diximus; praeceptum vero iustitiae poenitentiae et charitatis erga Deum, videtur obligare tunc temporis ad perfectiores suos actus eliciendos. (Hinc Leander ibi supra disp. 4. q. 37 citat Patres Vasquez, Suarez, et viginti alios Theologos plures, pauciores recitantes praeceptum contritionis obligare in articulo mortis. sed probabilius iudico cum Egidio, Salmanticensibus, Salas, Veccario, Laiman, Fabro, Diana, Hurtado, ac Hugo Cardinali, quos affert et imitatur Leander disp. 7. q. 10. praeceptum contritionis obligare quidem in art. mortis,

quod cum spiritum poenia non recipit; at si hoc recipiat Sacramentum attritione cognita, illud praeceptum cessare. Et ratio est: quia sic homo sufficienter iustificatur; quo non est cur confiteri obligetur. Rursus quia attritio cum sacramento, equivalet contritioni.

4a conclusio: quoties Ecclesia per consuetudinem receptam, l. per speciale decretum praescripsit unam materiam, l. formam certam relicta probabili, tenemur obedire, nec possumus probabilem materiam, aut formam adhibere sine peccato sacrilegii contra religionem, quam illud Ecclesiae praeceptum attendi, ut videbit. est divina Conclusio: et in ea sine dubio, 1a et 2a pars conveniunt. Peccatum vero illud ex suo genere mortale est, ut pote contra virtutem religionis; et si veniale queat esse, ob aliquam ex iis causis, quibus peccatum ex suo genere mortale fieri potest veniale; quas causas optime versat P. Thomas Sanchez tomo. 1o in Decalogum lib. 1. per totum. Ex hac conclusionem elucident. 1o: Licet probabile sit, valere Baptismum in nomine genitoris, geniti, et procedentis, ut cum multis docet Leander tract. 2 disp. 3. q. 22: ex Ecclesiae in more praescripto ministrandus est in nomine Patris, filii, et Spiritus Sancti: nec altera forma Latinis licebit. 2um: Licet etiam probabile sit in Confirmatione non requiri essentialiter Balsamum, ut docent Pater Valentia, Navarrus, Caietanus, et alii viginti auctores apud Leandrum tract, disp, et q. 31: at probabile non est non esse ponendum, saltem extra casum necessitatis. 3o: Probabile est Typham a tritico non differre, sed esse triticum degeneratum; nec massam a pane: at probabile non est, posse in Typha, aut massa consecrari.

Ubi nota, ut supposita proxima 4a Conclusione, vix manet subsidii locus in quaestione praesenti: quia fere nullus occurret casus materiae, l. formae probabilis aut certae, ubi ex consuetudine, aut decreto non designaverit Ecclesia quid sit adhibendum in praxi, quod adhibentes convenienter administrabimus, omittentes vero delinquemus contra

praeceptum aut consuetudinem vim legis obtinentem; si tunc occurrat casus, in quo dicta ma[teri]a, f[orm]a S[acramen]ti certa, [et] alia probabilis, et Ecclesia non declaraverit, quam debeamus aponere iudicio cum opinione 1a non licere solum probabilem adhibere relicta certa, proinde cum sit fundamenta; tamen siquidem in curritur periculum irritandi S[acramen]tum et fraudandi recipientem eius fructum; et ad reverentiam S[acramen]ti debitam spectat, ut ex m[ateri]a et f[orm]a certis conficiantur, dum commode possunt.

Nec obstat fundamentum 2e s[ententi]ae tamen licet opinione probabili circa praeceptum aliquod in aliis materiis, quia non incurrit periculum violandi praeceptum fratr[is], etsi materialiter violet, probabilitas n[on] opinionis excusat ibi delictum; cum tunc ea probabilitas non sufficiat validum reddere sacramentum administrandum tali m[ateri]a, f[orm]a, si re vera accidat eiusmodi m[ateri]am et f[orm]am non fuisse a Christo D[omi]no institutam pro tali S[acramen]to. Ad confirmationem resp[onde]o. Eius exempla pertinere ad nostram 1am et 2am conclusionem, in quibus suffic[ien]ti r[ati]o concedit unum talium opinionum non accedentium ad gradum omnimodae certitudinis. D[ic]o 2. An metu mortis, aut alterius notabilis nocumenti, liceat in S[acramen]ti uti m[ateri]a f[orm]a dubia?

Quaeritur: si cogaris baptizare in no[mi]ne genitoris, aut cum aqua ex sale resoluta; f[orm]a consecrare panem ex spelta confectum, f[orm]a vinum congelatum, et q[uaes]tio procedit tam de dubio negativo, et positivo.

Dico ergo 1o: si metus incutiatur in odium aut contemptum religionis, Ecclesiae, aut sacramenti; f[orm]a si solemn[ita]tem praeveniat, ita incuti; non sit obedire tirano materiam aut f[or]mam dubiam praecipienti. Prob[atur]: quia sic obediens conservet actum externum

contemptus Ecclesiae seu Haeresis exercere cum gravi damno catholicae Religioni.

Dico 2o: Si metus non sit in odium fidei, sed quia Superior praecipiens vitat eam metum Christiani esse certas, suspectus 2o quas tuendos vult adhibere. Tunc licebit metu Christiani dubia. Ita docent Perez, Sanctius, Suarez, Sanchez, Coninck, Henriquez, quos referunt et secuntur P. Franciscus Lugo capt. q.e. 9. et Diana 3. p.te tract. 6o miscellaneo resolutione 44. Prob. 1o: Nam illud praeceptum adhibendi certam materiam et formam in sacramentis non obligat cum tanto dispendio. Videlicet tunc evitat periculum irritandi tyrannum sive Haereticum, et irreverentia non reputatur culpabilis.

Prob. 2o: quia sunt alia innumera mala, quae gesta ex metu gravi excusant a peccato, cum non sint intrinsece mala; sed ubi materia aut forma dubia, et probabili tamen sit, non est intrinsece absolute malum, ergo si ex metu gravi fiat, excusabit a peccato. Minor, et eius negari nequeunt. Maiorem probat ibi Diana multis casibus immediate producendis, quos iuvat compendiose referre.

1o: in obsidione alicuius civitatis, quando alius cibus non adest, licitum est vesci carnibus humanis, seu hominum mortuorum, ad propriam mortem evitandam. Ita docent Nabarrus, Caietanus, Abulensis, Medina, et Patres Lessius, Sanchez, Toletus, Sa: Contra Valentiam, Moure, Azorium, Victoriam, Silvium, quos omnes refert Diana loco praealegato.

2o: Ob evitandam mortem comminatam, licet nautero lembo transvehere aliquos volentes delictum committere seu alium interficere: licet manum admovere scalam furari volenti; vendere seu commodare ensem volenti alterum occidere, aut ostendere ubi occidendus est. Ita contra communem docent Durandus, Patres Sanchez, P. Avila,

Corduba, et Diana ibi.

3°: licet metu mortis celebrare sine altar. calice consecrato, vestibus sacris, lumine: dummodo absit odium, et contemptus religionis, ac sacrificii. Ita contra Caietanum docent Azor, Valentia, Vasquez, Vecanus, Salas, et Diana ibi. Etiam si nulla vestis sacra det; quid quid in contrarium asserant Pet. Granado, Filiucius, et Suarez. nam eadem ratio militat. At non licet celebrare vestibus valde sordidis, aut cum vase immundo, etiam morte imminente; quia qui cogeret ad ita celebrandum, praesumitur irrisor missae, atqui semper servanda est reverentia sufficiens seu debita sacro.

4°: licet metu mortis contrahere matrimonium cum impedimento dirimente; dummodo in contrahendum animo sit contrahere matrimonium exterius non vero consummare, aut fere animum consummandi; nam si hic animus nunc adesset, peccatum mortale committeret. Ita contra Navarrum et Caietanum docent Vasquez, Suarez, Vecanus, Salas, P. Sanchez, et Diana ibi. 9.

5°. licet metu mortis vel alterius gravis damni, communicare cum excommunicato non tollerato, id est nominatim denunciato vel publico clerici percussore. Ita contra Hugolinum, Alense Caietanum et alios docent Sairus, Sotus, Suarez, Vasquez, Alorius, Salas, et Diana ibidem.

6°: non tenet adultus cum vitae discrimine suscipere Sacramentum Baptismi; quia potest elicere actum contritionis; et sibi consulere. Sic contra Acorium tenet Corduba, Aragon, Sairus, Sotus, Suarez, atque Diana ibidem: dummodo adultus non esset alias in art. mortis perse constitutus vel nisi causa fidei aliud requireret.

7°: ob metum mortis, aut aliud grave nocumentum licet sacerdoti porrigere in occulto Eucharistiam peccatori occulto: nisi metus incurratur in odium, contemptum Dei Ecclesiae aut religionis. Ita

Diana cum Donacina et novo.

3o: licet Captivis Christianis ob metum mortis, vel alterius gravis nocumenti, ut amissionis brachii, damnum inferre Christianis in bonis externis; ut ad infidelium praedam destruendo, vel capiendo, et ad triremes asportando. licet insuper eis asportare farinas, et varia ad bellum contra christianos: ad movere schalas et maquinas ad muros, porrigere Turcis arma ab eis petita ad interficiendos Chatolicos; Turcas humeris sustentare, atque levare ad castra munienda, edificanda propugnacula et ita adversus Donacinam sentiunt [illegible] Turrianus, Reginaldus, Molina, Sanchez, Laiman, Lessius, et Diana ibi. Ratio horum omnium, quia cum non sint intrinsece et ex se malae actiones supra dictae, si ex gravi metu fiant, a peccato excusabuntur, quasi involuntariae, in vitae, ac infractariae [illegible] item dicimus in nostro casu. Dixit [illegible]. ausit nanque Jterare Sacramentum [illegible] Cap. 1. certa obicemque se sacret."

Verbum Ivo e, atque ita supponit similes, non solum esse peccatum absolute sacramentum iterare, sed [illegible] subconditione quando non dubitat de valore [illegible] collati; quia fit irreverentia [illegible], et illa conditio nunc [illegible] impedimentum, habeatque valet non adiecta moralis certum Suarez bene annotat fra. Lugo hic Cap. 20. 26.

Supponit quinque similes leves scrupulos esse reiiciendos, neque ob eos solum esse repetendum [illegible], etiam subconditione. sic enim expresse docet Cathecismus Romanus de Baptismo Cap. 2. § 43. dicens, alioquin gravem iniuriam irrogari Sacramento, quod

irrideri videtur per illam inutilem repetitionem.

Rogabis tu 1º quale peccatum sit Bapt.^mum sub condit.e repetere ob solos leves scrupulos? Villalobos, quem citat, et sequitur Leander tract. 1. disp. 9. q. 13. putat solum esse veniale: Sayrus cum Bonaventura et cum Fr.º Granado apud Leandrum ibi, docent esse mortale; quia teste Cathecismo, iteratio B.ti facta sine sufficienti causa videtur irrisio quaedam B.ti, et inde gravis irreverentia. Haec 2a pars verior apparet.

Rogatis 2º: an saltem ob crebros, vehementesque scrupulos, anxietates, maerores cruciatus per aliquot annos usque quatuor aut quinque; et post remedia idonea, et sapientum consilia, ad sedandos scrupulos, infructuose tamen exquisita, liceat B.^mum usque Baptismi sub condit.e repetere, licet nullum detur levissimum dubii, aut suspicionis fundamentum? Affirmat merito ac docte P. Quintana duenas tomo 1º tract. 1º singulari 3 cum Theologo quodam doctissimo, quem supresso nomine laudat, et sequitur noster.

Probatur 1º: quia eiusmodi crebri vehementesque scrupuli, maerores ac cruciatus, sufficiunt ad generandum aliquale probabile dubium ac suspicionem de valore illius Baptismatis, sufficientem ad conditionalem ipsius repetitionem. Probatur 2º: quia praedictae anxiae dubitationes prudenter possunt iudicari Spiritus Sancti inspirationes: ut S. Aug. Epist. ad quemdam Comitem insinuat. Probatur 3º quia Daemonis instigatio utique censeri nequit anxietas procurandi Baptismale, quod Daemon exosum habet, ut pote necessarium ad salutem, ad versus quam ipse semper armatur; ergo etc. Vide alia, quae sese ac sapienter ibi affert praedictus auctor.

Certum etiam est 3º, numquam licere B.^mum absolute repetere sine condit.e, nisi quando certo constiterit, aliquid essentiale priori B.º defuisse. Ratio est: quia tunc non tam dicitur repeti B.^mum quam denuo conferri.

Ceterum, si quaeris alio casu quo liceat iterare iterare B.^mum, atinet dici conditur, ponendam necessario esse condit.em

2° de Sactione [illegible]

Ita docuit de Baptismo Alexander 3. Cap. de quibus. [illegible] quia si absque conditione repeteret, periculum adesset frustrandi sacramentum, ac proinde gravis iniuria fieret sacramento. Hoc. n. exigit absolutè sanctitas et reverentia sacramenti, ut procul arceatur omne irri[...] periculum.

Et si solemniter administretur sacramentum et dubium fuerit publicum, conditio exterius et ore proferenda erit: ut omnis occasio scandali tollatur: si vero dubium sit occultum, et sacramentum secreto fiat, seu administretur, sat erit conditionem mente concipere, nam idem operatur ac expressa. Sic docet Franciscus Lugo ubi supra n° 62. Cum Sairo, Henriquez, Corinth, ac Petro de Ledesma. His positis ut potest certis, ad incerta declaranda accedamus. Cap. 2. difficiliora resolvit.

Dico 1°. directe venit dignitatis tituli: quod recordat dubium negativum, vel positivum, seu dubium facti, utrum num re ipsa sacramentum collatum fuerit? vel iuris, explicatum num sacramentum collatum valuerit, propter oppositas opiniones: sacramentum est sub conditione repetendum. Ita de Baptismo definit Alexander 3ius ubi supra; et Catechismus Romanus, atque est indubitata Conciliorum, Patrum, ac Theologorum assertio, quorum duos supra triginta refert et sequitur P. Quintana dubius Tom. 1. singularium tract. 1. singulari 10 n° 11. Immo addit singulari 2. a n° 2. cum aliis quatuor Doctoribus iterandum esse sub conditione Baptismum, cum Baptizans usus est opinione probabili, aut etiam probabiliori, non vero certa, circa essentiam utrum num [illegible] sacramenti!

Probatur 1°: quia per sacramentum sic administratum animorum saluti providet, nec subest ullum irreverentiae periculum in iteratione nam conditio apposita illud penitus excludit. Prob. 2. Ex S.to Leone, ad [illegible] Theodosio quia iniquitant, non potest in iteratione crimen venire, quod factum esse nescit. Prob. 3: quia ut habet Cap. placuit

de consecratione dicitur 4a si hac ratione non administraret
ssmum noster scrupulus, seu trepidatio pueros faceret
ssorum purgatione privari.

Dico 2o: licet solum non ssmis non iterabilibus
videlicet Baptismo, Confirmatione, et ordine, maius dubium
requiratur, ut iterari queant, quam in aliis, quae sunt repe-
tibilia: minus tamen dubium sufficere, verius iudico
cum Petro Ledesma, Villalobos, et Hugo ubi supra
no. 63. prob. 1o: quia sacramenta non iterabilia, si non re-
cipiantur semel certo, nunquam recipiuntur.

Prob. 2o: quia Baptismus, atque ordo, sunt ssta
valde necessaria; ut pote sine quorum valore, nec caete-
ra ssta valebunt: solo excepto Baptismo, qui in f.
ab infideli potest valide confici: et Baptismus est
Janua, qua solum licet ingredi ad reliqua ssta. Item
ordo necessario praesupponitur ad Confirmationem, Poenitentiam, Eu-
charistiam, et extremam unctionem. ergo multo ma-
gis requiritur, ut sacramentorum non iterabilium valor sit
omnino certus, et quovis dubio rationabili dato repetantur, quam
valor caeterorum; v.g. Poenitentiae, aut Eucharistiae, quae si
semel invalide recepta fuerunt, possunt iterum, atque ite-
rum valide recipi.

Dico 3o: Cum adsit praeceptum habendi seu perti-
pendi ssmum, non solum potest, sed etiam debet ssmum dubium
iterare Minister, qui alioquin tenebatur ministrare.
Prob.: Nam qui recipit ssmum dubium, ius habet petendi
a suo Pastore ssmum certum; ergo hic tenetur non solum ex cha-
ritate, sed etiam ex iustitia, sub conditione repetere. ita Vas-
quez, Coninck, et Lambertus, quos citat et sequitur Hugo
ubi citatus no. 64. Unde puer recipit Baptismum dubi-
um obligantur eius parentes ei procurare certum. Idem
dic de tutoribus, curatoribus, dominis, cognatis, et reli-
giosis, quorum institutum est proximorum incumbere, ut Do-
minicanis, Jesuitis, aliisque ex mendicantibus: sunt enim
praelatorum coadiutores. f. ut quaedicitares, video dot pri-

vitegiu locupletati. Vta Cumtti Theologorum Doct. Quintana Dienas tom. 2. tract. 6. singulari 14. ar. 3.

Parochus item a pueri Parentibus, [illegible], Curatoribus, Dominis [illegible] aut religiosis mendicantibus requisitus, obligatur ex iustitia et charitate. Parvulum subconditione Baptizare; laicus vero ex sola Charitate, quando scilicet abest Sacerdos et necessitas instat. Idem dicendum de Adulto petente Baptismum certum; nam Parochum ex charitate et iustitia teneri ei illud ministrare, laicum vero ex sola charitate. Cum vero adultus dubius de suo Baptismo est in gravi necessitate, sicut in certam haberet animae salutem, quicumque commode possit, tenetur eidem ex charitate providere.

Dico 4o: Adultus Baptizatus, et ordinatus, solum iuxta opinionem probabilem, ac proinde dubio afirmativo tenetur ad iterum recipiendum subconditione illud, si fuerit valde notum. Ita contra Vazquez docent P. Smith, Angelus, Valentia, Granado, Suarez, quos referunt et secunt suquer praeditam. n. 86. et Leander hic tract. 4. disp. 3. q. 24. Probatur de presbiterato: Nam qui dubium recepit sacerdotium, subiicit periculum conficiendi cetera sacra invalide (praeter Baptismum in necessitate) ergo ut possit sacra non temere, sed certo conficere, prius debet iterum sub condit. ordinari.

Suadet de Baptismo: quia quilibet tenetur ex charitate sui vitare probabile periculum damnationis; sed ad hoc vitandum oportet (saltem instante mortis discrimine) procurare certum Baptismum; nam licet contritione vera salvari possimus, difficile et maxime dubium est an eam habeamus; ergo dubie baptizatus obligatur ad vitandum tale periculum recipere Baptismum subconditione. Confirmatur: quia Baptismus est ianua reliquorum Sacramentorum; ergo si dubie Baptizatus iterum subconditione Baptizetur, non poterit

ullum aliud Sacramentum recipere, ne temere subeat pericu-
lum recipiendi alia Sacramenta invalide. Cui periculo se ob-
jicere sine necessitate non licet; et in praesenti ea necessitas
videtur, cum possit facile recipere Sacramentum certum, iterato Bap-
tismo sub conditione.

De confirmatione, et extrema unctione, non loquitur
nostra conclusio. cum non det praeceptum recipiendi
illas, nec debitur obligatio sat iterandi. nec loquitur
de ordinibus minoribus, nec de subdiaconatu, et dia-
conatu; nam hi ordines ac Sacramenta non sunt adeo moria-
lito oppositum doceri a Patre Quintanaduenas tom. 10
tract. 2. singulari 5. n° 7. sed a nobis sunt Patres Gra-
nado, et Diana, quos ipse Auctor allegat. Loquitur
vero nostra conclusio de Poenitentia, ne hi permaneant sine vera
absolutione, et exponantur periculo damnationis aeternae. Lo-
quitur etiam de Eucharistia, ne fideles exponant peri-
culo Idololatriae adorando ut Corpus, et sanguinem
Christi, quod revera persistat panis, et vinum. Loquitur
denique Conclusio nostra de Matrimonio, ne contrahen-
tes exponantur periculo perpetui concubinatus.

Obiicit Pater Vasquez: recipiens Sacramentum non te-
netur ex misericordia, nec ex charitate sui ipsius,
ad remedium salutis omnino tutum adhibendum. De-
inde obligationi recipiendi Sacramenta satisfacit sequens opi-
nionem probabilem, et si non omnino tutam. ergo ex nullo
capite tenetur iterare Sacramentum dubium. Resp. ne-
gando antecedens quoad utramque partem; obligat enim cha-
ritas sui ad certum aeternae salutis etiam ineundum:
obligat etiam reverentia Sacramenti debita, ut quae possunt cum
certitudine valoris recipi, vel ministrari, iterata sub con-
ditione, non ministrent, nec recipiant cum periculo nulli-
tatis. nostra doctrina procedit quando dubium est positivum,
quia scilicet prius Sacramentum tolum fuit validum probabile. certa
enim debet omnibus esse, quando dubium est omnino negativum:
quod Pater Vasquez est infitiabitur. cap. 3. plurium
theologorum quorumdam resolutiones tradidit collegit.

1a. sit: Baptizari debent subconditione infantes expositi inter Catholicos etiam si in schedula scriptum secum afferant fuisse Baptizatos, si nomen Baptizantis non prodat. Ita docet Leander tom. 1. tract. 2. disp. 3. q. 44. cum multis; et doctus P. Quintana duenas tom. 1o tract. 2o singular. q. 10 c. 9o adhuc res non sit certa, et maneat expositio fallentie, ac falsitati.

2a. q. do moralis certitudo non adest de valore Baptismi, debent infantes Domi ab obstetricibus, Parentibus, aut aliis laicis Baptizati, iterum in Ecclesia subconditione Baptizari. Ita Leander ibi q. 49. cum aliis, et P. Quintaduenas loco supra, et Quintana ibi singulari. q.

3a. Est probabilius sit eam partem aquae vna vnam, aut duas guttas, sufficere ad Baptismum, quae potest contingere corpus, et successive fluere, adhuc Baptismus sic administratus de re non valet. Vide Leandrum ibi disp. 2. q. 2. et 3.

4a. Valet debet Baptismus administrari in aqua ex sale, Nive, Glacie, grandine, aut rore Coeli resoluta: Item administratus ipsamet Glacie, nive aut gelu: Nunquam perfectum aqua distillata ex vite, Arbore, Herbis, floribus. Nam de Conceptu, lacrimis, sudoribus, Lixivio, Jusculo carnium, sufficit in casu necessitatis; etiam si praedicta via sint nisi sufficiens Baptismi videatur aliqui valere et videatur apud Leandrum ibi aq. q. ab 2am.

5a. debet repeti Baptismus subconditione in eo, qui tantum aspersus fuit tum capillos, manum, pedem, aut digitum. Ita Leander q. 27. cum aliis.

6a. Si Parochus aut obstetrix fateantur se in pluribus, quos Baptizaverant circa aliquos ibi non expressos, Baptizandi intentionem non habuisse, omnes sub-

sub conditione rebaptizandi sunt. Ita cum multis P. Quinta duenas Tom. 1. tract. 1. singulari 4. Ratio est: quia rebaptizandi sunt omnes illi, de quibus morali certitudine non constat esse Baptizatos: sed de his non constat; ergo etc.

7a: Si cum Doctoribus intelligas etiam cum sancto Bartolomei ab Angelis, Silvestri, Fabiene, Armilla, Henriq, Gabriele, Durandi, apud eundem auctorem ibi non qui existimantium perversam Ministri intentionem, seu illius defectum, suppleri a Deo non quoad characterem, sed quoad gratiam, saltem in collatione Baptismi: quod probabile iudicatur a Patre Valentia. Ratio est: quia Baptismi iterandi sunt, ex communi Theologorum sensu, in quibus Baptizari sunt in opinione probabili circa essentialia, vel circa materiam, et formam: sed etiam intentio Ministri est essentialis, ut disp. 6. probavimus, et solum probabile eam a Deo suppleri, et non esse essentialem; ergo non adest certitudo moralis de valore Baptismi, quae sola deobligare posset a repetitione talis [illegible]. Ita cum aliis idem auctor ibi singulari 2o.

8a: regulariter loquendo omnes infantes, et adulti, a Paganis, Iudaeis, Sarracenis, aut Haereticis Baptizati, iterum Baptizandi sunt sub conditione. Ita idem auctor ibidem singulari 3o. Ratio est: quia cum non constet de illorum recto in his procedendi modo, suspicio prudens contra valorem est; et consequenter sufficiens causa est Baptismi iterandi. Ideo, teste nostro Egidio de Sacramentis q. 66. art. 9. dub. 4. no. 69. olim in Belgio omnes ab Haereticis Baptizati iterum Baptizabantur.

9a: quando Parochus, obstetrix, aut alii baptizantes, ex Hebraeorum, aut Sarracenorum genere oriuntur, sunt quoque depravatae vitae, simulque de fidei sinceritate aliquo modo suspecti; Baptismata ab iis collata deberent sub conditione iterari. Ita docet idem auctor singulari 4o. Et sufficiens fundamentum datur ad dubitandum de valore talium Baptismatum.

Qui plura optaverit circa repetitionem Baptismi, Ordinis, Absolutionis sacramentalis et aliorum Sacramentorum, cum de illorum valore ambigitur; legat P. Quinta Dor

toto tract. 10 ubi multa veriat gravis ac docte, quae ab aliis Theologicis - f. scripsere tradant, - f. ordinant. Verum tamen hac regula discimini; quam cum Patre Suarez, et aliis tradit scandas tract. 4 disp. 3a q. 14. nimirum quoties probabilis opinio fert, aliquod sacramentum non fuisse validum, potest quis illud sub conditione repetere: Imo non solum potest sed debet illud repetere si sit valde necessarium ut Baptismus, et ordo sacerdotalis. Sectio 2a de necessitate sacramentorum ad q. cum 61. doctoris angelici.

Vidimus sect. anteriori etiam logicam, ac physicam sacramenti, seu eius materiam, formam, et intentionem quibus intrinsece componitur; modo ut eius necessitatem videamus, quatuor discutienda occurrunt. 1um an ista sint necessaria ad salutem humanam? 2um, an fuerit necessaria in statu innocentiae, sive ante peccatum Adami? 3um an fuerint necessaria in statu post peccatum, ante Christum? 4um, an fuerint necessaria post Christi adventum? Quae omnia disputatione unica comprehendo. D. T. de necessitate sacramentorum in omni natura humana statu. Capit. quadruplici ratione sacramentorum necessitatem generali de tract.

Jam suppono, necessitatem cuiusque rei, accurate colli-
gi ex fine: finis autem Sacramentorum est hominum justificatio. Unde
erit quod ea ad homines justificandos necessaria sint Sacramenta; ita ut absque
illis salutem sequi non? Jam, sumpta necessitate late, pro
convenientia: Jam sumpta necessitate stricte, pro omni mo-
da exigentia, atque essentiali indigentia. Et quidem Sacramenta si in
omni naturae statu inveniamus, ea necessaria asseremus, id est
convenientia; quia Deus nil pro ullo statu instituit, quod
tali statui non fuerit conveniens. Unde praesens difficultas
praecipue procedit de necessitate lata, seu convenientia,
aut exigentia Sacramentorum in omni statu in ordine ad ju-
stificandos homines. Necessitas autem stricta Sacramentorum, non ad nos-
trum de Sacramentis in genere tractatum, sed ad particulares eorum
controversias praecipue pertinet; et si de illa non nihil
hic indicabimus.

Jam suppono, necessarium stricte sumptum dici dupliciter.
1° absolute et ex natura rei, quo scilicet praetermisso salus
non potest obtineri, neque per absolutam Dei potentiam. 2°
ex suppositione, id est supposita Dei institutione. — Suppono
Jam, necessarium hoc ex suppositione esse duplex. Unum dicitur ne-
cessarium necessitate medii, quo scilicet praetermisso etiam si ex
ignorantia, vel oblivione praetermittatur, salus non obtinetur juxta
legem ordinariam. Aliud vocatur necessarium necessitate praecepti;
videlicet illud, quod oblata opportunitate necessario praestandum est
ad salutem obtinendam, nisi forte praetermittatur ex igno-
rantia, impotentia vel oblivione; nam quod omittitur ex ig-
norantia invincibili, impotentia, vel oblivione, non impu-
tatur ad culpam: consequenter non impedit gloriae consecutionem,
modo necessarium sit tantum modo necessitate praecepti. His
positis.

Dico 1°: Sacramenta non esse absolute et ex natura rei stric-
te necessaria ad salutem: quia Deus potuisset nos alio modo
salvare, quam per sacramenta, si voluisset. Ut patet. Sic
docent S. Thomas, et communiter alii Theologi, quos refert
et sequitur Bonacina tract. de Sacramentis in genere disp. 1. q. 1.
puncto 4. n° 2.

Dico 2°: Sacramenta esse necessaria ad salutem s. unica necessitate non convenientiae, ut illius status in quo ipsa Sacramenta existunt. Prob.: quia quod Deus instituit ad iustificationem in aliquo statu, conveniens est ut nobis statui ergo et necessarium, saltem necessario non convenienti; ut communiter dici solet. Res est certissima, et a nullo negabitur.

Dico 3°: Sacramenta post quam semel a Deo instituta sunt, ad hunc finem iustificandi hominem, non solum sunt necessaria necessitate convenientiae, sed necessitate stricta, seu necessitate de medii omnino requisiti ad salutem. Ita S. Thomas et decem alii Theologi, quos refert et sequitur Vasquez ibi n° 3. hoc intelligendum est non de omnibus Sacramentis sed absolute et omnino sive de aliquibus. Et sic intellecta res est de fide ex Tridentino Sess. 7. Canone 4. Patet: quia illud est necessarium necessitate medii, quo praeter nullo salus obtineri non potest iuxta legem Dei ordinariam; sed praetermissis Sacramentis salus obtineri non potest. Et de Baptismo constat ex illis verbis Ioannis 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei; ergo etc. Idem dic de circumcisione in statu legis naturae et scriptae, et de remedio omnium parvulorum in statu legis naturae, et faeminarum in statu legis mosaicae, contra peccatum originale; sine tali remedio s. circumcisione, non delebatur peccatum originale infantium, ac proinde sine illo remedio, aut circumcisione, non iustificabantur parvuli.

Dico 4°: Sacramenta stricte necessaria sunt necessitate praecepti. Prob.: quia quilibet tenetur assumere medium necessarium ad salutem; sed Sacramenta absolute et omnino sunt necessaria necessitate medii ad salutem, ut proxime vidimus; ergo et necessitate praecepti.

Quae autem Sacramenta in singulari sint necessaria necessitate medii et praecepti; quae solum necessitate praecepti; et an graviter s. levi. Item: Utrum aliqua Sacramenta sint necessaria necessitate medii in re, s. in voto: et utrum omnia sint necessaria necessitate praecepti? Videbitur ex dicendis de singulis Sacramentis in particularibus eorum tractatibus.

Hec satis pro necessitate sacramentorum generatim, tam stricte, quam late sumpta. Descendamus iam ad singulos status naturae, s. in innocencia, in lege naturali, in lege Mosayca, et in lege Evangelica; videamusque an in singulis his pro statibus sacramenta extiterint, et an fuerint necessaria. Cap. 2. De existentia, ac necessitate sacramentorum in statu innocentiae, sive ante peccatum Adami.

De existentia sacramentorum in statu innocentiae nil fere certum habemus. Est tamen mihi probabilius, pro illo brevi temporis intervallo, quo de facto status innocentiae seu naturae integrae duravit, nullum de facto institutum fuisse sacramentum; nam nullum talis institutionis vestigium agnosco in sacris litteris, aut traditione. Ita S. Tho. et duodecim alii Theologi, quos refferunt et sequuntur Voracina ubi supra puncto 4. no. 7. et Leander hic disp. 2. q. 1.

Oppositum tenent Hugo et Archangelus, apud Leandrum ibi, existimantes Adae coniugium fuisse sacramentum; quod probabile esse censent Vecanus, Filliucius et Bacon. Probant: quia matrimonium Adae, et Evae, ab Apostolo dicitur sacramentum. Nego id esse, non quia vere fuerit sacramentum; sed quia fuit misterium, (quod solet vocari sacramentum) et figura incarnationis. Ita expresse Voracina ubi cum Feres et Patribus, Sanchez, Henriquez, Suarez, et Marcello.

Dico: fere certum mihi est, pro eo innocentiae statu, si perseverasset eo pacto quo fuit in Adamo, nec congrua, nec stricte necessaria fuisse sacramenta. Probo 1°: quia ~~...~~ superanea forent, cum iustitia originalis sufficienter praestaret, quod sacramenta praestitissent. Ita contra Patrem Suarez et nullos alios recentiores, docent Voracina et 20 alii auctores, quos refert et sequitur Leander ibi q. 2a.

3um: fere idem mihi videtur etiam esse, atque si quis ex posteris Adae peccasset, durante illo statu, potuisset per internam contritionem iuvari. Et si rem hanc indubitam vertat Cardinalis Hugo hic disp. 3. sect. 1a. nº 20. tamen divinae sapientiae detrahendam relinquat. Ego non video, cur Adami posteri non possent contritione iuvari; cum ipse Adamus contritionis iuvamine se in statum gratiae reduxerit.

Quaeres adhuc: an instituenda fuissent sacramenta, si ille status innocentiae diutius perseverasset, ex vi praesentis decreti, vel saltem ex vi alterius? Rñeo rem esse maxime dubiam, et unica via mihi verisimilior. Primum, durante eo statu possibilem fuisse sacramentorum institutionem. Asserit Cardinalis Hugo nº 9. et ut dixi, nullus negabit.

2um: an ex vi alterius decreti essent tunc sacramenta instituenda, nisi per divinationem sciri nequit: quare non me latere; qui rem decisam vellit Theologos consulat Arrestinos seu Divinos; legatque Hugonem tota illa sect. 1. Rubin late docet, atque scholastice versat totam praesentem materiam. In re tamen incerta aliquantulum inclino in partem negativam cum Illmo Tho. Muniesa, Coninck, Henriquez, Pitigiano, Vasquez, et Bonacina vbi supra.

Probo: quia sacramenta tunc nec necessaria nec congrua essent in remedium peccati; quia homo esset in gratia: nec ad obtinendam maiorem perfectionem, quia homo per iustitiam originalem, et dona sibi innata, sufficienter ornatus erat, et aptus ad perfectionem obtinendam: ergo nec congruum, nec necessarium esset tunc sacramenta instituere, viderentur enim supervacanea.

3um: ex vi praesentis decreti non instituerentur tunc sacramenta. Ita Hugo art. 10. cum com. Theolog. sa. Ratio est: quia de facto sacramenta omnia volita sunt a Deo propter Christi merita, et propter gratiam Christi, quae ex illis resultabat; et licet voluerit etiam illa propter salutem nostram, hanc ipsam in salutem, et sanctificationem nostram

voluit, neque merita Xpti, sed Adamo non peccante ipsum non veniret ex vi praesentis decreti, ut cum aliorum opinione supponimus; ergo durante statu naturae integrae, seu Adamo non peccante, ex vi praesentis decreti, nulla tunc fuissent sacramenta.

Obiicies, perseverante statu innocentiae fierent oblationes et alia ad divinum cultum spectantia; sed tales oblationes essent sacra; ergo etc. Resp. negando minorem, quae sine fundamento ea asseruit: et magnus est ad dicendum ea futura sacrificia pura, non mixta sacramenti ratione. Vide Bonacina ibi cum Patre Conink. cap. 3. De existentia, et necessitate sacramentorum post peccatum Adae, in statu legis naturalis.

In statu naturae lapsae, legis naturis, seu legis naturae, idest a peccato Adami ad legem Mosis, certa sunt plura, primum fuisse tunc matrimonia, circuncisionem, sacrificia, sacerdotium, specialem Melquisedec oblationem, et generale quoddam remedium pro parvulis contra peccatum originale, tam masculis, quam feminis, decedentibus ante usum ~~rationis~~ rationis. Secundum: ea matrimonia non fuisse sacramenta; quae nec a Deo instituta, nec directa in significandam tamquam causa, ut conferendam: quem ad modum dixi sect. .. disp. .. Cap. 2. Tertium fuisse institutam a Deo circumcisionem in remedium peccati originalis masculorum, ac fuisse verum sacramentum, ut in superioribus nobis supponimus: an vero contulerit gratiam ex opere operato inferius sequenti dicendum.

Quartum non esse fundamentum ad dicendum ea sacrificia, exempli causa illud Abrahae Genes. 22. et vaccae trienni, et caprae trimae etc., et illud Noe Genes. 8.

de precoribus, et voluptibus mundi, non fuisse sacramentum: quia contra fuisse ordinata directe ad significandam infallibilem gratiam, neque ad causandam aliquam sanctificationem: quae solum subierunt in ratione sacrificii. Ut loco citato docuit cum Suario, et meo Ut fuco sect. 2. nº 63. ubi ipsum confirmo.

Quamvis certum etiam est in lege naturae fuisse verum sacerdotium; nam teste scriptura Melchisedec fuit verus sacerdos. Adhuc non veriusindico, sacerdotium tunc non fuisse verum sacramentum, quia fuit ex sola ordinatione humana, non ex divina; sacerdotium enim a Deo institutum ab Aaron. Neque Melchisedec sacerdotium habuit, vel ex electione populi, vel ex hereditaria successione, non ex institutione divina; non igitur eius sacerdotium sacramentum fuit. Sic docet Hugues nº 66. cum S. to Isidoro, Anacleto Papa, et Concilio Aquisgranensi 2º.

Quamvis sacrificium Melchisedec fuisse sacramentum divinitus institutum pro aliquo solum familia, affirmat Hugues? apud Hugonem nº 65. qui videtur ipsum in sequentibus sentire. Negat vero P. Vasquez apud eundem ibi: quia licet ipsi Melchisedecho, liquet, significaret Eucharistiam futuram, non erat institutum a Deo directe ad sanctificandum homines, et ad significandum gratiam et conferendam. Sicut matrimonium in statu naturae integrae non fuit sacramentum, licet Adamo significaverit mysterium incarnationis, et communionem futuram Christi cum Ecclesia. Ego inter dubia aliquandiu inclino in opinionem Patris Vasquez; non sufficiens fundamentum in sacris litteris reperio ad asseverandum sacrificium Melchisedec fuisse sacramentum, non institutum a Republica, vel ab habente authoritatem publicam, quam admodum sacra tonsura instituta est ab Ecclesia, et a Sacramentis longe abest.

7º. Certum etiam est fuisse in isto statu

remedium aliquod generale pro parvulis, tam masculis, quam faeminis, decedentibus ante usum rationis. Et si non nulli, quos supreso nomine refert P. Vasquez senserint eos parvulos omni remedio caruisse, et ad limbum fuisse damnandos; sicut nunc carent, et damnantur ii qui moriuntur in utero; vel qui nati non habent occasionem suscipiendi Baptismum. Sed nostra doctrina omnium fere Theologorum est, ut ait Suarez no. 23. qui, et Leander q. 3. pro hac nostra opinione referunt et secuntur quindecim Ecclesiae patres, ac Theologos. Probatur ex Innocentio 3. in capite Maiores. de Baptismo. Ubi ait: absit, ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin et ipsis misericors Deus qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. Quae ut cum ulterius sit, eodem modo probat, remedium aliquod datum fuisse pro illo statu legis naturae; Deus enim omnium salutem vult. quare saltem vi gratiae, et per se loquendo aliquod remedium omnibus debuit providere.

Obicies: parvulis nunc decedentibus in utero materno, aut extra illum, sine copia Baptismi, nullum provisum est remedium salutis; sed non adducitur urgentior pro parvulis legis naturae, quam legis evangelicae; ergo etc. Reo multa hinc inde dissere a Theologis de sufficientia redemptionis Christi D. in actu 2o. tum horum parvulorum, et de remedio salutis ipsis provisso quandum est lege Dei, quae videre potius praesertim apud Fratrem Moncrosam, disfinita fere lectioni ac eruditioni virum, disp. 49. de praedest. Id nunc sufficiat, si iis sufficientes providisse Deum, qui parati erant eos in lucem tandem edere, si parentes aliquibus inspirationibus internis se gubernari permisissent. Et alii Iudici soler, Deum illis provisse auxilium sufficiens ra

radicale, ut salvarent fratri vero cum finisse donatori; id quod non mitteret per Deum, qui paratus erat illud conferre; tamen vero per parentes obstantes, et impedientes veneficium.

Ex dictis patet in statu legis naturae duo tantum sacramenta fuisse instituta. Unum circumcisionem pro solis masculis. Aliud illud generale parvulorum remedium etiam contra originale peccatum, tam masculorum, quam feminarum, de quo capite sequenti verbum reddidit sermo. Et quidem circumcisio instituta fuit a Deo, et tradita Abrahamo quadringentis annis ante legem Mosaycam. Et licet solum obligaret omnes ab Abrahamo descendentes, ut colligitur ex Genes. 17. et Ioannis 7. adhuc illi qui non descendebant ab Abrahamo, sive infantes sive adulti, poterant circumcidi, et fructu circumcisionis potiri, videlicet absolutione peccati originalis, ut docent et ex Genesi etiam colligunt, Henriquez, Nuñez, quos refert et imitatur Bonacina quaestio 3. puncto 1. n.° 2.

Triplici modo differentia proficiebat circumcisio parvulis, et adultis, 1a, quia ut deleret peccatum originale in parvulis, non requirebatur in his attritio, nec contritio, cum parvuli essent incapaces eas habendi. At in adultis requirebatur contritio, teste Suario, Coninck, et Nuño, ut sic circumcisio causaret gratiam: 2. saltem attritio, teste sancto Thoma, et Pater Henriquez, quos refert et sequitur Bonacina ibi n.° 6. —— 2a differentia: circumcisio in adultis non solum delebat peccatum originale, sed omnia actualia. quia nullum grave peccatum potuit sine alio auferri, ut suppono ex materia de poenitentia: at in parvulis nullum peccatum actuale delebat; ii namque omnino carebant peccati

adhuc alibi — Dª distra: Circumcisio n. erat naria par-
vulis necessitate precepti, quia Infantes ante usum ron.
n. sunt Capaces precepti, ut mjoro ex nªa de legi-
bus. At Adultis In lege nª erat naria necessi-
tate precepti contenti in illis verbis Genes. 17:14.
Masculus, cuius prepuii Caro circumcisa n. fuerit etc.
descendentibus scilicet Abrahamo: et eadem precepti
necessitate in lege scripta naria erat omnibus mas-
culis adultis. Levitici 12.

Hae Circumcisio nec in lege naturæ, nec
in lege scripta fuit naria Adultis, aut Parvulis,
necessitate medii; Probo de Parvulis, et a fortiori
de Adultis: qa illud ē narium necessitate me-
dii ad salutem, quo preter misso salus n. obtinetur;
sed Parvuli morientes ante octavum diem, omissa
Circumcisione (hæc n. fiebat die octavo, qui dies pre-
veniri nequibat postponi poterat, ut cum decem theo-
logis docet Bonacina ibi, et legitur hic disp. 9.
sect. 4. nº 20.) poterant salvari cum solo remedio ge-
nerali legis naturæ, sicut etiam poterant salvari fami-
næ, et masculi aliarum nacionum; ergo circumcisio
n. erat absolute naria necessitate medii, sed solum
ex supposito qd illud aliud remedium n. fuisset adhi-
bitum: et hoc pacto videntur intelligenda illa ver-
ba, Masculus cuius prepuii caro etc.

Maneat igitur in lege naturæ fuisse duo
scilicet Circumcisionem, et remedium illud generale: illamque
Adultis solum descendentibus ab Abrahamo fuisse
nariam necessitate precepti, Parvulis vero, sive ab Abra-
hamo descendentibus, sive n. nariam n. fuisse necessita-
te precepti, nec medii: n. precepti, qa Parvuli in-
capaces sunt precepti: n. medii, qa poterant salva-
ri illo remedio generali instituto a Deo ad homi-
num justificationem in eo statu — Deinde hoc remedium

generale non erat necessarium absolute necessitate praecepti, nec necessitate medii Adultis, quia hi poterant per circumcisionem salvari: et nec necessarium erat necessitate praecepti parvuli, sive masculis, sive foemellis, quia illi sunt incapaces praecepti: erat tamen absolute necessarium necessitate medii pro foemellarum, quia alia ratione non poterat iustificari; non vero pro masculorum, quia poterant circumcisione salvari; ex supposito vero quod masculi non circumciderent, hoc generale remedium illis erat necessarium necessitate medii. Cap. 4. Quale fuerit in lege naturae remedium illud generale parvulorum contra peccatum originis, amplius declarat.

Rogabis adhuc 1o circa hoc remedium: an pro praedictorum parvulorum ope sufficeret sola fides interna parentum, an exigeret aliqua actio externa? Prima sententia tenet solam fidem internam fuisse satis, absque ullo actu externo, saltem non necessitate praecepti, sed solum ex quadam congruentia requiri. Ita docent theologi quos refert Scaulen q. 6. a. refert vero et sequitur P. Vazquez tomo 2. in 3am partem disp. 169. cap. 2. — 2a tamen et verior sententia docet illud remedium non fuisse positum in solo interiori actu, sed debuisse applicari per aliquem actum externum, qui esset velut exterior professio interioris fidei. Ita vigiliti auctores, quos referunt et sequuntur P. Suarez hic disp. 4. sect. 2. et Scaulen illa q. 6.

Rationes plures congerit Suarez pro hac opinione. 1a: Quia per hoc remedium parvuli consecrabantur Deo; sed hoc fide exterius manifestata aptissime poter-

nam. q.° etta. 2a quia ad salutem requirit et fides
et professio fidei. 3a, qa in statu legis naturae erat
Ecclesia visibilis. ergo homines debebant aggregari illi per sig-
num aliquod visibile, ut posset conducere. 4a. qa con-
iungebantur Xpo ut Capiti, sed Xpus similiter erat cap.
visibile Ecclesiae, ergo etta. 5a. qa peccatum origina-
le coicatur per actionem sensibilem, ergo et remedium
ita debebat coicari. 6a. qa hic e modus proportio-
natus, quo homo coicat suam fidem alteri per actionem
humanam et externam. 7a. qa si sufficeret fides in-
terna, non appareret cur non posset illud remedium appli-
cari parvulis et adultis. 8a. qa si tale remedium
esset oio internum non esset sacramentum. nam non esset quid
sensibile: sequella vero e contra comm. sent.

Scio Durandum, et Paludanum apud Leandrum
q. 7. docere illud remedium fuisse quidem signum
sensibile, et adhuc negare fuisse Sacramentum, qa non erat
signum determinate institutum a Deo, sed solum in genere
quodcunque illud esset. similiter qui negant deletum fuisse
originale parvulorum peccatum, actione sensibili; nega-
re debent, illud remedium generatim, seu actionem ex-
ternam fuisse Sacramentum. Sed tamen hi auctores reiiciuntur
ab Alexandro, Scoto, Paludano, Maior, Suarez,
Granado, Lugo, Veracruz, Soto, Becano, Arau-
galo, et aliis quos citat et sequitur Leander q. 8.
Ratio e: qa ad rationem Sacramenti parum refert quod institutio sit
circa aliquod signum determinatum, vel circa divisivum ex
multis. sic sicut praecedente disp. 7. vidimus Sacramentum
ordinis non habere ex institutione Xpi oio determinatam unam
singularem materiam, sed hanc, vel illam, dummodo sit apta
ad significandam traditionem potestatis etta. Et quidem
satis verisimile e, non fuisse in illo statu naturae de-
terminatum a Deo aliquod signum exterius, sed hoc fuis-
se relictum arbitrio singulorum: ut ex Suario, Lugo,
Durando, et aliis docet Leander q. 7. contra Scotum,

Cti Sairum, de quo postea.

Rogabis 2. an haec fides, s. haec actio externa deberet exhiberi a solis Parentibus Infantis, an posset valide a quocumque alio applicari? R. 1. videtur id debuisse praestari a Parentibus, seu iis, quibus Infantium cura incumberet. Infantes n. qui propriam voluntatem n. habebant regi debent in his, quae ad animam spectant voluntate Parentis. Alexander docet, hoc 1o debuisse praestari per Parentes, Propinquos, Curatores Infantis, per alios 2o in eorum defectum et urgente necessitate. Pater Vasquez admittit indiscriminatim illud remedium quo in tempore, et a quovis, potuisse infantibus adhiberi. Cardinalis de Lugo disp. 3. sect. 2. no 36. melius cum distinxerit, existimat n. illam actionem validam fuisse a quocumque fieret, sicut modo Baptismus, videt quem, et illud remedium, quoad hoc, nullum videt discrimen: addit tn. n. potuisse licite a quovis praestari: sicut n. Baptismus, inquit, nunc conferri n. potest parvulis infidelium filiis Parentibus invitis, sic nec remedium illud potuisset infantibus infidelium exhiberi extra casum necessitatis, nisi consentientibus Parentibus.

Obiicies: remedium illud nil aliud erat, quam offerre infantem Deo; sed n. apparet ro. cur hic actus, cum ex natura sua sit bonus, ac religiosus, nequeat, n. solum valide, sed etiam licite, a quolibet exerceri; go. etc. Rndeo negando minorem: nam licet ille actus ex se valeret licite fieri a quovis, dum n. esset ellevatus ad rem ssti., post ellevationem tn. nequit licite a quovis usurpari. Sicut Matrimonium, antequam esset sstum, poterat a peccatore licite et laudabiliter celebrari contractu legitimo iure naturali, postquam vo. e. sstum, n. potest tam licite celebrari, nisi ab existente in gratia.

Rndeo 2o. Negando minorem: si exerceat.

animo conficiendo SS.mum, nego minorem; si solum exerceatur ut actio quaedam pia, et impetratoria, concedo minorem; sicut enim ungendi infirmos oleo sancto sacramentaliter nequit fieri nisi a Parocho, et in debitis circumstantiis, periculi mortis etc. Potest autem eadem actio, et oratio adhiberi, non animo conficiendi SS.mum, sed devotionis causa (sicut solent aegroti ungi oleo lampadis alicuius sancti) et tunc non esset sacramentum, et posset a quovis sacerdote exerceri, etiam sine licentia Parochi. Unde alicubi visitatum esse aegrotos ungere oleo sancto sacramentali seu non sacramentali, scribit ex Arcudio Lugo n.º 47.

Rogabis 3.º An fides illa, cuius protestatio fiebat pro infantes debuerit informari charitate in Ministro, seu esse illius? Circa hac parte triplex sententia circumfertur, quarum ultimam subscribo; et si nulla firmo unde quaque fundamento innitatur. 1.a est Patrum Vazquez, Lugo, Villalobos, Arcangeli, quos citat et sequitur Franciscus q. e. f. docendum, satis fuisse in Ministro huius SS.ti fidem habitualem, et informem, seu hominis peccatoris, nec fuisse necessariam actualem, et charitate informatam. 2.a est Palavicini §. ?, et Suari, apud Scandrum ibi, existimantium non fuisse necessariam in Ministro ullam fidem, sive actualem, sive habitualem, sive informatam charitate, sive informem, sed satis fuisse in Ministro intentionem faciendi id quod a Deo fuerat institutum, et quod faciebat Ecclesia.

3.a sententia, seu 1.a dicendis tradita, est Cardinalis de Lugo disp. 5o. ?? asserentis. Iam non fuisse satis illam generalem intentionem faciendi quod faciebat vera Ecclesia nisi adesset vera fides actualis. Probatur 1.o ex Patribus Aug. Bernardo, Greg. Hugone, S. Thoma, et ceteris Theologorum. Loquendo enim de parvulorum remedio semper recurrunt ad fidem

idem adultorum de Xpto venturo -l. ad fidem cum alio actu externo illam profitente: Prob 2o. qa tunc n iustificabant Pueri ex opere operato, sed -ff- ex opere operantis Ministri, et merentis de Congruo, Ut aliqui volunt -l. Ut alij, et melius, ex fide actuali in Xptum. sed ad hoc n sufficiebat sola fides habitualis Ecclesiae; go etta.

Dicit 2o. n.o 90. illam Ministri fidem n vario debuisse esse meritoriam de Condigno, aut de congruo, ac proinde, nec informatam Charitate. Probat: qa sicut ori possemus rationabiliter dubitare de valore nostri Baptismi, si ad ipsum essentialiter exigeret in Baptizante voluntas meritoria, et unde quaq honesta; sic in illo statu proceder eandem rōem merito dubitare posset de iustificatione infantium, et debuisset iterari sepius illud Sacramentum:

Quo igit ex dictis hoc ac superiori Capite firma maneant. Cum in statu Legis naturalis, ultra circuncisionem, fuisse remedium pro Parvulis tam Masculis quam foemelis pro his vocitamarium, qd iustificabat ad modum operis operati, consistebatq in externa professione fidei facta a Parentibus licite et aquovis valide, sive Iusti essent, sive Peccatores, qua profitebant Xum esse salvandos per futur adventum. Propterea Parvuli dicebant iustificari in fide Parentum; Cum n. infantes, ut porrò usu rationis carentes, n possent sibi remedium aplicare, opus erat ut hoc illis aplicaret ab alijs per externam fidei professionem.

Et cum Deuteronomij 30. dicat prope e Dominus cibus, signum e Dominum etiam fuisse prope parvulos. fuit autem prope Parvulis per remedium quo parentes -l. alij profitebantur fidem: ad quam professionem n requirebat ulla determinata Cerimonia

sed sufficiebat quodvis signum externum sufficiens ad significandam internam protestationem; quale esset quodvis protestativum et manifestativum gratiae, per quam homines sanctificarentur a Deo, in fide Mediatoris Venturi: utpote offerre externe Parvulum Deo, orare externe pro illo, sacerdoti eum benedicendum in nomine Domini tradere etc. Ita Leander q. 7. cum Suarez, Durando, Hugo, et Ludovico a San Jo., qui addit, praesumi sacerdotem hisce verbis deprecatoria enunciasse: Futurus Mediator salvet te.

Jam firmum maneat, in lege naturae unicum tandem fuisse Sacramentum, scilicet Circumcisionem, et hoc generale Parvulorum remedium contra peccatum originale. Sic Suarez, Vasquez, Durandus, Sotus, Ledesma, Hugo, Ochagavia, quos refert Leander q. 11. Contra ipsum Leandrum, et alios ibi asserentes, in statu naturae ultra Circumcisionem virtuale parvulorum remedium, fuisse alia Sacramenta, videlicet aliqua sacrificia, per quae remittebantur peccata actualia adultorum in virtute Christi venturi. Sed certissime, hoc sine sufficienti fundamento dici, solaque contritione ea actualia adultorum peccata fuisse in illo statu remissa. Cap. 3. de Existentia, et necessitate Sacramentorum post peccatum Adami, et ante adventum Christi, in lege scripta.

Conclusio 1a: Tempore legis Mosaicae fuerunt plura, et vera Sacramenta. Conclusio est contra Sotum, Chaiarotam, et Magistrum, qui docent Sacramenta veteris legis non fuisse proprie Sacramenta. Sed nostra conclusio patet ex saepius repetitis Tridentino, et Florentino sub Eugenio 4. in illo decreto Unionis Armenorum, quo absolute et sine restrictione Sacramenta veteris vocantur Sacramenta,

q° qa vere et proprie sacram.ta fuere; Et sic docent Bel-
larmi. Valentia, Suarez, Lairus, Coninh, Munius,
quos refert et sequitur Bonacina ubi supra puncto 4.
n° 11. et 22. Ea vero legis antiquae sacram.ta reduda-
ci possunt ad 4or Classes. Et si Bacon Tract. 2. disp.
1a sect. 2. q.a 1. ultra Circumcisionem nullum aliud
ssmum in lege Mosaica agnoscat. Plura tn agnoscunt
suarez, Vazquez, Granado, Hugus, filiuchus, Lairus,
Valentia, Munez, Bonacina, quos affert, et imitatur
Leander. q.e 12.

sub 1a igit Clase Continetur Circumcisio, quae lit
n. incaperit a Moise, sed ab Abrahamo, dr in
pertinere ad legem scriptam, q.a in ipsa fuit Verum sta-
bilita levitici 12: et erat Janua ad ingrediendum
dum in Cetera ssma, et Cerimonias legis illius. ea
quidem Correspondit nostro Baptismo, qui etiam Janua
ad reliqua nostra sacram.ta participanda. Huius circum-
sitionis ssmi n. erat determinatus minister; ideo et viri et
faemine circumcidebant filios, ut patet exemplo Sephorae
exodi 4. Circumcidendo filium suum, ne ab Angelo in-
terficeret.

Imo ipse suscipiens hoc ssmum poterat se ipsum circum-
cidere. Utrunq. docet Bonacina ibi q. unico n° 3°
cum P. Suarez, P. Vazquez, P. Figiano, et Abulen-
si. Deinde institutum fuit ad delendum peccatum ori-
ginale masculorum, in quibus, si erant infantes, nec
Contritio, nec atritio, requirebantur. in Adultis requi-
rebatur Contritio, -f. saltem attritio, iuxta diversorum
opiniones, quas Capite superiori retuli. Pro feminis
vero ac Parvulis morientibus ante octavum diem, ante
quem n. poterant circumcidi, perseveravit remedium nae,
de quo egimus in duobus Cap. antibus.

2a ssmorum Clasis e eorum, quorum usu, et parti-
cipatione suscipientes coniungebantur Deo, et confirmia

bant magis in legali Sacrificia, quale erat vius Agni Pascalis, qui significabat nostram Eucharistiam. 3a erat eorum, per quod Consecrabant Sacerdotes, et Pontifices, quod figurabant nostrum Ordinis Sacramentum. 4a Continebat lustrationes, et expiationes legales, quibus homines a sordibus legalibus mundabant; quod figurabant nostrum Sacramentum Poenitentiae. Recolle dicta clisp. L. Cap. 9.

Matrimonium vero (ait P. Vecanus hic cap. 2. n.o 4) non fuit tunc Sacramentum; quia nondum facta fuerat Coniunctio Verbi, cum Humanitate. Porro extrema Unctio, et Confirmatio, non habuerunt tunc proprias figuras, teste S. Thoma: quia in Confirmatione datur plenitudo Spiritus sancti; per Unctionem vero praeparatur homo ad introitum gloriae. At lex Mosaica erat egena, et vacua, nec poterat homines introducere ad gloriam, quia ianua Caeli nondum erat aperta. hoc Lucim ex P. Vecano.

Hactenus de existentia Sacramentorum in lege scripta. de necessitate dico duo. Primum ea fuisse necessaria, id est, convenientia: nam a Deo instituta sunt; sed Deus nil instituit quod conveniens non sit; ergo etc. Deum ex suppositione institutionis divinae necessaria omnino fuerunt. An vero necessitate medii, vel necessitate praecepti, fuerint necessaria? quaestio est, quae spectat ad singulares tractatus Sacramentorum videlicet Circumcisionis, sacerdotii legalis, agni Pascalis etc. ubi commodius tractatur. Nunc solum de Circumcisione dico, eam nec necessitate medii nec necessitate praecepti, fuisse necessariam feminis; nec Parvulis ante octavum diem: quia tunc non capaces erant praecepti, et tunc super illo alio remedio generali poterant salvari.

Immo addo post diem octavum necessariam non fuisse necessitate praecepti; quia Puer adhuc incapax est legis, ac praecepti; nec necessitate medii, cum adhuc remedio legis naturalis posset iuvari. quod remedium perseveravit,

diam, et viguit tempore legis Mosaicae; sed quia Populi Judaici proprium non erat, sub sacramentorum veteris legis compellatione non ista continentur ac circumcisio, sacerdotium, agnus Paschalis, et lustrationes. Addubito vero assero variam fuisse Circumcisionem saltem necessitate praecepti ut loquitur Vasquez ibi no 3. Item addo Masculis post octavum diem variam fuisse necessitate medii, non absolute, sed ex suppositione quod aliud remedium non adhiberetur. Cap. 6. de existentia et necessitate sacramentorum post peccatum Adae, et adventum Christi in statu gratiae, ac legis Evangelicae.

Dico 1o: In statu gratiae existunt septem sacramenta, scilicet Baptismus, Confirmatio, Poenitentia, Eucharistia, Ordo, Extrema unctio, et Matrimonium; variaque fuerunt sine necessitate pro convenientia. Conclusio est de fide et contra Haereticos, qui vel omnia, vel aliqua sacramenta novae legis negarunt. Praecipua congruentia vero, quod homini connaturale sit per signa sensibilia venire in cognitionem rerum spiritualium et Divinarum: de quo videri possunt Dionisius, Origenes, Cirillus, Chrysostomus, Aug. quos refert Sugius [?] sectione 3. no 72. Eadem ratione utitur Trid. Synodus sessione 22. Cap. 5. ad ostendendam necessitatem Caerimoniarum, quae in sacrificio missae sensibiles adhibentur: Cum natura, ait, hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus, ad rerum divinarum meditationem sustolli, propterea Pia Mater Ecclesia etc. Vide nobem [?] alias nostrae doctrinae congruentias apud Sugium [?] ibidem.

Dico 2o: Nostrorum sacramentorum excelentiam supra sacramenta legis antiquae, certa de fide est ex conciliis Trident. et Florent. saepe citatis, maxime disputatione 2. cap. 2.

Cam sane paucis indicavit S. Aug. lib. 19. contra Faustum Cap. 13 dicens Sacramenta nostra esse virtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora. Et quidem potissimum excelentiae Cap. de sunt et ex virtute maiori, et praestantiori, quam habent ad causandam gratiam in suscipiente: quam virtutem Sacramenta vetera (excepta ad summum circumcisione) non habebant.

Dico 2.: Si loquamur de necessitate stricta nostrorum Sacramentorum an sint necessaria necessitate medii, et talem praecepti. Ista difficultas hic, non hic, sed in singulis singulorum Sacramentorum tractatibus, commodius resolvit. In praesenti non sufficiat generaliter audire Romanum Catechismum pagina 168. sic docentem. Sacramentorum, inquit, unum est omnino necessarium tum omnium tum parvulorum, quam adultorum, scilicet Baptismus. Ita nos docuit Christus Joannis 3. Nisi quis renatus fuerit etc. Qua susceptio Sacramenti intelligenda est, sive re, sive in voto. Confessio est necessaria post susceptum iam conscientiam. Eucharistia solum necessaria est adultis obtenta opportunitate. Etenim 2.o de ea habemus praeceptum Divinum a Christo D. promulgatum, Joan. 6. Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. quod praeceptum obligaret saltem semel in anno declaravit ecclesia.

Poenitentia necessaria est ei qui mici dit in culpam mortalem, data copia confessarii; licet peccator habeat veram contritionem, et ex inde certus sit per revellationem se esse in gratia; nam contritio includit votum confitendi. Confirmatio, et extrema unctio sunt necessaria ad maiorem perfectionem: nam in confirmatione roboratur fides suscepta in Baptismo. In extrema unctione tolluntur reliquiae peccatorum. Ordo et Matrimonium, sunt necessaria pro communitate totius ecclesiae. Ordo nimirum ad idoneos Sacramentorum ministros consecrandos. Matrimonium, ad eorden

Ministros sancte procreandos. Hactenus ex Cathequismo Romano. Sectio 2. de praecipuo Sacramentorum effectu, nempe gratia: ad q.am 62. doctoris Angelici.

Sacramentorum effectus est duplex; gratia, et character: ille primarius, iste secundarius habetur: de isto in sect.e sequenti; de illo in praesenti loquimur: ubi non solum ea dabimus, quae S. Tho. hac q.e 62. versat; sed alia multa quae hoc loco nobiles Theologi tractant, dimittemus. An primo et quam gratiam conferant Sacramenta notare sequi. Cap. 1. quid sit gratiam conferri ex opere operato, et ex opere operantis.

Ad ea, quae tota hac sectione trademus, praemittendum, et explicandum omnino est quid sit gratiam conferri ex opere operato, quid ex opere operantis? Communis Theologorum sensus tunc gratiam conferri ex opere operato, quando opus ad quod illa immediate sub

subsequitur, s. meritorium non est fructus vtus sui, s. non attenditur sola vis meritoria operum, sed gratiae collatae mensura excedit eam gratiae intensionem, quae conferenda erat ob eius operis vim meritoriam, tam de condigno, quam de congruo. Ergo non gratia confert iuxta vim meritoriam condignam, seu congruam operis, ad quod illa immediate consequitur, tunc conferri dicitur ex opere operantis. Ita s. Thom. Suarus, Toletus, Reginaldus, Coninch, Nunus, quos reffert et sequitur Voriacina hic disp. 2. q. 7. pune. 2. vic. 2. ad hanc loutionem hoc proculdubio sensu usurpat et probat Tridentina sinodus sesione. 7. canone 8. contra eius temporis Hereticos, eam de barbarie accusantes, ac irridentes; quos insequitur eorum impudentiam compescens P. Vasquez in 3am partem disp. 132. cap. 2. Haec explicatio proportione deservit pro satisfactione. Nam etiam per opera bona homo iustus dicitur satisfacere ex opere operantis pro pena temporali debita, non ex opere operato.

Sum infero, pro maiori superioris doctrinae elucidatione, sacramentum Baptismi conferre gratiam ex opere operato, quando suscipiens illud adultus inani aliqua gloria suscipit, et similiter confert minister. Ratio: quae tunc gratia immediate subsequitur ad opera non meritoria, subsequitur enim ad susceptionem Baptismi, et ad ministrationem Baptizandi; quarum ambae sunt peccata venialia, ac proinde opera non meritoria.

Sum infero in sacramento Penitentiae conferri gratiam ex opere operato; nam licet in eo sacramento necessario interveniat aliquod opus meritorium de congruo, s. dolor de peccatis commissis, qui est pars sacramenti et cuius intuitu, ac merito congruo confertur gratia sacramentalis: tamen non dat tota haec gratia, et mensura intensionis eius, praeter solum illud meritum congruum, sed etiam

propter alias partes istius, quae contingere possent esse meritoriae, ut si Minister absolvat in peccato lethali; quod sufficit, ut dicatur gratia dari ex opere operato, hoc est, correspondere soli operi, non merito operantis.

3um Infero Martirium conferre gratiam ex opere operato, supposita communi sententia docente posse martirium causare primam gratiam in hoc adulto non contrito, immo nec attrito. Probatur: quia licet ad Martirium praecedere debeat aliqua dispositio meritoria saltem de congruo, ut bona, illa tamen gratia, quae confertur, non datur attenta sola vi meritoria illius dispositionis, sed etiam ratione operis ipsius, et mortis re ipsa illatae; adeo ut, stante illo merito interno, si hic homo re ipsa non occideretur, non consequeretur eam gratiam: si autem occidatur etiam dum dormit .v.g. dum nihil tunc cogitat de morte, etiam invitus, firmus tamen in infideli confessione, consequitur gratiam martirii: unde merito dicitur gratia conferri ex opere operato, non ex opere operantis.

Nec ideo Martirium est verum Sacramentum; ad hoc enim non sufficit causare gratiam ex opere operato; sed ulterius requiritur, quod sit a Deo ordinatum ad hominem exterius, et interius sanctificandum, et quasi initiandum, seu consecrandum susceptum, atque adeo sit signum institutum ad hoc ipsum significandum; quod Martirio deest; nec enim illius Minister seu qui illud applicat, habet intentionem significandi eam sanctificationem; immo etiam si haberet contrariam, adhuc Martirium conferret gratiam; quod tamen in Sacramentis nequit accidere.

4um Infero quoad satisfactionem pro poena temporali peccato debita, hominem eadem ratione posse dici satisfacere ex opere operato: quod quadrupliciter explico declaro, 1o: per indulgentias quas satisfacit ex opere operato, etiam si opus iniunctum a Pontifice fiat sine ullo merito, et peccaminose, v.g. propter finem vanae gloriae: quia .v. non attendit ad opus, licet bonum et de se meritorium, ac satisfactorium, sed ad valorem,

quem aliunde habet: 2um: similiter dum per sacrificium Missae satisfieri ex opere operato pro poena debita peccato, licet fiat Missa a malo Sacerdote, et applicet hoc existenti in peccato, et iubeat dici ex inani gloria; Ergo, quia ibi similiter non attendit nec exigit meritum operandis, sed aliunde attendit valor, et ad illum mensuram remititur poena.

3um: audiens sacrum peccans venialiter, adhuc fructum satisfactionis respondentem sacrificio Missae ex opere operato consequitur si sit in statu gratiae. — 4o: adimplens poeniam iniunctam a Confessario lucrat fructum ex opere operato, etiam si opus ipsum vitiet ex aliqua circumstantia veniali, ob rem generalem; quia scilicet id quod dat ex opere operato, dat independenter a bonitate ipsius operis, quod hic et nunc exercet, independenter, inquam, et quia daret licet opus esset peccaminosum veniale, et quia dat supra meritum et ultra mensuram ipsius operis.

Rogabis: An quando aliquis opera sua applicat alteri, verbigratia Petrus suum ieiunium Paulo, hic ex opere operato consequatur fructum, seu satisfactionem respondentem illi ieiunio? Resp. negative: quia ad loquendum in hac materia debemus attendere ad ultimum opus, quo adquirit ille fructus. Tale autem opus potest dupliciter se habere. 1o: taliter ut fructus detur etiam si opus non sit bonum, quod accidit in lucratione indulgentiarum, atque alibi saepe; et nunc dicitur fructus dari ex opere operato. 2o quando ut gratia detur, seu fructus satisfactionis, requiritur quod opus sit bonum. Et quidem bonitas operis dupliciter potest requiri: 1o ut mera conditio; et sic accidit quando Pontifex ad lucrationem indulgentiarum petit aliquod opus bonum meritorium et satisfactorium; non quia velit Pontifex quod tale opus concurrat merendo, et impetrando ullo modo talem fructum, sed quia non vult dare illum fructum, nisi posito tali actu

qui de se sit bonum et satisfactorium, sit de facto non satisfaceret pro illa poena, quam per indulgentiam tollit. Et quando opus bonum concurrit hoc modo, scilicet ut mera conditio, dicitur gratia et fructus satisfactioni consequi ex opere operato.

2° modo bonitas ultimi operis potest requiri, scilicet non ut mera conditio, sed ut meritoria et satisfactoria; ita ut fructus detur intuitu talis bonitatis et meriti, ac proinde ut premium ipsius ultimi boni operis: et sic dicitur dari ex opere operantis, sive ratione et merito ipsius operantis. Et hac ratione accidit in presenti, ergo quando Petrus ieiunat pro me, et applicat mihi satisfactionem sui ieiunii; tamen huius fructum ego non consequar, si Petrus peccaminose ieiunet; quam intuitu ieiunii peccaminosi, etiam solum venialiter sive pro illo, nullum potest premium conferri; premium enim non est ubi nullum adest meritum; sed in peccato veniali nullum est meritum; ergo nec premium illius. Maneat igitur opera aliena alteri aplicata, quoad satisfactionem, ut vere applicari possunt, prodesse quidem, non ex opera operato, sed ex opere operantis.

Quartam infero: per bonum opus augeri gratiam ex opere operantis; quia illud augmentum datur propter intuitum operis meritorii quod ponit, seu propter iustitiam meritoriam condignam, scilicet saltem congruam illius operis, ad quod illa gratia, seu eius augmentum, immediate subsequitur.

6: quando peccator per contritionem perfectam convertit et iustificatur extra sacramentum, dicitur accipere gratiam ex opere operantis; quod fit per contritionem non mereatur de condigno gratiam, meretur tamen illam de congruo;

ut propter hoc meritum dat.; qd sufficit, ut dicatur acquiri ex opere operantis. sicut etiam homo dignus per bonis operibus dr. acquirere gram ex opere operantis; licet re vera premiet ultra condignum, ut Theologi Coiter docent, ut conseqr aliquid illius grae dr propter illud opus, nunquam praeter meritum solum de congruo. Cap. 2. An SSta novae legis conferant gram; et an singula diversam?

Dico: oia SSta novae legis conferant gram ex opere operato, ea suscipientibus sine obice. Porro obicem ponit, qui suscipit SSta sine debita dispositione, aut cum peccato mortali, actualr tunc commisso, ut clarius constabit ex alibi dicendis. Infundunt inquam, gram ex opere operato, id est. vel ex vi solius SSti, seu pure ex meritis Xpti Domini; vel licet infundant aliquam partem grae correspondentem alicui merito condigno, vel congruo suscipientis; etiam tn partem grae infundunt ultra oe debitum condignum et congruum suscipientis. Praecipue vero gra, quae dr sacramentalis semper confertur ex opere operato a sacramentis: de qua postea.

Conclusio de fide e contra Haereticos Messalianos, Melanchthonem, Lutherum, Bucerum, Zwinglium, Calvinum, et alios, qui eo amentiae prolapsi sunt, ut dicerent, SSta novae legis esse causas gratiae, solum excitando, et confirmando fidem; vel applicando obiectum, qd illam excitet, et confirmet; nec vero alio superiori modo, scilicet ex virtute operis operati. Constat tn nostra Conclusio ex innumeris locis sacrae scripturae, Conciliorum, ac Patrum, quae

abunde afert Cardinalis Lugus hic supplet, cui sufficiat Tridentinum audire sessione 7. canone 8o. Si quis dixerit, ipsa novae legis sacramenta ex opere operato non conferre gratiam, sed solam fidem divinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

Prob. 1o. Conclusio ex innumeris absurdis quae ex prabo Haereticorum dogmate deducuntur: septem refert ibi Lugus a no. 44. quorum ultimum et in ultimo loco stimandum est, eundem fidelium usum, et eandem efficaciam sacramentorum et evangelii; nam hoc etiam excitat audientes ad fidem.

Prob. 2o: quia ut constat ex multis sacrae paginae testimoniis per sacramenta aufertur peccatum et salus animae obtinetur; sed peccatum non aufertur, et salus non obtinetur sine gratia; ergo sacramenta conferunt gratiam ad auferendum peccatum, et salutem animae conferendam.

Prob. 3. Ex congruentiis: quia hoc fuit possibile, et decuit ad demonstrandam virtutem et efficaciam meritorum Christi, ad ostendendam potentiam Dei, eiusque liberalitatem in nos, ac demum ad utilitatem nostram; sic igitur gratiam conferri ex opere operato, sive ex sola vi sacramenti, et ex solis meritis Christi, et supra nostrum meritum condignum et congruum, possibile fuit et decuit. Quare negabitur?

Obiiciunt Haeretici plura divini eloquii testimonia, quae videntur innuere solam fidem esse causam gratiae, maxime illud Pauli ad Rom. 1. Iustus ex fide vivit; ergo efficacia gratiae tribuenda est fidei, non sacramentis. Resp. dupliciter posse aliquid esse causam gratiae. 1o fundamentaliter, et remote: 2o formaliter et proxime: fidemque solum priori modo iustificare, scilicet remote, quatenus scilicet disponit ad iustificationem; alioqui si fides proxime et formaliter iustificaret, sequeretur Adultum baptizandum esse iustificatum ante Baptismum; cum fides tamquam fundamentum, et dispositio praecedat susceptionem Baptismi. Mitto noster alias Haeretici

obiectiones, quas et solvit Hugo ibidem an° 14.
quarum prima est, scripturam non causare gratiam quia fieri non
potest, inquit Zuinglius, ut aqua, et aliae res crassae
ad mentem perveniant ut eam emundent. Bone Deus,
quanta ingrassio Zuinglio arguties!

Dico 2°: gratia sacramentalis, quae confertur in
omnibus sacramentis, non est diversa essentialiter, sed eiusdem speciei cum
gratia habituali, quam ab iisdem infundit. Ita S. Thomas
Nunius, et Patres Suarez, Coninck, Valentia, Hen-
riquez, Reginaldus, quos refert et sequitur Bonaci-
na hic disp. 1. q. 4. puncto 9. n° 2. Prob.: quia
qualitas solum intendit per qualitatem eiusdem speciei:
sic calor solum intendit per calorem, non vero per albedi-
nem, aut aliam qualitatem in specie diversa; sed gratia
habitualis in uno sacramento, utpote Baptismo collata, intendit
et augetur per gratiam sacramentalem, seu per susceptionem
gratiae in altero sacramento, utpote Confirmatione, ut patet ex
Florentino dicente gratiam nobis augeri in sacramento Confirma-
tionis, et similiter dicitur de gratia accepta in Poenitentia, scilicet au-
geri per Eucharistiam; ergo gratia, quae confertur in sacramentis,
non est diversa essentialiter sed eiusdem speciei. Cum hoc stat
gratiam quae confertur in singulis sacramentis esse diversam acci-
dentaliter ut docti Doctores, et alii communiter fatentur: et
ut sciatur in quo consistat haec diversitas accidentalis,

Dico 3°. Diversitas accidentalis gratiae sacramentorum
consistit in diversis auxiliis, scilicet in speciali titulo, ac
iure ad auxilia divina, quae comitentur gratiam habi-
tualem, ut obtineat finem ad quem sacramentum est ordinatum:
sicut enim in quolibet sacramento intendit finem particularem;
ita per quodlibet sacramentum conferuntur auxilia
specialia ad consequendum ipsum finem, scilicet confertur
gratia habitualis cum speciali titulo ac iure ad ea
auxilia. Ita S. Tho. Caiet., Soto, Valentia, Suarez
Vazquez, Hurtado, Coninck, Granado, Vecanus,
Cardinalis Lugo, Villalobos, Sairus, Henriquez,

Reginaldum, quos referunt et sequuntur Bonacina disp. 1. q. 4. puncto 9. n. 20. et Leander disp. 3a q. 7. Quibus addo Sanctum Bernardum serm. de Cena Domini ante medium. Itaque in Bap-
Itaque in Baptismo, qui est ianua sacramentorum, et principium vitae christianae conferuntur specialia auxilia, seu ius ad illa, ad digne suscipienda reliqua Sacramenta, ad servanda Christi praecepta, ad christiane vivendum ad Christi fidem confitendam. Etiam in confirmatione confertur gratia cum speciali auxilio, seu iure ad illud, ad constanter et firmiter confitendam et tuendam fidem etiam coram eius impugnatoribus. In sacramento Poenitentiae tribuitur gratia cum speciali auxilio ad perfectius detestanda peccata, et ad satisfaciendum pro delictis patratis. In Eucharistia datur gratia cum speciali auxilio ad procabendas et superandas tentationes, et ad crebros virtutum actus elliciendos. In Extraunctione communicatur gratia cum speciali auxilio ad facilius resistendum tentationibus in ultimae vitae periodo. In Ordine impenditur gratia cum speciali auxilio ad recte obeunda sacri ordinis munera. In Matrimonio recipit gratia cum speciali auxilio ad fovendum mutuum amorem, et ad servandam fidem.

Prior resolutio a nobis: quia hoc pacto intelligitur sufficienter differentia gratiae sacramentalis a gratia habituali, nimirum asserendo, illam non differre ab alia gratia physice in sua entitate, sed solum esse moraliter diversam, propter titulum quem affert ad peculiaria auxilia. Tota ergo differentia gratiae habitualis, et gratiae sacramentalis, debet reduci ad auxilia actualia et ad eorum exigentiam, quae facit esse diversas extrinsece illas gratias. Advertendum tamen est duas difficultates, seu obiectiones proponit docte, ac late

Cardinalis de Lugo a nº 21 ad 29um: in hoc
super secundum duxi; qa multam difficultatem ex-
ponunt cum premant multum.

Ex dictis infero contra non nullos recentes Ma-
gistros, predicta auxilia, et effectus grae sacramentalis non
deveri hoi non accipienti in sacramento gram habitua-
lem, l. qui acceptam perdidit. Ita idem Lugus
nº 29. cum S. Cipriano P. Suarez. et Pe Hen-
riquez. Rõ é: qa cum eius mi auxilia dent, media
gra habituali, tamquam radice aliquo mõ ea exigen-
te; non existente gra non devent ea auxilia. Rursus:
sicut non adveniente gra; non adquirit illud ius ad au-
xilia; sic abeunte eadem gra per peccatum, amittit
etiam illud ius; qa eadem é utriusque annexio in
sua introductione, ac in conservatione, cum eadem sit
rõ. Cap. 3. An Sacramenta nova tam gram producant?

Ia gra dr, quae nullam aliam suponit in subiecto:
talem recipit infans in Baptismo, et adultus acce-
dens ad sacramentum Poenitentiae cum peccato mortali,
et sola attritione. 2a Vo gra dr, quae suponit ali-
am in subiecto; talem recipimus in Eucharistia,
et quovis alio sacramento in gra suscepto, in quo pro-
inde auget gra. hoc posito,

Dico 1o: Duo sacramenta ex sua institutione confe-
runt tam gram, tum parvulis, quam adultis; s.
Baptismus, et Poenitentia. Ita Suarez Vazquez
Bonacina Henriquez, Villalobos, Scotus, Nuñus
et S. Thomas, quos referunt et sequitur P. Fran-
ciscus Lugo Cap. 3. qe. 2. nº 13. et Diana 3.
pte trat. 4. resolutione 13. At di Gabriel Scotus,
Adrianus, Alensis, Medina, Cordula, Vega, Le-
desma, Victoria, apud Lugum, et Dianam ibi, opi-
nent adultis numquam dari per sacramenta tam gram

sentiunt. n. ad recipiendum Baptismum, et Poenitentiam praerequiri in recipiente adulto contritionem, per quam ante Baptismum et Poenitentiam, iam sit remissum peccatum, et la gratia collata: hanc tamen sententiam improbabilem vocat Nuncius apud Dianam.

Probatur nostra conclusio: quia Baptismus est institutus ad delendum peccatum originale, et Poenitentia ad delendum quodvis peccatum actuale, etiam mortale post Baptisma commissum; sed peccatum originale, et peccatum actuale mortale non tollitur nisi per sanctificantem gratiam; cum nulla alia gratia supponat in subiecto, seu supponeret in subiecto peccatum, et gratia simul; ergo duo illa Sacramenta instituta sunt ad conferendam sanctificantem gratiam.

Dico 2o: reliqua quinque Sacramenta non conferunt sanctificantem gratiam ex sua institutione, sive primario et per se. Probatur: quia omnia Sacramenta praeter Baptismum et Poenitentiam, instituta sunt ad augendam gratiam, et supponunt suscipientem constitutum in gratia; nam qui ea recipit sciens se obstrictum esse gravi peccato, committit mortale peccatum sacrilegii, ut omnes Theologi fatentur; ergo aliqua Sacramenta non conferunt sanctificantem gratiam ex primaria, ac directa sua institutione. Hinc patet merito Baptismum, et Poenitentiam, dici Sacramenta Mortuorum; quia collata mortuis per peccatum, dant ipsis vitam spiritualem per infusionem sanctificantis gratiae. Reliqua vero dicunt Sacramenta Vivorum; quia per se supponunt recipientem habere vitam gratiae, quam augeant et corroborent.

Dico 3: Haec eadem quinque Vivorum Sacramenta aliquando quasi per accidens conferunt sanctificantem gratiam, et remittunt peccatum lethale. Ita S. Thomas cum viginti aliis Theologis, quos refert et sequitur Leander q. 9. et Franciscus Nigro ubi supra n.o 49. Probatur: quia si quis vere reus peccati lethalis, bona fide recipiat Eucharistiam, v. g. Extremam Unctionem, etc. recipiens

credens se esse in gra, n peccat, neq ponit obicem actualem ad gram; go recipit gram. Nam Ssta infallibiliter conferunt gram n ponenti obicem, ut patet ex Trident. sessione 7. Canone 7.; gra autem, quam hic recipit, n e 2a, sed 1a; go Ssta quae n sunt instituta ad conferendam 1am gram, possunt eam aliquando conferre.

Opiones pro opposita sta Cum Vasquez, Hurtado, Cardinali de Lugo, Villalobos, Gabriele, Ocamo, Maiori, et aliis; (et si ex his auctoribus Hurtadus et Lugus Ssmum Extremae Unc. excipiant) opinantibus gr Ssta vivorum nunquam posse conferre 1am gram sanctificantem: Opones, siquam, Ssta conferunt illam gram, ad quam conferendam sunt instituta; sed praedicta S. Ssta sunt instituta ad conferendam 2am gram; go illam conferunt solummodo.

Resp.o: qd sicut Baptismus, licet per se et 1rio fuerit institutus ad conferendam 1am gram, nihilominus institutum etiam fuit ad conferendam 2am ex accidenti. Ut patet in eo, qui ad Baptismum accedit post elicitum actum contritionis, l. dilectionis Dei sr oia, quem constat per actualem Baptismi susceptionem n recipere 1am gram, sed 2am: Ita reliqua Ssta, quamlibet per se 1o fuerint instituta ad conferendam 2am gram, nihilominus etiam fuerunt instituta ad conferendam aliqdo 1am 2rio et ex accidenti.

Dico 4o: Ut Ssta conferant 1am gram varia e duplex dispositio. Una in intellectu, .s. fides, cum sine fide impole sit placere Deo. An vo requirat actus fidei expressus, l. sufficiat implicitus, in ma de fide controvertit. Altera in voluntate, .s. attritio, qua peccatum aliquo mo odio habeat. N vo requirit contritio, (quidquid velit Gabriel, et reliqui octo Theologi supra relati) secus suscipiens Sstum semper esset in gra, ante quam reciperet Ssta; et consequ Ssta non

nunquam conferent tam gratiam. nec sufficit attritio naturalis quae dici solet poenitentia imperfecta, quatenus absoluta removet affectum ad peccatum sive quia habet reatum poenae aeternae, sive quia habet ignominiam, sive ob aliquod aliud motivum pure naturale; quidquid vellint Vigianus, Sotus, Canus, apud Dianam ibi. sed nostram divinam tenent Petrus Sotus, Suarez, Coninck, Muñoz, Cabrera, Joannes de la Cruz et alii communiter quos referunt et imitantur Bonacina disputatione 4. quaestione 4. puncto 2o nº 4; et Diana ibidem. Ratio est: quia attritio naturalis non est proportionata dispositio ad gratiam, quae est forma supernaturalis.

Opones: Sacramenta dant gratiam si non ponatur obex. sed qui bona fide accedit ad recipienda Sacramenta, v.g. Eucharistiam, Ordinem etc. nesciens se esse in peccato mortali, tamen non cum lethali infriatur non ponit obicem, nec peccat sic accedendo; ergo recipit tam gratiam, etiam si careat attritione; ergo tandem haec non requiritur ad recipiendam in Sacramentis tam gratiam.

Respondeo sic accedentem, ponere obicem per peccatum habituale, id est olim commissum, et non dum retractatum; nam quandiu quis non retractavit peccatum, saltem per attritionem, videtur in eo velle permanere, qui autem vult in peccato permanere ponit obicem ad gratiam. Ita idem Bonacina ibi cum Patre Suarez, et aliis recentioribus. Unde ut iustificentur, ac tam gratiam recipiant, debet accedentes ad Eucharistiam, et alia Sacramenta, cum peccato mortali, et si illius nescii, actum ~~[illegible]~~ attritionis elicere. Cap. 4. tres alias quaestiones curiose examinat, ac resolvit.

La quaestio: An suscipientes Sacramenta recipiant aequalem gratiam? Dico 1o: recipientes Sacramenta eiusdem speciei cum aequali dispositione recipiunt aequalem gratiam; inaequalem vero si cum in aequali dispositione accedant

Dixi eiusdem speciei, Nam si comparatio fiat inter Ssa speciei diversa, ut inter Baptismum, et confirmationem, res e incerta: licet S. Tho. 3a pte q.a 65 art. 3. videat in hoc etiam Eucharistiam aliis SSmis praeferre. Verum loquimur de SSmo solo no diversis, ut duobus Baptismis.

Et quidem nostra dco utramque vera e, et utramque docet d. S. Tho. et septem decim alii theologii quos scitat, et sequit Bonacina ubi supra puncto. 3. no 1. et 2o, et franciscus hugo cap. 3. q.a 1. no 9. utraque pars ostendit: qa ex causis naturalibus debemus proportionaliter argumentari ad causas sr naturales, quoties no habemus revellationem, - l. urgentissimam rōem in contrarium; sed agens naturale equaliter operat in subto equaliter disposito et aproximado, et inequaliter in disposito inequaliter. go SSmum quamvis no sit agens naturale, sed sr naturale, equaliter operat in recipientibus dispositione equali, et inequaliter in subtis dispositis inequaliter.

Specialiter 1a dcis pars ostendit. qa ad divinam providentiam spectat cuivis effus definire, qui equaliter conferant equaliter dispositis: licet illos ex speciali dono, ac liberalitate no communi queat aliquando excedere: 2a vo pars dcis mihi liquet ex Trid. sesione 7. ubi dr unumquemque per SSta recipere iustitiam secundum mensuram, quam spus sanctus partit singulis, pro ut vult, et secundum propriam uniuscuiusque dispositionem, et cooperationem: go inequaliter dispositus inequalem gram recipit, sicus SSta dicerent conferre gram secundum propriam uniuscuiusque dispositionem, et cooperationem, quia roe conferri docet Trident. sinodus.

2a quaestio: An magis dispositus, no solum recipiat maiorem gram ex opere operato, et ex vi SSmi quod magis disposito maiorem gram conferat ut dictum est ~~an~~ sed etiam an ex vi dispositus praecisse re-

recipiat aliquam gram praeter sacramentalem? Negat Pesantius; Affirmant vero Suarez, Bonacina, quos afert, et imitatur franciscus hugo cap. 7 nº 11. Ego cum distinctione respondeo. si dispositio non sit sufficiens ad obtinendam gram extra Sacramentum, ut est attritio, non recipit maior gra ex vi illius dispositionis praeuiae ultra sacramentalem: et hac parte Pesantio subscribo. Ratio est: qa non dat rationem aliquam det nova illa gra. si vero sit sufficiens extra Sacramentum ad obtinendam gram, ut est contritio, et amor Dei super oia, magis dispositus recipit ex vi dispositionis aliquam gram praeter sacramentalem; et hac parte Suario acquiesco.

Ratio huius 2ae partis est: qa eiusmodi dispositiones non sunt deterioris conditionis ob coniunctionem cum Sacramento quam essent separatae a Sacramento: sed si non coniungerentur cum Sacramento, reciperetur aliqua gra ex vi ipsarum dispositionum; ergo etiam si coniungantur cum Sacramento, recipit aliqua gra, distincta a gra sacramentali. Ex dictis sequitur, ex duobus hominibus accedentibus ad Sacramentum Poenitentiae, uno attrito, altero contrito, hunc recipere maiorem gram, non solum ex opere operato, seu ex vi Sacramenti, quod magis disposito maiorem gram confert; verum etiam ex vi dispositionis, id est contritionis, quae sufficiens est ad consequendam grani extra Sacramentum, nec debet esse deterioris conditionis ob coniunctionem cum Sacramento.

Nota 9o: an recipiens Sacramentum a meliori ministro recipiat maiorem gram? affirmat Caietanus 3a parte q. 64. art. 1. ad 2um. Negant vero simpliciter cum S. Tho. et ex. Theologi quos alleganth et saeculum Bonacina ubi supra puncto 7. et P. franciscus hugo cap. 2. nº 7. et cap. 3. qo 1. nº 6. Probat tripliciter. 1o: qa gra non confert ob meritum Ministri sed ob merita Christi; sed merita Christi non minuuntur ob indignitatem, et improbitatem Ministri. ergo etc. 2o: qa ita se hent Bonus et malus Minister, sicut se hent sigillum ferreum, et aureum, teste Nazianzeno

oratur, quam in sanctum Baptisma; sed sigillum ferreum imprimit eandem figuram, quam imprimit aureum; ergo eandem gratiam confert Minister improbus, quam probus. 3o. Paulus 1a Corint. 1o reprehendit aliquos dicentes se Baptizatos a Paulo, et alios dicentes se ab alio Baptizatos; ergo signum est non maiorem recipi gratiam, quo quis recipit Sacramentum a Meliori Ministro. Itaque Baptismus collatus a Sancto Petro non magis contulit, quam collatus a Iuda proditore, vel ab alio.

Notat Villalobos apud Patrem Hugum illo non esse recipiendum a Probo Ministro, non quidem recipere maiorem gratiam ex opere operato, seu ex vi Sacramenti, ut probatum. Ceterum recipere maiorem gratiam ex opere operantis, quam talis Minister impetrat a Deo precibus conjunctis ad ministrationi dicti. Verum non reliqui refero omnes ... allegati Doctores asserunt, nec merita Ministrorum, nec Parentum asseri posse mereri gratiam habitualem, nec illam impetrare sine recipientis dispositione proportionata; sed aliquid aliud, videlicet aliquod auxilium, aut modum, quo recipiens Sacramentum se disponat ad maiorem gratiam. Ut hinc patet cum sancto Thomas hic. quaestio 82. art. 6. docerat magis fructuosam esse Missam dictam a meliore ministro et cum maiori devotione quam sit Missa dicta ab alio. Et cur fideles homines communiter curent sibi conferri Sacramenta a sacerdotibus sanctioribus. Sed non quia Minister sanctior mereatur aut impetret asseri fructum gratiae habitualis; sed illius auxilii, et modus, ut recipiens se preparet ad gratiam.

Disputatio 16. An Sacramenta Evangelica causent physice, vel moraliter gratiam? Cap. 1. non nulla premittit, ac sententias refert.

Lum supono Controv.am non esse de sacr.to adaequate sumto; Nam ut sic includit institutionem Divinam, quae est actus, seu decretum aliquod Dei voluntatis quod sine dubio aliquo modo concurrit phisice ad ponendam gratiam. Ratio est: Nam tale decretum se habet vel ut intentio, vel ut actus imperans; sed intentio ad media, et actus imperans ad imperatum aliquo modo phisice concurrunt; ergo si sacr.um sumatur cum totum quod includit, ac proinde cum ipsam institutionem Divinam, non recusabunt Theologi adstruere, quod causet phisice gratiam.

Secundum suppono em quaestionem procedere de sacr.to inadequate accepto; nempe de eo soli illius, hoc est de illo quod subest institutioni Divinae, vel ut materia et forma sensibus subiectae est: an ipsa sacr.ta materialiter et specificative accepta, id est, an ipsae materia et forma sacr.orum concurrant ut causae phisicae ad conferendam gratiam vel solum ut morales causae quam difficultatem aliter celebrem, Patres Suarez, et Vazquez, sua contentione, aut disp.e celebriorem reddidere.

3um suppono difficultatem agitari circa sacr.ta novae legis, non veteris; de his enim sacr.is dicemus disp.e sequenti, nec morali, nec phisice, fuisse causas gratiae.

4um suppono constare inter omnes Catholicos sacr.ta Evangelicae esse causas morales gratiae. Ita Pater Corninh, Nuñez, Filiarius, Sairus, Chamerota, Pater Valentia, Pitigianus, quos referunt Bonacina disp.e 1a q.ae 4. punc. 6. n.o 2. ac Cardinalis Lugo disp.e 4a sect. 1a n.o 33. Et de causalitate saltem morali intelligenda sunt Concilia Trident. et Florent. saepe allegata, quando nostris sacr.is gratiae causalitatem attribuunt.

Ratio est: Nam causa moralis dicitur, quae movet agens phisicum ad volendum operari, sed sacr.ta poti

ra movent Deum, et vellit producere gratiam; ergo
etiam. Minor prob. 1o: quia sunt conditiones ad minus,
sub quibus Deus promisit gratiam; sed aliter, qui sub
conditione promisit, movetur ab ipsa conditione posita ad
volendum dare quod promisit; ut fere omnes affirmant;
ergo etiam. Prob. 2o: quia Sacramenta sunt actiones Christi per
suos ministros, quibus repraesentat Deo sua merita,
et obtineat gratiam pro hominibus; sed hae habent vim
maximam ad movendum Deum et vellit produ-
cere gratiam; ergo etiam.

Secundum itaque suppono, et quaero esse an Sacramenta causent
solum moraliter gratiam aliquos suos effectus, vel si-
mul etiam phisice? Et omissis quinque sententiis, quas
docte refert Episcopus Oxomensis, Pessarianus De-
retz in tom. 4 S. Tho. q. 62. in commentario a no
13. omissis in quam aliis opinionibus, et ad duas
clares auctoritatum reducti;

1a Sententia affirmat Sacramenta non solum concurrere moraliter,
sed etiam insuper habere influxum phisicum instrumentalem,
quo phisice producant gratiam in recipiente Sacramentum. Ita
Leander tract. de Sacramentis in genere disp. 3. q. 8. et ait re-
ferri S. Tho., et communiter thomistas, Caietanum, Soitum,
Marquinum, Vonaicinum, Pesantium, Nunum, Vinsfel-
dium, Ludovicum de San Juan, Torreblanca; et
ex nostra Societate Jesu Patres Suarium, Velarminum,
Henriquez, Granadum, Regiraldum, Valentiam, qui affirmant
oppositam sententiam, nihil plus tribuere Sacramentis quam tribuunt He-
retici: sed immerito, et rigide nimis loquitur Doctor aliàs
pissimus. Eandem sententiam tenet Pater Meratius hic disp.
1a. sectione 2. no 6. propter solam Divi Tho. Patrumque auc-
toritatem, ut ibi fatetur; putat enim nulla efficaci ratione proba-
ri posse.

Haec 1a. sententiam defenditur ab auctoribus prae-
alegatis. Alii vero, maxime ex seratis Thomistis, influ-
xum phisicum concedunt, non solum illum Dominio terminativo

rie f. fra, existenti, q^{do} ss^{tum} perficit, sed etiam reliquis ssti partibus prioribus, quae tamen non existunt; ducti ea sua mirabili phia illa a non existente re posse phisice aliquid produci. Alii vero etiam Thomisticae politiori in phia docti, opinant a solo illo terminativo, sive formae, sive mae, q^d existit q^{do} ss^{tum} subiectivum ultimo complet ac perficit, causari phisice gram; moralr vero tantum a reliquis partibus antecedentibus, et tamen non existentibus, sive forma sive materia;

Alia item dissensione inter se praefati Theologi altercant. Alii n. liberali quadam phia ducti singulis Creaturis concedunt potam obedientialem instrumentalem ad singulas alias producendas ex ellevatione divina: et hinc colligunt oes mas, et fras sacramentorum posse a Deo ellevari ad producendam phisice gram sanctificantem, et reliquos ssorum effus. Alii vero minus liberales, ac munifici, eam potam obedialem concedunt quidem oibus ssorum materiis, ac formis, et iis eam aliis rebus inficient ratione ad concedendam aliis potam obedialem, et aliis negandam ducunt exquisita conviendi ac conveniendi, ut ipsi loquunt. Sed ut verum fatear, procul dubio moventur quibusdam divinationibus ortis ex sua phica gra, ac privilegio.

2a tamen, et vera sa docet ssta novae legis non phisice, sed solum moralr causare gram; quatenus videlt ex divina institutione habent vim et efficaciam movendi Deum infalibilr ad dandam gram, q^do perficit ss^{um}. Ita S. Bonaventura, Ricardus, Ocam, Gabriel, Durandus, Schotus, Canus, Joanes Sanchez, Olhagaraia, Bacon; insuper Magister sedensis, et Victoria citandi; insuper Doctiss^{us} Sebastianus Perez Episcopus Oxomensis ubi supra nº 27. et ex nostra Societate Vasquez Cardinalis de Lugo, Filiucius, Coninch, Veranus, apud Leandrum ibidem.

Circa mentem S. Tho. nil certi habet. P. Mercatius ubi supra probat Doctorem Angelicum esse pro

pro 1a. 2a. Sebastianus Episcopus pro alegatus ibi Cr. Cardinalis de Lugo disput. 4. sect. 5. an. 92. usq. ad finem sect. probant, maxime hujus, late ac docte. Spem S. Tho. esse pro opinione 2a.

Hinc ipsi iurati Thomistae in hoc puncto dividuntur; et aliqui eorum, ut Cajetanus, Ferrara, et Victoria, asserunt ipsum hujus, ex mente S. Tho. negant sacramentis actionem phisicam in gratiam: alii Corone, inquiunt, ad ipsius S. Praeceptoris mentem, phisicam causalitatem erga gratiam sacramentis attribuit. Relinquit ergo hac sententia dubiam esse Angelicam mentem. Cap. 2. Sacramenta novae legis non causant phisice gratiam.

Sam hanc aliqui multipliciter probant. 1o: quia gratia inquiunt, producitur per creationem, ex doctrinam revellatam, et Angelicam; sed creatura nequit ellevari ad creandum, ut verior et communior philosophia docet; ergo nec ad producendam phisice gratiam.

2o probant, quia nil potest etiam divinitus operari phisice in distanti; sed verba absolutionis in Poenitentia, et verba Episcopi in sacramento ordinis, sese sunt localiter distantia a subiecto, in quo produci debet gratia; ergo etc.

3o: quia sacramenta habent ex se virtutem ad causandum phisice gratiam, sed non, sed tantum, cum indigeant elevatione. Sed tamen illis addenda erit virtus: sed haec non poterit esse spiritualis, cum recipi deberet in subiecto corporeo; neque corporalis, quia secus non contineret effectum formalem, ut perfectissimum, qualis est gratia; ergo impossibilis est virtus in sacramentis ad causandam phisice gratiam.

4o probant: quia nequit oculus usque ellevari ad audiendum; ergo nec quodlibet ad quodlibet; ergo nec aqua ad producendum phisice gratiam: 5o: quia omnis instanti producitur in quo tamen non est sacramentum, sed ad summum ultima littera formae sacramenti; sed res non existens nequit quidquam phisice causare; ergo gratiam sacramentum nequit phisice causare.

Dato autem quod illud ultimum indivisibile ssti causet physice gratiam adhuc videtur concedendum quod ssta maiori ex parte causent solum moraliter. Nam tota causalitas physica reducitur ad ultimum indivisibile ssti; quod quidem non est ssti, sed indivisibile ssti; omnes autem partes ssti quae iam non sunt, non causant physice, sed solum moraliter; ergo in sa. contraria non vitatur, sed fere quoad totum ssti concedit causalitas solum moralis, quam impugnat.

Haec argumenta aliorum, mea quidem sententia non multum urgent; ut paucis cursim expono. Non urget primum: quia gratia non creatur, sed educitur. Ita ssti Tho. et Henriquez, Filiarcus, Nunius, quos refert et sequitur Bonacina ubi supra nº 8. Et Cardinalis de Lugo nº 39. loca vero scripturae, et sancti Tho. quae indicant creationem, ut ga. ad Ephes. 2. creati in Christo I. per gratiam; intelliguntur de creatione in genere moris; quatenus in iustificatione gratia datur absque ullis meritis praecedentibus, atque adeo fit quasi ex nihilo in genere moris. Deinde primum hoc argumentum non urget: quia adversarii non solum concedunt cuilibet creaturae potentiam obedientialem ad educendum eam, sed etiam ad creandum Angelum et gratiam.

Non urget 2um: quia volunt adversarii illam conditionem proportionalitatis requiri ad connaturaliter operandum, non vero de potentia absoluta. Neque nobis modo disputandum in re, nisi vellimus universam fere de causa efficiente tractatum ex physica in Theologiam transferre. 3um non urget: quia de potentia absoluta non renuunt adversarii concedere posse aliquam qualitatem supernaturalem spiritualem, seu corporalem productivam gratiae in esse subiecto materiali, sive corporeo.

Non urget 4. quia concedent posse oculos elevari ad producendum actum audiendi et si nequeant ad audiendum, ob defectum virtutis radicalis in linea audiendi, quae essentialiter requiritur ad denominandum subiectum audiens: quemadmodum

explicui et libentissime admissi in libris de anima. Ñ urget 2.am quia sicut ut homo dicat audiens, sat est exile unum organum audiendi, ergo ut tangat extimam superficiem tabulae, ut dicat phisice tangere tabulam: ita ut sacramentum absolute dicatur causare phisice gratiam, sat erit, illam phisice causet per illud suum ultimum indivisibile.

Hic igitur argumentis omissis, ut pote imbecilibus, et omissa potentia ad operandum in distans; omissa item potentia obediali activa cuiuslibet ad quodlibet, sive ad creandum, sive ad educendum: magnum quid me facturum spero si independenter ab his quaestionibus philosophicis, et praefatis aliorum argumentis, sententiam negativam satis probavero, scilicet sacramenta non causare phisice gratiam, loquendo de facto, non quia fieri non posset, sed quia non expedit; neque est sufficiens fundamentum ad id asserendum: nec debemus res fidei nostrae absque necessitate dificiliores, et obscuriores reddere; sed potius quantum fieri posit, faciliores, et acommodatas ad vulgi et infidelium captum.

1.o Igitur auctoritate probo praedictam sententiam negativam sententiam, scilicet ex Patribus, Geronimo, Cipriano, Ambrosio et aliis apud Lugum sectione 9. n.o 96., qui expresse docent Deum solum operari gratiam internam, ac proinde efficaciam phisicam esse solius Dei. Audiatur ex iis solus S. Ciprianus sermone de Baptismo Christi: Remissio peccatorum sive per Baptismum, sive per alia sacramenta donetur, propria Spiritus Sancti est, et ipsi soli huius efficientiae privilegium manet. Verborum solemnitas etc. visibile celebrat sacramentum ... Spiritus Sanctus format et efficit. Notentur inter alia, illa verba: ipsi soli etc. Probo insuper eandem sententiam ex Sancto Thoma multis in locis, quae reffert Lugus ibi n.o 98. ac recipiue hic q.e 62. art. 4. ubi docet, virtutem, quam habent sacramenta, derivari ab humanitate Christi, media eius passione; sed est certissimum, passionem non posse causare phisice

aliquam virtutem cum non exigitur; ergo solum communicat mo-
raliter illam virtutem, et consequenter communicat virtutem moralem,
et non phisicam.

2o Id ipsum ratione probo ex natura divinae gratiae: quia
quando aliquis effectus ex se, sive ex natura sua petit procedere
ab aliqua causa, non debemus invertere hunc ordinem
sine urgenti necessitate, aut ratione; sed gratia ex se sive ex natura
sua exigit produci efficienter phisice a solo Deo; et alia-
que nullae rationes quae nos cogant admittere eam de fa-
cto debere produci phisice etiam a creatura, sive a Christo;
ergo gratia dicenda est de facto solum phisice produci a
Deo, et non a Christo. Consequentia negari nequit, concessis praemi-
ssis.

Minor quoad 2am partem conceditur a nonnullis
ex adversariis, qui ob solam auctoritatem Sanctorum in
2am opinionem abiere, ut vidimus de Patre Merchio.
Deinde ostenditur eadem 2a minoris pars ex solutione adver-
sariorum argumentorum, quam Cap. sequenti dabimus. Prima
vero pars eiusdem minoris suadetur 1o: quia Deus est pra-
rem, auctor et causa gratiae, non creatura, ut liquet; ergo gratia
attenta sua natura postulat produci efficienter a solo Deo.
2o: quia cum gratia efficienter producitur a solo Deo, iuxta
suam exigentiam naturalem producitur; cum vero ab alio quam
a Deo fit est magnum miraculum; ergo quia gratia ex natura
sua exigit a solo Deo efficienter produci.

Maior superioris silogismi ostenditur 1o: quia ideo
communior Theologorum doctrina non ponit de facto speciem impres-
sam ad visionem Dei, etiam si possibilis sit, quia illa vi-
sio ex natura sua petit procedere ab obiecto, et non a specie,
quoties obiectum est proportionatum, et potest concurrere se
ipso; cum autem Deus sit ex se summe proportiona-
tus ut videatur seu intelligatur, et possit se ipso ad vi-
sionem, seu intellectionem concurrere; non est cur debitus
ac naturalis ordo invertatur, aliud quam miraculum fiat pro-
ductione speciei impressae supernaturalis.

Ostenditur 2o: quia haec ratio magni ponderis est in Scho-
la Catholica, ut [illegible] licet ex verbis consecrationis

Eucharisticae solum colligat, sub iis speciebus n͞ manere
verius panem et vinum) adhuc propter ipsam rōm
semper apud Catholicos indubitatum, substantiam panis
et vini n͞ solum desinere esse sub speciebus, sed oīo
perire ac converti in Corpus et sanguinem Xp̄i, ac
nullibi manere in rerum natura; qa sic absq. no-
vo miraculo requirent manere et existere sine suis
naturalibus accidentibus: miracula autem n͞ sunt afferenda,
nec praemenenda, nisi rōe cogenti provetur.

Ostendit. 3. qa si prohibito liceret invertere nãlem
causarum et effectuum ordinem, et addere eiusmodi
miracula, impune posset quivis pro suo gustu adstruere
ac multiplicare miracula. Aliquis n. somniaret subs-
tantiam Panis, et Vini, verè n͞ manere sub speciebus,
ut verificent verba consecrationis; manere in alicubi
nempe -f. in Lunae concavo cum ideis Platonis, f.
in Limbo cum pueris, f. in Paradiso cum Prophe-
tis. Alius n͞ dissimili argutia, ac multiplicandi mira-
cula privilegio, dicere posset, aīam Xp̄i n͞ a solo Deo
fuisse productam, quemadmodum alias aliorum animas,
sed etiam a Deipara concurrente instrumentaliter obe-
dientiali simul cum Deo ad creationem talis animae;
hoc en. spectaret ad maiorem Sanctissimae Virginis
dignitatem.

Alius simili licentia ac miraculorum grā
gratis data, dicere posset, humanitatem Xp̄i D. con-
currere efficient physice ad producendam glīam, seu visio-
nem beatificam oīum Sanctorum, qa hoc pertineret ad
maiorem Xp̄i dignitatem. Alius deniq. hoc ipsum
extenderet ad Deiparentem, ut ipsa per potam obe-
dialem tanquam instrumentum Dei concurreret phy-
sice ad productionem glōe oīum Beatorum; hoc en. etiam
redundaret in maiorem Mariae Sanctissimae
excellentia. Atq. haec oīa longe sunt a veritate, nec
deberent a viro cordato concedi; qa singuli effectus di-
sunt fieri ab iis causis, a quibus natr debent pro-
duci, ne fingamus absq. necessitate miracula, secula

praesumamus, donec probent, quod maior nostri silogismi contendebat: Et ex illa fit, non esse necessarium de facto sacramentis tribuere physicam miraculosam gratiae efficientiam, etiam datae. Quod hic potius sit.

Respondeo facta unica, sed efficaciter probat iam negativam; et licet unica sit, plures continet, quas licebat singulatim indicare. Prima est: non sunt multiplicanda miracula sine necessitate et ratione convincenti, ut patet; sed non est necessitas, nec ratio convincens, ad adstruendum miraculum physice sacramentorum causalitati gratiae, ut patebit ex argumentorum solutione; ergo etc. Secunda ratio: non sunt multiplicandae causae physicae, nec agentia etiam inadequata, nec physicae causalitates sine urgenti fundamento, sed hoc in praesenti non datur, ut videbimus capite sequenti; ergo sacramenta non sunt causae physicae gratiae, nec eius inadequata agentia, nec physicam ullam causalitatem habent in gratiam.

Tertia ratio: quia non debemus divinam nostrae fidei difficilem reddere, sed quantum fieri potest facilem; atqui concessa sola causalitate morali sacramentorum in gratiam salvatur diversa divina nostrae fidei circa sacramenta, et alias non redditur difficilis, quae contra haereticos, et infideles defendatur; qualem sine dubio reddunt contrarii illa sua obedientiali dispositione ad virtute ad operandum indistanti, quas creaturis attingunt. Ergo sola moralis causalitas sacramentorum de facto concedenda est. Quarto corroboratur nostra sententia resolutio adversariorum argumentorum impetu.

Primum ac praecipuum opinioni ille fundamentum desumitur ex Scriptura, Patribus, et Conciliis, quae sacramentis concedunt veram et propriam causalitatem gratiae moralem; quorum allegationes, ac verba videri possunt apud Patrem Suarez tomo 3. in 3. p. disputatione 31. sectione 2 in posteriori editione et apud Patrem Meratium ubi supra.

Respondeo hoc argumentum septempliciter retorqueri in adversarios a Cardinali de Lugo hic disputatione 4. sectione 9.

Ut eos cogat fateri Scripturam, Patres, et Concilia, loqui de causalitate morali, non de physica. Sufficiat nobis semel retorquere sic: eo modo dicunt Scriptura, Patres, et Concilia, sanguinem et passionem Christi mundare nos a peccatis, sanctificare nos etc. sed haec procul dubio intelligi non possunt de causalitate physica, passio enim non existens nequit physice quidquam causare, sed de morali; ergo eodem modo debent intelligi cum idem dicunt de sacramentis: praesertim cum sacramentorum efficaciam declarent per hoc, quod in se contineant sanguinem Christi: atqui haec continentia et virtus sanguinis Christi, non est physica, sed moralis; ergo efficacia etiam erit solum moralis, ut sit proportionata virtuti, ex qua trahit originem.

2um fundamentum: quod liber potest elevari ad producendum physice instrumentaliter quodlibet; ergo sacramenta producunt de facto physice instrumentaliter gratiam. Malus anis, et peior consequentia: illud quod dicendum: ista, quae adhuc admisso ante, non tenet: siquidem non arguit a possibilitate ad actum. Et quidem huius argumentationis tenor, non est alius, quam istius: omnes homines possunt currere; ergo contrarii de facto currunt. Haec ex ante etiam ille pida, et gravibus viris indigna, et pote immodestia coa elicit. Idem sua argutate adversarii praestant.

3o fundamento dices; hanc efficientiam physicam multum conducere ad dignitatem sacramentorum. Ideo si semel possit admittat, concedendam esse de facto, et consequenter in praesenti valere a posse ad actum. Probo, quod sicut non conducit ad dignitatem beatae Virginis, quod creaverit instrumentaliter animam Christi, nec ad dignitatem ipsius, et Christi D. quod producant physice gratiam omnium beatorum, nec ad dignitatem sanguinis Christi, quod fuerit causa physica nostrae salutis; etiamsi Virgo, Christus, et eius sanguis, possint ea vi praestare: sic nec hoc conducere quidquam ad dignitatem sacramenti. Dignitas enim, si qua esset non consistit in actuali exercitio accidentali virtutis, sed in ipsa intrinseca virtute sacramenti praehabita

ante exercitium.

Nec ut sacramenta in pratio nobis sint, quidquam conducit haec dignitas, et excelentia causalitatis physici: quid enim mea refert, quod sacramentum gratiam meam physice, vel moraliter producat, dum mihi eam infallibiliter causet? ideo aeque mihi utile erit, et aeque a me extimabitur utroque modo, si gratiam aeque perfectam utroque modo mihi conciliet. Quemadmodum si aliquis precatus miraculose restituat caeco visum, parum curabit caecus quod solum sit causa moralis, vel quod concurrat etiam ut instrumentum physicum obediale ad visum restituendum. Nisi velles caecum obligare ad agendum plurimas gratias sancto physice concurrenti, et paucas concurrenti moraliter: quod caece ac gratiore dici; h. caeci ipsi videbunt.

4um fundamentum: sacramenta sunt actiones Christi; sed Christus operabatur physice miracula per suas actiones ergo Christus non operatur physice gratiam per sacramenta. Respondeo dupliciter. 1o: negando minorem cum multis theologis asserentibus humanitatem Christi non physice, sed ad summum moraliter ad miracula concurrisse. Unde etsi ipsa sacramenta, quae actiones Christi sunt, moraliter causabunt gratiam, non physice. Respondeo 2o. concessis maiori ac minori, negando consequentiam: reddendoque rationem disparitatis. Nempe illas humanitatis Christi actiones fuisse physice et immediate a Christo exercitas, sacramenta vero solum esse actiones Christi, eo quod fiant ab eius ministris, et saepe sint in se vitiosae, atque peccaminosae; et consequenter licet id admittatur de actionibus personalibus Christi, non oportere ipsum admittere de actionibus solum moralibus.

5um fundamentum: si sacerdos dicens ego te absolvo non produceret physice suis verbis gratiam, qua hominem a peccato liberet, falsificaret ea forma absolutionis sacramentalis; quia vere sacerdos non absolveret hominem, sed Deus solus loquente sacerdote; ergo ut sacerdos vere id dicat, debet physice per sua verba producere gratiam, et solvere hominem. Respondeo

Probo cum forma sacramentali non significari producendam aliquam phisicam, sed id, quod hoc solum significare quod dicunt ego tibi remitto debitum, scilicet offensam, nimirum cessionem iuris ex parte mea quod totum est morale, unde non portat ullam phisicam causalitatem. Itaque ad veritatem eorum verborum requiritur quod sacerdos suis verbis operetur gratiam et remissionem peccatorum; non tamen requiritur quod eam operetur phisice; sufficit si eam operetur moraliter. Nam qui est causa moralis alicuius effectus, cum veritate potest dicere, ego cooperor illud. Itaque ipsi adversarii ma-rio debent fateri, ni vellint contumaces et cerebrosi veritati resistere: quod non minori veritate dicere valet sacerdos Ego te absolvo, et libero a reatu penae, quam, ego te absolvo a reatu culpae; sed tamen tunc non liberat a reatu penae phisice producendo gratiam, sed solum via moralis, ut est evidens; ergo nec ad veritatem locutionis requiritur quod phisice producat gratiam, et liberet a reatu culpae.

Ad primum fundamentum: si Sacramenta non causarent phisice, sed solum moraliter gratiam, frustra Sancti Patres extollerent et mirarentur potentiam Dei resplendentem in hac operatione sacramentali; nihil enim miri et potentiae arguit, si Deus qui sine sacramentis potest producere gratiam, producat illam solo sacerdotum nutu.

Probo in opere sacramentali maxime elucescere potentiam Dei, non quia cum adiutorio con causae physicae debilis producat gratiam (plus enim est posse se solo id facere, quam cum concursu alterius causae quantumcumque debilis) sed quia ex solo morali concursu Sacramentorum arguitur Deus summe potens, et nullius indigens adiutorii, cum vilissimis adeo instrumentis utatur ad tam mirabiles effectus producendos. Quemadmodum siquis rex unico et infirmo milite, numerosum alterius Regis exercitum debellasse, potentior esset viso quia ille vili instrumento se potentissimum ostenderet, iste numerosis militaribus copiis suam infirmitatem suppleret.

Ad 2um fundamentum: si Sacramenta non attingerent physice gratiam, sed solum forent ad eorum praesentiam eodem modo causarent gratiam, quo verba maleficii causare dicuntur mirabiles effectus,

quos .f. Daemon operat. ex pacto cum maleficio.

Rñeo Sacra convenire unice cum verbis magicis quatenus neutra habent influxum physicum in effectum: differe vero dupliciter: 1o ex parte effectus, quia Sacra ordinantur ad producendam gratiam formalem; verba autem maleficii ad effectum naturalem. 2o ex parte virtutis, nam verba veneficii nituntur pacto cum Daemone, qui solet veneficium facere; unde verba illa non movent daemonem, sed sunt mera conditio, qua posita, Daemon ex aliis motivis ac causis moralibus excitatur ad operandum: at verba sacramentalia nituntur promissione Dei, quae deficere non potest, et habent ex se composita divina institutione vim ad movendum Deum, eo quod sint verba et operationes Christi D. Cap. 5i argumentum ex differentia inter Sacra vetera et nova ab aliis difficile solvit a nobis facile.

Octavum fundamentum. Patres et Concilia maxime Florentinum et Tridentinum saepe a nobis allegata, docent nostra Sacra differre ab antiquis in causalitate gratiae; sed non in morali, quia haec omnibus est communis; ergo etiam physica. Probatur minor: quia circumcisio et remedium illud naturale institutum in lege naturae ad delendum peccatum originale saltem in parvulis, conferebant etiam moralem gratiam ex opere operato. ——— Ut se ab hoc argumento expediat Cardinalis de Lugo impense laborat a n. 68. ad 92. per integras sex paginas et duodecim columnas; ipse enim admittebat et diximus disputatione 2. cap. 5 Sacra antiqua fuisse causas gratiae imo talem gratiae causalitatem ut praedicatum essentiale apponit in ipsa definitione Sacri in communi. Nos vero qui aliter Sacramentum definivimus, et Sacra vetera nullibi asserimus causas gratiae, facile solvimus praesens argumentum.

Rñeo igitur negando minorem. Ad probationem dico, nulla Sacra Mosayca, imo nec circumcisionem, causavisse moralem gratiam ut dicam disputatione sequente cap. 2. Utraque Sufi

sufficienter diguunt SSta nostra a Mosaycis, qd haec n̄ contulerint etiam moralr gram, secus illa. Sed omitto, qd circuncisio, et reliqua SSta Mosayca, contulerint ex opere operato gram; admitto insuper libentissime eam collatam fuisse per remedium illum generale in lege natura, ut dicam disp. sequenti Cap. 2. initio, et in superioribus dictum ad doctum manet. adhuc in assero SSta antiqua, et illud remedium generale, n̄ fuisse causas morales grae, sed conditiones; nostra vo SSta esse n̄ conditiones, sed causas morales.

Pbo desumit ex discra causae moralis a condit.ne causa n. moralis ē, quae vere movet ad operandum; conditio vo dr, quae n̄ movet ad operandum, sed tm talis ē ut ea posita, ex aliis motivis excitet agens ad operandum; at qui SSta Evangelica, cum sint actiones Xpi, movent Deum ad dandam gram ex merecitis ipsius Xpi; et SSta vetera, cum n̄ essent actiones Xpti ut pote n̄ dum existendi n̄ movebant ad dandam gram, et si iis SStis positis, moveret Deus ad eam dandam o merita Xpti; go merita Xpti et nostra SSta erunt causae morales gratiae, SSta vo vetera, et illud generale remedium, erunt solum conditiones.

Expelo drina fiet dilucidior. Si Dominus iuberet servo, et quoties horlogium sonet, det Petro nummum aureum; tunc pulsatio timbali erit mera conditio, n̄ vo causa moralis nummi dandi; nam licet servus n̄ det nummum, nisi sonante timbalo, n̄ tm movet a campana sonitu, sed posita hac condit.ne movet, et excitat a praecepto Domini, qd solum ē ca moralis motiva. Nunc ad rem nostram.

SSta antiqua, omisso qd confferrent gram ex operato, et remedium illud generale legis nae conferens sine dubio gram ex opere operato saltem

Parbuli, assimilant sibilationi timbali, non praecepto Domini, ideoque non fuerunt causae morales gratiae, sed conditiones. Ratio est: quia Deus promisit, positis illis sacramentis, dare gratiam propter merita Christi venturi; sed haec merita, et promissio divina, erant causa moralis movens Deum ad dandam gratiam; sacramenta vero non movebant, quia ipsa non habebant in se vim ad movendum Deum, cum essent egena, inania, et vacua elementa, prout apellantur ab Apostolo; ergo sacramenta vetera solum erant conditiones ad dandam gratiam.

At sacramenta Evangelica sunt causae morales, quia ipsa habent vim movendi Deum; sunt enim actiones, et operationes Christi: quare sicut preces Christi movebant Deum ad patranda miracula, sic operatio sacramentalis habet eandem vim; omnia quippe sacramenta novae legis, a quocumque ministro fiant, fiunt nomine Christi, qui operatur per illum ministrum et utitur illis rebus, ac vocibus ad loquendum cum Deo, et ponendum effectum sacramentalem gratiae, iuxta illud Pauli 1a ad Corint. 4o. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatorem misteriorum Dei.

Confirmatur 1o: quia licet in sacramentis antiquis daretur etiam gratia (si qua in illis dabatur) propter merita Christi; ipsa tamen sacramenta non erant, nec poterant esse actiones Christi, qui cum nondum esset, non poterat habere ministros, qui eius nomine operarentur, et per quos ipse diceretur operari. aliunde vero licet eae actiones fierent nomine Sinagogae, seu Ecclesiae Hebraeae, non poterant ab illa habere vim ad impetrandam gratiam, nec Deus respiciebat merita Sinagogae ad eum effectum gratiae infallibiliter iure ponendum: quare tota illa ut sacramentorum executio, tam in lege naturae, quam in lege mosayca, manebat intra terminos merae conditionis: sicut sonitus machinae vocalis mediantis temporae ad dandum nummum aureum ex Domini iussione, seu praecepto.

Confirmatur 2o hactenus tradita doctrina, et discrimen inter Sacramenta Legum naturae, Scriptae, ac Novae: quia ideo Sacramenta Evangelica saepe dicuntur a Patribus valide plena; quia s. continent pretium Meritorum Christi, a cuius dignitate accipiunt dignitatem, et valorem ad impetrandum id, quod per illa Christus postulat. Sacramenta vero vetera dicuntur inania; quia non continent praedictum valorem in se; unde ipsa non movent ad dandam gratiam; etsi fuerint conditiones, ut ipsa merita Christi praevisa a Deo ipsum excitaverint ad gratiae elargitionem.

Hanc viam discriminandi Sacramenta vetera a novis, debeo Cardinali de Lugo. Contra quod discrimen multa ipse exercitationibus late congerit, et solvit feliciter: cui sic sedeo. Sed miror vehementissime, quare doctissimus vir in praesenti doceat Sacramenta vetera non esse causas gratiae, sed conditiones; cum dixerit L. 1. sect. 2a. no 23. pertinere essentialiter ad rationem Sacramenti, quod sit causa gratiae; et no 27. expresse doceat Sacramenta vetera fuisse causas gratiae. Numquid potest quidquam esse essentiale generi, et non speciebus? aut potest aliquid esse causam simul ac conditionem? Utrumque est impossibile. Quorum si admittatur, corruit, et emolitur tota machina differentiae inter Sacramenta vetera et nova, quam ipse auctor duodecim columnis ingeniosae molis fundat, et construit. Duo igitur in praesenti praesto: Illustrissimo Cardinali gratias ago pro tradita de ipsorum Sacramentorum differentia, etsi defaecata (ut apparet) infelici inconsequentia. Quorum gradus doctrinae dono, quo instruor, in consequentiam facilis Cardinali condono. Cap. 9. Iudicium de iis, quae alii exposuere in praesenti dicuntur.

Diximus Sacramenta Evangelica de facto non causare gratiam physice, sed moraliter ut instrumenta, quatenus ad dandam gratiam non movent Deum per virtutem sibi propriam, sed ab extrinseco acceptam ex institutione Christi. Diximus insuper causalitatem physicam non competere de facto Sacramentis etiam si quodlibet possit ellevari ad quodlibet physice producendum et licet quodvis possit operari indistanti. Modo iubat exponere quid de possibili tenendum sit, et an ea, quae omisimus queant admitti, et tandem quid sentiamus de potentia obedientiali.

Dico igitur 1o potentiam obedientialem esse quandam aptitudinem in creatura, per quam Deus potest uti illa ad faciendum aliquid supernaturale, aut miraculosum, quod a creatura cum solo communi concursu illi Dei non posset fieri. Et quidem haec obedientialis potentia realiter est ipsamet entitas creaturae, seu ipsa creatura, quae est subiecta Deo, ut inserviat illi ad faciendum quod aliter se sola cum solo concursu generali Dei non posset efficere. Hinc sequitur, ut detur potentia obedientialis in aliqua creatura, omnino requiri ex parte huius aliquam virtutem quantumvis in coatum atque imperfectam, seu aliquam proportionem in ratione virtutis quantumvis deviter creaturae ad effectus: ita ut Deum illam ellevaret, sit extrahere creaturam ad faciendum id quod se sola non poterat efficere, et supplere defectum virtutis creaturae per aplicationem omnipotentiae divinae.

Dico 2o: falsum est posse ellevari quodlibet ad physice instrumentaliter producendum quodlibet. Probatur 1o: quia in causa creaturarum possibilium possibilis est aliqua, quae non habeat eam proportionem et virtutem in coatam atque imperfectam, ut queat ellevari a Deo; et consequenter in creaturarum possibilium republica, seu universitate possibilis est aliqua creatura, quae nequeat ellevari a Deo, non defectu ipsius Dei, sed defectu ipsius creaturae ineptae et improportionatae ut ellevetur; atque ut falsificetur ... universalis afirmativa quodlibet potest ellevari,

sat e verificet p.p.° particularis negativa aliquid n. potest ellevari ut patet; ergo etc. Maior ostenditur ex praecedentibus adversariorum rebus, et implicantias, quas ipsis incumbit assignare, et nobis dissolvere; quod facile evidenter praestabimus, si eas ii praesent.

Ostenditur 2°: qa proportio et virtus vincoata e aliquod praedicatum creaturae, ut patet; ergo vel transcendens, vel peculiare: n. transcendens, qa in praedicatis transcendentibus aeque conveniunt creaturae inter se, quam cum Deo, Patre, filio, et Spiritu Sancto; qa in ratione entis univoce conveniunt Deus et creatura, ut communis sententia docet, quam in logica semel et iterum dedi; et tamen creaturae n. possunt ellevari a Deo ad producendum Patrem, filium, et Spiritum Sanctum; ergo ratione praedicati transcendentis n. sunt sufficienter proportionatae creaturae ut ellevent ad producendum quodlibet aliud. Rursus illud praedicatum nequit esse peculiare. 1°: qa quod e commune omnium creaturarum nullius e peculiare; atqui iuxta adversarios haec potentia (ut ita loquar) obedientialis e praedicatum commune omnium creaturarum; ergo n. e ulli earum proprium, seu speciale, et peculiare. 2°: qa dato quod esset praedicatum peculiare et n. transcendens, n. video cur implicet de divina potentia quidam homo cum omnibus praedicatis transcendentibus genericis, et specificis, quae hic homo praesens, solo excepto illo peculiari praedicato potentiae obedientialis instrumentalis.

Dices 1°: Creaturam n. habentem praedictam potentiam obedientialem ~~foret creaturam~~, fore creaturam et n. fore; 1um qa sic supponimus; ~~qa~~ 2um qa creatura e ita subiecta Creatori, ut ea utatur quasi instrumento ad faciendum quidquid n. implicat contradictionem. Cum n. Deus sit supremus omnium Dominus, ~~et~~ habeatque potentiam infinitam, indubitanter fatendum e, Deum uti posse quavis creatura pro suo nutu et arbitrio ad faciendum, quidquid n. implicat; alioqui n. videret supremus Dominus, neque diceret virtutem habere infinitam, sed limitatam ac finitam.

Resp. n. sequi 2um: qa creatura solum subiicit

Deo ut illa utat, ad faciendum ea quae aliqualiter potest, non vero ea, quae nullatenus potest: neque hoc est contra supremum Dominium, et infinitam potentiam Dei. Et quidem rogo adversarios, an albedo ita subiiciatur Deo, ut ea possit uti ad denigrandum, et nigredo, ad dealbandum? Negabunt sine dubio; quia ad illa inepte, et improportionatae sunt ad eos effectus formaliter praestandos, et Deus rerum essentias nequit pervertere. Ergo si aliqua creatura esset omnino inepta et improportionata effective, ex defectu virtutis etiam imperfectissimae, ad physice producendum v.g. Angelum, non ideo minueret fingeret subiectionem divinam, nec divinum dominium diminueret, neque divina potentia fieret limitata.

Rogo 2o adversarios, an Deus possit praecipere albedini quod denigret, et an dato per impossibile imperio divino posset albedo obedire? Negabunt utrumque procul dubio. Nunc ergo: Deus per vos o adversarii, non potest quodlibet iubere cuilibet; ergo nec quodlibet potest obedire ad quodlibet. Patet consequentia: quia ubi abest iussio, non adest obedientia, sed abest iussio illius divina ad quodlibet; ergo abest obedientia illius creata cuiuslibet ad quodlibet. Dices, non dari iussionem divinam illam ut gratia cuivis singulae causae formali praestet quemvis effectum formalem, sed illum quam potest; et ideo albedinem solum subiici Deo ad dealbandum, non ad denigrandum: at dari iussionem illam divinam ut cuivis creatura singulae causae efficienti instrumentali praestet physice quemcumque effectum. Contra: quia gratis ea pro divinatione adstruit haec illius iussio ad efficiendum, cum non detur ad denominandum; non dari quia potest forma esse inepta ad denominandum; nam sicut haec ita illa non dabitur, quia potest creatura esse inepta omnino ad efficiendum.

Dices 3o: Deus nequit supplere defectum causae formalis, et ideo sine nigredine nequit efficere quod subiectum nigricet, quamvis ibi illi albedinem attingat; at potest supplere defectum causae efficientis, pro videlicet

efficere qd aqua vga producat gratiam, quamvis aqua nullam ex se virtutem habeat ad gratiam, qa ipse Deus supplebit virtutem aquae applicando suam infinitam omnipotentiam et virtutem. Contra: qa si aqua ex se nullam habet virtutem etiam tenuissimam ad producendam, nec a Deo participat ullam virtutem ad gratiae productionem physicam, videtur mihi esse gratiam non produci physice ab aqua, sed a solo Deo ad praesentiam aquae. Quemadmodum accidens vga calor, non produceret instrumentaliter physice substantiam ignis B, etiam in consortio ignis A simul principaliter physice immediate concurrentis, nisi ipse calor ex se haberet aliquam virtutem saltem imperfectam ad producendum ignem B, vel illam acciperet intrinsece ab igne A. In praesenti vero dicunt contrarii quodvis posse elevari ad quodvis praecise per potentiam obedientialem, sine antiqua possessione ~~[illegible]~~ alicuius virtutis etiam imperfectae, et sine nova virtutis infusione.

Ais 2o: Creaturam non habentem potentiam obedientialem ad quodlibet fore subiectam Deo, ut supponimus; esse non fore, qa retardaret Deo resistentia proterva et contumaci, in producendo creaturam, quam Deus vellet producere eius interventu. Respondi supra non sequi: tum qa Deus id velle nequit; tum etiam qa non subiici ad impossibilia, subiectionem divinam, ac dominium non infringit. Et quidem adversarii perfectissime divino dominio subiacent, et non nequeunt manentes homines simul fieri tauros, ut fateri debent necessario, nisi vellint adstruere se posse esse monstra, ex quo nobis licebit eos vocare potius Centauros.

Ais 3. Creaturam non habentem potentiam obedientialem physicam ad quodlibet fore ens ut supponitur, esse non fore, qa ratione entis sufficienter proportionatur ad producendum quodlibet aliud ens. Respondi supra id esse plus quam falsum, qa Spiritus Sanctus et creatura, sunt entia; et non creatura nequit elevari ad producendum

ipsum Sanctum. Dices: ens creatum ut tale proportionatum esse ad producendum quodvis aliud ens creatum: proinde et praedictam creaturam futuram ens creatum ut supponimus et non futuram ens creatum, quae requiret producere quodvis aliud ens creatum. Nego, ens creatum, solum addere supra ens actionem, qua ipsum producit. Ex actione autem praecise, qua homo vg. producit, non proportionat ad aliud producendum; ergo ens creatum nec ex ratione entis, neque ex ratione producti proportionat etiam imperfecte ad quodvis aliud producendum.

Dico 2: Incertum est an materiae et formae sacramentorum de facto existentium, possint a Deo sub alia providentia ellevari ad producendam gratiam. Ratio est: quia licet possibilis sit aqua (idem dic de Crismate, Oleo, et reliquis materiebus ac formis sacramentorum de facto existentium) quae habeat virtutem et proportionem aliquam ut elevari queat a Deo ad producendam physice gratiam: at possibilis etiam est alia aqua a prima specie distincta, quae tali virtute ac proportione careat proinde et impotens ut ellevetur. Cuius utriusque aquae possibilitas sufficienter suadetur ex earum non implicantia, et adversariorum argumentorum solutione: atqui omnino ignoramus, an aqua de facto existens sit 1a. 2a, quia id ex revellatione nobis non constat, neque ex ratione a priori, cum aquae naturam apriori non calleamus; neque ex ratione a posteriori, seu ab experientia, quia numquam experti sumus gratiam ab hac aqua physice productam, neque experti sumus gratiam ab aqua non posse produci; ergo omnino incertum est an aqua, et materiae, et formae sacramentorum de facto existentium, possint divinitus ellevari ad producendam gratiam: totumque conditionaliter nobis respondendum est, si aqua nostra existens sit 2a, nequit; si 1a, poterit.

Obiicies. Et quidem in hac materia solis atque

festivâ. Ni implicat quodlibet posse elevari ad quodlibet; ergo de facto sp[irit]ua elevantur ad producendam physice gratiam. Nego minorem antecedentis. Dices: assigna implicantiam. Resp[ondeo]: quia non implicat aliquid non posse ellevari ad quodlibet. Negas. Insto: assigna tu implicantiam, qua nequeat a Deo produci creaturam quantulacunque virtute, et proportione etiam imperfectissima in roe virtutis, ad producendum quodlibet. Ecce implicantiarum petitione utrinque contendimus. Tu implicantiam non assignas, obquam repugnet aliqua creatura, quae nequeat ellevari ad quodlibet phisice producendum. Ego vero in meo 1º quodlibet posse ellevari ad quodlibet implicantiam assigno, scilicet potentiam esse ... a quo dico velle naturam non potentem ellevari ad quodlibet, quae sufficit ad satisficandam illam meam 2ᵐ vellem affirmativam; secus istae contradictoriae quodlibet posse ellevari ad quodlibet, aliquid non potest elevari ad quodlibet essent simul verae; tum quia non assignas implicantiam; tum, quia eam vt veram defendis.

Doctrinam hanc non tam disputasse, quam insinuasse nosciar circa obedientialem potentiam; quam sparsim in mea philosophia Hispali, ac Malacae, non nulli ab hinc retroactis annis dictatam, et ab aliis huius provinciae antiquiorum Magistris edoctam, miror, hisce diebus a quodam iubene praecepto dici novo primo traditam. Sciat ergo, veneranda canitie apud ipsum senescere doctrinam apud antiquiores Magistros feliciter ortam, et viriliter adductam, atque educatam.

Dico 4º. Si quando sp[irit]ua producerent physice gratiam, eam possent mediantibus operari. quia sic physice in adequate immensum potest aliquid producere mediantem, etiam nihil producendo in medio dum non contiguatur alteri concausae; sed sp[irit]ua in eo casu

essent ss. physicae in aliquam gratiae consequentiam (liceat sic eloqui) sive potius penetrare cum altera principali physica concausa, nempe Deo qui ab aeterno in qua producenda est gratia, nequaquam distat; ergo quando sacramenta producerent physice gratiam, eam possent in distanti producere. Consequentia tenet. Minor patet. Maior suppono ex lib. 2. phys. ubi eam probavi exemplo arborum aeque ardentium, linea recta nos versus collocatarum, ex quarum una calorem in nos producit, quin agat in arborem 2am sociam, alioqui simile aget in simile. Et quidem calorem a sua produci potest, tunc quia iis in maiori distantia producitur; tunc etiam quia illum intensiorem experimur; quam si a 2a arbore produceret. Ergo quando nam sacramenta conferant gratiam. in tempore, an in instanti?

Sermonem non instituimus de gratia spirituali, pro ut dicit specialia auxilia ad singulorum sacramentorum fines consequendos; quia opus non est ut auxilia haec tribuantur tunc, quando sacramentum perficit; satis enim est si dentur eo tempore sive instanti quo adest occasio et opportunitas operandi. Quaestio igitur solummodo procedit de gratia habituali, et caractere; hi enim effectus videntur omnino dandi tunc, quando fit, confertur, percipit, sive recipit ipsum sacramentum. Caeterum eadem difficultas est de conversione panis et vini in corpus et sanguinem Christi Domini, quae conversio fit per verba consecrationis; eadem enim est ratio de illa conversione, quo ad hoc, ac de producenda gratia habituali et caractheris. A qua controversia, quae plurimum philosophica est et maxime implexa paucis me expedio: quia eam late, docte, et ingeniose agitarunt

vellit, legat Cardinalem de Lugo disp.e 4. tota sect. 6.

Dico itaq. 1o: In sa Zenonistarum de Compositione Continui successivi nempe motus ac temporis, gra habitualis, et character, conferuntur in illo instanti, in quo ponitur ultima pars perficiens seu complens essentiam sive illius pars ultima perfectiva et completiva essentiae ut pars materiae, sive ultima silaba verborum incipiens intrinsece esse prolata, ita ut faciat perfectum sensum. Pbo 1o: nam cum in ea sa tempus componatur ex solis instantibus finitis, necesse est venire ad aliquod instans, in quo ita sit tam posita perfecte, et in quo verba sint iam prolata perfecte, cum antea non essent, et tunc essentiam perfecte iam existens suo effectu infallibiliter habet. Iuxta hanc sam nulla in hoc puncto difficultas manet. fateor: eligit subscribite, si otium amatis. et maiori in pretio vobis Zeno, quam Arist. et Doctor Angelicus.

Dico 2o: In sa omnium Platonicorum Peripateticorum, Nominalium, Thomistarum, Schotistarum, ac Jesuitarum, in universum, de Compositione temporis ex infinitis punctis, et ex partibus divisibilibus in infinitum, dificilime explicatur ac decidit praesens dificultas. Pbo 1o: qa in hac coiss.a sa essentiam sicut et alia entia successiva, debent absolute incipere per 1um non esse, ita ut in instanti terminativo verum sit dicere nunc essentiam non est, et immediate antea fuit: in autem instanti non potest produci gratia, qa iam tunc non exitit essentia, sed existit: at essentia dant gram, quo vere sunt. Deinde in tempore antecedente ad tale instans non potuit produci gra, qa haec est res permanens; solo res permanens producitur tota simul et absq. successione, et incipit per 1um sui esse, atq. adeo in instanti intrinseco; quod iuxta hanc sam videtur gra nec in tempore, nec in instanti posse produci.

His tamen non obstantibus duo mihi videntur sum-
me probabilia, nec multum difficilia, quae defendantur.
1.um gratiam produci posse in tempore immediate ante instans:
quem ad modum dixi in physica posse produci rem per-
manentem in tempore non adequate, sed in adequate
accepto, nec ita inadequate quin inadequatius; ita
ut nulla pars illius temporis assignari possit, quae
tota et adequate consumpta fuerit in productione gratiae;
sed minor et minor sine termino, sed tamen ante ins-
tans ultimum. 2.um dicite, si lubet cum Patre
Vasquez hic disp.e 132. cap. 4. Baptismum causare gratiam
in illo instanti, in quo iam non existit. Ratio esse potest,
quia cum solum ponamus causalitatem moralem Baptismi
in gratia nulla repugnantia est, quod causet moraliter nunc
id, quod nunc non est: sicut enim etiam scientia potest moraliter
causare id, quod erit; et tamen quod erit, non dum est,
pro ut causabant merita Christi futura, ante quam essent.
Si tamen hanc viam Patris Vasquez in-
grediamini, ut potestis facilius; duo vobis futura sunt,
cum praedicto auctore. 1.um, quod si homo vivat toto
tempore antecedente, dum baptizatur, et moriatur
ultra in illo ultimo instanti, ita ut tunc non
sit homo, verum sit dicere, quod talis homo fuerit Bap-
tizatus, et acceperit totum Baptismi, et tamen non
fuisse iustificatum, nec salvandum. Ratio est, quia licet
hic homo aliquo modo receperit Baptismum, illum tamen non re-
cepit ut Baptismum completum; nam usque dum successivum
(de quo in praesenti loquor) intelligatur ve-
nire ad illud ultimum tractivum, non intelligitur Baptismum
positive finitum, atque completum; at solum Baptismum tamen
perfectum, finitum, et completum, est quod iustificat
et salvat; ergo nil mirum quod is homo tunc non iu-
stificaret, nec salvaret, siquidem non recepit Baptismum
finitum, perfectum, et completum.

Quum haberi deberi, fras Sacramentorum v.g. ego te absolvo non verificari pro tempore praesenti in quo proferuntur, sed pro instanti immediate sequenti, postquam loquitur sacerdos, et ideo dicere valeris sacramentum significare gratiam ut conferendam de futuro, idest non eo tempore praesenti, quo sacramentum existit, sed in eo instanti immediate secuto ad sacramenti positionem. Et quod dicis sacramentum significando causare gratiam, intellige, causare non pro eo tempore quo existit physice, sed pro eo instanti secuto ad sacramenti physicam existentiam. Nec iudico inconveniens fieri posse aliquando contingere, quod sacerdos proferret totam formam absolutionis in tempore, moreretur vero in illo instanti terminativo sequenti, in quo tamen ipse nihil operatur physice, et tamen morale liberaret et absolveret homo a sacerdote homo a sacerdote mortuo, et inciperent verificari verba, seu hic esse verificatio, quando tum sacerdos esset mortuus. Haec sufficiat insinuasse pro tuenda causalitate gratiae a sacramentis, in re difficili. Thesis Sancti Thomae de compositione Continui. Dispo 27. An sacramenta veteris contulerint gratiam? Cap. 9. aliquod sacramentum legi non gratiam conferebat, nullum Mosayce.

Dico 1o: Sacramentum illud legi naturae, seu remedium illud generale pro mero iustificandi adeo institutum, quod esse sacramentum supra diximus, gratiam conferebat. res certa est, et eam saepe attigimus, maxime disp. 27 Cap. 3. et 4. Nec aliud addendum occurrit.

Dico 2o: Nullum sacramentum legi Mosaicae

5

Conferebat proprie gratiam. sic docent S. Tho. Bellarminus, Nuñez, Silvester, Suarez, Arcangelus, Marchant, Valsquez, Valentia, Henriquez, Reginaldus, quos citant et imitatur Bonacina [struck through] puncto 1. n.º 6. et Leander disp. 3. q. 9. Probatur 1º ex Tridentino, et Florentino saepe citatis maxime disp. 2. cap. 2. docentibus sacramenta antiquae legis non contulisse gratiam, sed etiam conferendam per Christi passionem figurasse. Probatur 2º. quia hoc est speciale discrimen, et excellentia nostrorum sacramentorum a sacramentis legis antiquae, quod haec non causaverint gratiam, nostra vero eam causant.

+ hic disp. 2. q. 4.

Probatur 3. quia ex certis duobus sacramentis scilicet Circumcisione, (de qua maior dubitatio est, quam resolvemus dubio sequenti) et illo generali remedio in lege naturae ad delendum peccatum originale, de reliquis sacramentis, sacrificiis, et caeremoniis legis veteris, sive Mosaicae, certum est non habuisse efficaciam conferendi gratiam, ut docet Leander ibi n.º 1.; licet immerito opositum intimaverint Magister, Hugo, et Durandus, apud quos Henriquez hic l. 6. 1. cap. 25. n.º 6. opinantes, omnia sacramenta veteera contulisse gratiam ex opere operato, et per modum sacramenti.

Dico 3. Circumcisio non Conferebat gratiam. Ita videtur sentire S. Tho. et expresse docent Capreolus, Vega, Ledesma, Ferrariensis, Cano, Ochagavia et ex Societate Jesu Patres Vazquez, Coninck, Cardinalis Bellarminus, et quam plures recentiores, quos refert Cardinalis de Lugo hic disp. 5 sect. 2. n.º 11. sequitur vero sect. 3. n.º 40. similiter eos et alios citat, et sequitur Leander disp. 3. q. 10. Probatur 1º ex sacra Pagina, quae saepe insinuat Circumcisionem non causasse gratiam. loca refert Lugus n.º 12.

iustorum & tacendum, ad Rom. 3. Ex operibus legis n. iustificabitur ōis caro coram illo, nempe Deo; sed circuncisio erat opus legis; g.o etc. Prob. 2. ex Patribus Iustino, Ireneo, Epiphanio, Ambrosio Chrisost. Tertulliano, atq. ex Philone, et Ioseph, quorum testimonia refert Suarez a nº 24 Ir tonlio Cir cuncisionem n. contulisse Iudeis gratiam iustificantem. Prob. 3. ex Conciliis, florent. ac Trident. relatis ab eodem autore nº. 20. et a nobis alibi, definientibus ss.ta legis antiquae n. causasse, sed solum eam dandam per Xp̄tum figurasse.

Prob. 4º ex variis roibus, quas praeiegati Ecclesiae Patres suis testimoniis attingunt. 1aº: q.a feminae in lege mosayca sine Circuncisione ab originali emundabantur; g.o fidendum nario ē, remedium legis nãe adhuc post praeceptum circuncisionis conservasse pristinam vim. 2a: q.a praeceptum Circuncisionis n. obligabat n. descendentes ab Abrahamo, ut patet; g.o illi poterant iustificari per aliud remedium legis nãe. Prob. coa: q.a aliàs remedium nullo ex capite videtur perdidisse suam pristinam vim, et efficaciam ac efficaciam ad iustificandos Iudeos. 3a: q.a sane Pueri Gentilium essent melioris conditionis, quam Pueri Populi Iudaici, qui tunc erat Dei Populus. Prob. sequella: q.a Circuncisio n. poterat adhiberi ante octavum diem, g.o Pueri Hebrei, qui ante illum diem vitam cum morte commutarent, n. poterant iustificari, atqui filii Gentilium possent per remedium legis naturae salvari, g.o filii Ethnicorum melioris conditionis essent, quam filii populi Dei.

Ultima vero: Circumcisio in casu necessitatis diu differebatur; imo in deserto per quadraginta annos Hebrei non sunt circumcisi, vae infantibus ut aliqui volunt; et alia ex ca: sed nequit credi, pueros omnes non longo tempore perseverasse in peccato annuentibus eorum Parentibus; damnatos quod fuisse omnes tunc morientes; ergo credendum est illis tunc esse provisum remedio naturae, adhuc pro Iudeis perseverante — scio, his nostrae sententiae fundamentis sex solutiones excogitatas esse ab adversae factionis Patronos eas omnes omitto, quia longum esset refferre et refellere: utrumque late et egregie praestat Suarez anno 22. ad 39. eum, si libuerit, atque vacaverit, poteris consulere.

Omnes Sancti, Aug. Greg. et Ambros. Prosperum, Fulgent. Bedam, Bernardum, Hugonem, Victorinum, Innocentium, quae apperte afrirmant per circumcisionem datam fuisse gratiam ex opere operato, non illam physice, aut moraliter causando, sed ex infallibili decreto, et promissione Dei: quae est contra sententiam nostrae contraria, et tandem apud Theologos celebris, quam tenent Alexander, Bonav. Durand. Paludanus, Maior, Marsilius, Olandus, Soto, Ruiardus, Argentinas, Scotus, Vivaldus, et ex societate Iesu P. Suarez. P. Acosta, P. Pereira, P. Vazquez, P. Lorinus, P. Valentia, P. Salas, P. Granado, Quos refferunt loquens anno 4. et Leander q. 10. Imo Ovandus ait esse de fide, quod per circumcisionem remittebatur peccatum Originale. Durandus, atque Sotus afrirmant oppositum esse contra dicta omnium Sanctorum Patrum, et Scholasticorum. P. Suarez asserit, id non posse

num sine temeritate negari.

Quod cum Cardinali de Lugo illa disp. 5. sect. 3. utramq. sam, nostram, et adversariam, eo nisi auctoritatis pondere, ut cogamur Patres, et Concilia, quae pro utraq. sa. afferunt, in unam et eandem sam. revocare. Dico igitur cum Auctoribus citatis (his verbis) circumcisionem ex sua indole nullam vim habuisse iustificandi, seu tollendi peccatum Originale, sed solum fuisse datam in signum et Characterem Populi Iudaici, ac fideli, ut ex Scripta, Conciliis et Patribus docet nostra 1a. sa. Cum hoc tamen stat, quod tenent Patres relati a 2a. opinione, scilicet in Circumcisione, et per Circumcisionem Parvulos regulariter fuisse iustificatos; quia nimirum remedium legis naturae, quod applicari debebat aliquo signo externo, quod esset protestatio fidei internae de Christo venturo, ut attigimus sect. praecedente disp. 14. Cap. 4. regulariter etiam applicabatur per ipsam Circumcisionem, ut unâ et eâdem actione duplici praecepto satisfieret.

Debebant enim Parentes ex uno capite suis parvulis applicare remedium, seu ipsum legis naturae expiandos illos a Culpa Originali; quod fieri debebat applicando fidem Christi venturi aliqua actione externa: debebant aliunde ex Divino praecepto Abrahae intimato, et renovato in lege Moysis, Parvulum octavo die circumcidere. Utriq. ergo obligationi simul et semel satisfacere volentes circumcisionem ipsam assumebant applicandam fidem Christi venturi suis parvulis, et ad mundandos illos a macula Originali. Foeminis autem idem remedium praestabant aliqua alia actione externa circumspectas exhibita; sicut et Masculis etiam, qui

ante octavum diem periclitabant. t. qui die octavo propter morbum t. aliud impedimentum circumcidi n potevant.

Cum n. utrunq illud ss.um Circumcisionis, et remedii legis nae, gravissimum esset, et solemniter deberet celebrari, coniungebant in unam creandam solemnitatem utrunq ritum, qd cedebat in maiorem honorem ipsius Circumcisionis, quam ea roe celebriorem reddebant, et in notitiam magis publicant, et certam expiati Parvuli; cui media Circumcisione, et sigillo permanenti, ac impresso remedium peccati applicabat. Sic etiam duobus aliis praeceptis diversis una actione solebant satisfacere, ad vitandas duas solemnitates. Unum n. erat praeceptum purgationis faeminae post puerperium, qd quidem nato masculo, explere debebant die quadragesimo, nata vo faemina die octogesimo. alterum erat praeceptum offerendi primogenitum Deo, et reddimendi illum quinq siclis. et licet hoc 2um praeceptum n haberet tempus praefixum, utriq tamen simul, et semel satisfaciebant ut constat ex Cap. 2. Luce.

Sic etiam utrunq illud ss.um Circumcisionis, et remedii generalis pro Parvulis, in eandem actionem Hebrei coniungebant maiori solemnitati et commoditatis gratia; quamvis uni soli, nempe circumcisioni, praefixus esset dies in lege. Sicut nunc etiam fideles utriq precepto, Confesionis s.l. et communionis annuae eodem tempore satisfaciunt, licet Communioni sole praefixum sit tempus Paschale in precepto, n vero Confesioni, quae fieri posset qualibet anni die, sed commoditati gratia utrunq preceptum eodem tempore adimplent: sic etiam faciebant Iudei. Unde merito Patres quorum meminit obiectio, afirmant, s.l. notius

supponunt, in Circumcisione, ac per Circumcisionem iusti-
ficatos nimirum parvulos a culpa originali, quia erat ri-
tus externus aptissimus ad significandam fidem Xpti
venturi; quam aliam rem similem externam actionem
requirebat illud generale parvulorum remedium.

Dixi aptissima, quia (teste Ruperto) ideo in
ea Corporis parte, quae generationi deservit, fieri prae-
cipiebatur a Deo Circumcisio, ut sic profiteretur fides Xpti
venturi ex semine Abrahae, ob quam fidem iusti-
ficabantur parvuli. Maneat igitur, solam Circumci-
sionem, secundum a remedio legis naturae, et ad di-
stinctum sacramentum a tali generali remedio non contulisse
gratiam ex opere operato, quod nostra 1a pars contendit, et
si ut coniuncta illi remedio, et unum sacramentum simul
cum alio constituens, gratiam contulerit, quod Patres pro
2a opinione allegati solum contenderunt, et nos non nega-
mus. (Hoc etiam debeo Cardinali de Lugo, qui etiam
ex Suario 4or argumenta proponit, ac solvit a n° 43. con-
tra praefatam doctrinam; iis nunc abstineo, quia non praetereo
plura alia ibidem servat hic erudite idem Author,
quae tradere nostra scripta brevitas non permittit.

Cap. 2

In nullis rogationibus circa sacramentum Circumcisionis respondet.

Supposito, quod in aliquo sensu concessum a nobis sit
Circumcisionem aliquo modo habuisse vim causandi gra-
tiam, ac delendi maculam hereditariam; rogatur 1°.
an ad hunc effectum, et ad valorem sacramenti necessaria esset
fides in ministrante illud sacramentum parvulis? Ideo affir-
mative cum S. Tho., et aliis quos refert Lugo, disp.
9. sect. 4. n° 98. Ratio; quia Circumcisio ex propria in-
stitutione non erat sacramentum iustificans, sed solum ad iusti-
ficandum conducens, quatenus assumebatur pro materia sacramenti
legis naturae; sed hoc sacramentum non iustificabat, nisi quate-
nus erat protestatio fidei internae, quae parvulo ap-

applicabat: qd. a fortiori nec circumcisio poterat iustificare absque illa fide: Quod tenet, ex praemissis et superioribus constat.

Rogabis 2°: an eodem modo, quo circumcisio operabat gratiam, illam operatura fuerit ex opere operato, an ex opere operantis? — Dico dedisse gratiam ex opere operato. Ita Lugus nº 99. Ratio est: quia ea locutio solum significat exclusio operis operantis, seu meriti, hoc est, ut ea detur intuitu solum alicuius meriti condigni, vel congrui; nam licet regulariter interced. fides, quae esset meritoria de congruo, aliquando etiam poterat intervenire fides non meritoria; et deficiente fides meritoria, adhuc gratia non conferebat intuitu solius fidei, sed intuitu etiam operis externi, sine quo illa gratia non confferret. — Confirmatur: quia id sufficit ut dicatur gratia conferri ex opere operato. In sacramento Poenitentiae gratia datur ex opere operato, licet datur intuitu poenitentiae internae, quae est meritoria de congruo; quia datur non datur solo intuitu illius, sed intuitu etiam operis externi, sine quo non daret.

Rogabis 3°: an circumcisio eo modo, quo conducebat ad iustificationem parvuli, dicenda sit causa illius iustificationis, ac gratiae; an solum conditio? — Dico 1° loquendo in sensu formali, non erat causa, nec conditio ad conferendam gratiam: quia circumcisio formaliter ut talis ex sua institutione non erat ad gratiam ullo modo conferendam, sed ad signaculum Populi Dei. — Dico 2°: circumcisio in sensu materiali potius erat conditio ad iustificationem, quam causa. Probatur: quia cum circumcisio non esset actio Christi, quod idem dicendum est de sacrificio seu remedio illo generali legis naturae pro parvulis, non habebat vim ad movendum Deum qualem habent nostra sacramenta, eo quod sint operationes Christi; facta sit a Ministro, eo quod sit, tanquam a Ministro Christi, et per quem Christus loquitur, et operatur.

Habebat ergo se actio circumcisionis, sicut actio

auditio horæ duodecimæ; l. sicut chyrographus quo Dominus præcepit famulo dare pecuniam Petro, ubi primum horologium sonuisset duodecim horam aut ostensus fuisset chyrographus suæ promissionis; nunc enim auditio horæ duodecimæ, et ostensio chyrographi, seu ipse chyrographus non est causa moralis movens famulum ad solvendum, sed conditio qua posita præceptum Domini movet servum ad dandam pecuniam; sic circuncisio erat conditio quædam, qua posita movebat Deus ad dandam gratiam non propter circuncisionem, sed propter suam promissionem, et propter merita Christi futura, quæ erant causa moralis illius gratiæ.

Rogabis 4º: An circuncisio post eius institutionem fuerit saltem ex divino præcepto necessaria ad iustificationem parvulorum pro Abrahæ posteris? Respondi supra, non fuisse necessariam, necessitate præcepti impositi parvulis, quia hi incapaces sunt præcepti; bene vero impositi parentibus, aut curatoribus adultis. Nunc addo non fuisse ex præcepto divino necessariam ad finem iustificationis, sed ad alium finem, scilicet deputationis, seu assignationis ad Populum Dei. Probatur quia poterat parvulis applicare remedium aliud, ante, et post octavum diem, sicut poterat ante circuncisionem institutam; secus etiam haberet circuncisio ex sua institutione conferre gratiam, et iustificare, contra id, quod ex divino eloquio, conciliis, et Patribus supra probavimus; ergo circuncisio etiam post eius institutionem necessaria non fuit ex divino præcepto ad finem iustificandi parvulos Abrahæ posteros.

Rogabis 5º: an circuncisio eo modo quo proderat ad iustificandum, prodesset etiam adultis, an solum parvulis? — Affirmant Raynerius, Ricardus, Paludanus, Scotus, Durandus, Petrus, Henriquez, quibus favere videtur S. Tho. quos refert Lugo nº 72. sed

sed melius negat idem^[lugo] n.° 73. cum Cano, Suarez, Ledesma, Viguerio, et Alensi.

Prob. 1°. q^a ut ait Paulus ad Rom. 4°, Abrahamus n. fuit iustificatus in circumcisione, sed ex fide, id e. ex operibus, g° neq. alii adultis dabatur gr^a in sola circumcisione; sed parvulis dabatur gr^a in circumcisione cum illo remedio generali pro solis parvulis; g° circumcisio eo modo quo proderat ad iustificationem parvulorum, n. proderat adultis.

Prob. 2° q^a sola circumcisio in adultis sine contritione n. delebat peccata actualia; g° nec peccatum originale; unum n. peccatum sine alio nequit remitti: atqui in parvulis delebat peccatum originale sine contritione; g° n. eodem modo quo proderat parvulis, proderat adultis. — Prob. 3°: q^a sacrum legis naturae n. conferebat adultis gratiam ultra id, qd afferre poterat contritio, quam habebant; sed circumcisio quo ad iustificandum n. habuit ex sua institutione novam efficaciam aut aliam, quam eam, quam poterat participare ex illo sacro legis naturae; g° ut circumcisio prodesset ad iustificationem adultorum necessaria erat contritio; atqui haec n. erat necessaria ut prodesset parvulis; g° diverso modo proderat adultis, ac parvulis.

Cap. 3.

Aliis quaestiunculis satisfacit.

Rogabis 6. an circumcisio posset fieri in parvulis ante 8. etiam post diem octavum. Et an si per acta ex causa, vel sine causa, licite, vel illicite, esset valida, seu suum effectum sortiretur. — Multa petuntur, et paucis reo — Dico 1um ex causa licebat ultra octavum diem circumcisionem differre: 1° q^d si infans octavo die aegrotaret et ex circumcisione exponeret manifesto mortis periculo; tunc tune tradit ...

n̄ē Deum ad id voluisse obligare: Uerum n̄ nulli arbitrantur causa itineris, et laboris diuturni per quadraginta annos, s. fere. filii Israel in deserto circuncisionem omisere; etsi alii aliam causam dilationis assignent, nimirum præceptum Dei volentis in penam incredulitatis parentum relinquere eorum filios toto illo tempore incircuncisos.

Dico 2um. Circuncisio post octavum diem dilata valebat. Prob: nam proselyti Gentiles venientes ad Iudaismum circuncidebantur valide in ætate adulta; ergo similiter Iudæi poterant valide et debebant post octavum diem circuncidi, quando circuncisio esset dilata.

Dico 3. Circuncisionem n̄ licuisse prevenire etiam ob necessitatem. sententia com̄is ē, ut vidimus disput. 47. Cap. 2. q. hæc circuncisio etc. Etsi oppositum doceat Altisiodorensis, et Magister apud eumdem ibi. — Prob: quia absque circuncisione poterat alia via infans iustificari, scilicet per sacramentum legis naturæ, sive per generale illud parvulorum remedium; nec ad infantium iustificationem circuncisio specialiter erat utilior. ergo n̄ aderat causa, ob quam liceret prevenire diem a Deo prescriptum, absque eiusdem Dei peculiari dispensatione. sicut modo ad dandum viaticum moribundo n̄ licet celebrare, et consecrare unicam solam speciem; quia scilicet fieret contra institutionem divinam sine Dei dispensatione.

Dico 4um: si circuncisio consideretur quatenus poterat deservire ad iustificationem parvuli, tanquam una scilicet legis naturæ, adhuc exercita ante diem octavum, validum erat signum in ordine ad iustificationem parvuli, et tunc suum sortiebatur effectum. Prob: nam ad illud signum legis naturæ solum requirebatur aliqua actio externa, qua significaret fides in Christum, et applicaret parvulo; sed poterat

hō per circumcisionem quovis die factam velle significare suam fidem in Xp̄um, et illam parvulo applicare, quamvis circumcisio cum illa temporis circumstantia n̄ esset a Deo instituta. sicut Baptizans eiectus hac fra Ego te abluo in noē Xp̄i; s. cum aqua rosacea, n̄ē institutum a Deo; per illum tñ hō poterit significare suam fidem in Xp̄um; ergo similr per circumcisionem poterat hō sufficienter significare suam fidem in Xp̄um licet in illa n̄ observaretur plene ritus a Deo institutus.

Dico 3um: Si circuncisio consideretur quatenus erat Sacrum proprium legis scriptae ex propria institutione exercita ante diem octavum n̄ erat validum Sacramentum. Prob: qa signum n̄ poterat significare, nisi iuxta intentionem eorum, qui illud instituunt; sed Deus solum instituit circuncisionem factam die octavo, s. postea in signum foederis, et pacti inter ipsum Deum, et Abrahamo; ergo circumcisio exercita ante diem octavum n̄ habebat id, qd requirit ad rōem Sacri Sacri, nempe talem vim significandi ex divina institutione tale obiectum. sed qdo deest actioni exteriori significatio sacramentali, nullum ē Sacrum; ergo nulla, seu invalida ē circuncisio ante diem octavum exercita, si consideretur ut erat Sacrum proprium legis scriptae, et separatum a generali Sacro, seu remedio legis naturae pro parvulis iustificandis.

Rogabis 7. de aliis circumcisionis circumstantiis. Prima, quis esset minister circumcisionis? 2a an posset aliquis se ipsum circuncidere? 3a, an instrumentum circuncisionis deberet esse lapideum, s. ferreum? Quarta in quo loco deberet fieri circumcisio? 5a, quae personae possent, s. deberent, recipere illud circuncisionis Sacrum? 6a. cur praeciperetur a Deo fieri in ea humani corporis parte? sed de resolutionem

Circa haec omnia, partim colliges ex dictis disp.º 14. Cap. 9. et sub sequentibus, et sequenti. Et hic cap. 2. et dixi optissima etiam partim videre poteris apud P. Suarez hic q.e 70. art. 2. Et Vasquez disp.e 162. et 163. sectio 4. de secundario sacramentorum effectu nempe charactere ad q.m 63. doctoris Angelici.

Praecipuum nostrorum sacramentorum effectum nempe gratiam superiori sectione exposuimus; minus praecipuum, scilicet Characterem, in praesenti declarabimus. Circa quem multae et [illegible] quaestiones, possent proponi diffuse; eas in arte dabimus; tum quia nostrae morali Theologiae parum deserviunt; tunc etiam quia multum tempus exposcit earum certa tractatio. Disputatio 28. an quid, et qualis sit sacramentalis character? Cap. 1um Characteris existentiam exponit.

Rogabis 1º. An in lege Evangelica existat Character? negant Haeretici nostri temporis, praecipue Chemnitius, et negavit olim Wiclefus.

affirmant Catholici orthodoxe, et tribus Sacramentis imprimi, videlicet, Baptismo, Confirmatione et Ordine. Potissimum hujus Catholicae veritatis fundamentum sumitur ex doctrina revelata; sicut definitum est a Concilio Florentino, et Tridentino; sic insinuat divina pagina ad Ephes. 4. In quo signati estis; ita docet ab Ecclesia Patribus, quae omnia videre poteris in Cardinali de Lugo hic disp. 6. sect. 2. a n. 1. ad 9. sicut et non nullas congruentias, quibus existentiam Characteris in tribus Sacramentis probat.

Primo praecipua est quia sicut in exercitu bene ordinato datur distinctio totius exercitus ab aliis, et distinctio equitum, a peditibus, et denique ducum a ceteris; sic, per Characterem Baptismalem distinguitur totus exercitus totius Ecclesiae ab exercitu diaboli; per Characterem Confirmationis distinguuntur destinati ad certamen spirituale contra fidei persecutores, a communi populo; per Caracterem ordinis distinguuntur duces a reliquis, quia Ordinati ad ministrandum Sacramenta deputantur, ut sint duces in populo. 2a Congruentia; sicut in familia Principis, qui designantur ad peculiaria officia vel obsequia, designari etiam solent peculiaribus signis, et notis, ut quae magistratus, famuli etc. Congruum etiam ut in familia summi Principis Christi eius famuli, milites, et ministri, peculiaribus signis, ratione diversorum officiorum notarentur.

Rogabis 2o: Cur alia Sacramenta praeter tria praedicta non imprimant Characterem? Respondetur communiter: quia alia possunt reiterari, non haec. fundamentum non caret difficultate ut videbis, et aperiri sic: quia per alia Sacramenta homo non designatur, et deputatur tanquam minister, vel famulus Christi, sed solum accipit gratiam sacramentalem ad aliquas necessitates peculiares: Nam in Sacramento poenitentiae accipit gratiam, ut perseveret in conciliatione cum Deo; in Eucharistia, ut nutriatur, et crescat spiritualiter; in

extrema unctione, ut resistat diabolo in extremo agone tentanti; in matrimonio ad mutuo servandum amorem: quae omnia non sunt officia quibus homo fungatur. In ordine ad Christi familiam seu ut Christi familiaris, aut officialis, ideo non accipit in iis sacramentis Christi characterem, sed ut ad auxilia, quibus provideatur ejus necessitatibus. At vero in aliis tribus sacramentis homo constituitur servus, miles, et minister Christi peculiariter, atque ideo talis signatur, ut discernatur ab aliis, qui haec officia non habent: constituitur, inquam, in Baptismo servus Christi, in confirmatione, miles, in Ordine eiusdem Christi minister.

Rogabis 3: an sacramenta legis antiquae impresserint caracterem? Negat communiter universum S. Thomas. afirmat Scotus de circumcisione. Dico, nec a circumcisione, nec a sacramento legis naturae, quo tollebatur peccatum originale, (de quibus solum potest esse dubitatio) impressum fuisse characterem. Lo: quia per illa sacramenta aliquis non fiebat ex familia Christi, nec eius miles, aut minister; non ergo oportebat designari charactere Christi. 2o: quia per sacramenta vetera non designabatur homo ad aliquid spirituale operandum; nam licet per aliqua eorum daretur gratia, cum non constituebant hominem in officio, cui annexa esset operatio spiritualis; nec aliter se habebat gratia, quam si data fuisset propter opera meritoria. Lege alios nostros. Vide Cardinalem de Lugo n.o 10. cap. 2. Characteris essentiam declarat.

Rogatur 1o. an character sit aliquid reale, et phisicum intrinsecum; an vero aliquid rationis et morale? Durandus in 4o distinctione 4. q. 1. dicit esse aliquid morale, seu rationis; sic in Doctorali. f. in Collatione primae tonsurae. Probat Durandus: quia sicut per actum externum voluntatis

Regi aliquis constituit Praetor, Senator, v. Dux; ita per actum externum voluntatis Dei deputantur homines in Sacerdotes, et alios Altaris Ministros. — Hanc Durandi sententiam non posse iam ab errore in fide vindicari, propter definitiones Conciliorum Florentini, et Tridentini; sentiunt Echagovia q. 19. n.º 2. et Patres Suarez. Valarminus, Cominch, quos refert, et imitatur Cardinalis de Lugo sect.º 2. et si Pater Vazquez et alii conentur Durandi sententiam liberare ab omni censura, sed irrito laborant: ut bene probat adductus Cardinalis.

Certissima igitur Conclusio quam tenent omnes theologi cum S. Tho. (ut loquitur Scandar hic disp. 3. q. 27.) docent Characterem esse aliquid physicum et reale quia Concilia Florent. et Tridentin. definiunt Characterem esse Signum spirituale, et indelebile in anima impressum; sed aliquid imprimi in anima, et esse signum spirituale, est proprium entis phisici et realis; ergo Character est ens physicum, et reale. Minor probatur: quia verbum imprimi, quo utuntur Concilia, in hac materia videtur omnino significare accionem phisicam et realem; nam denominatio extrinseca non dicitur imprimi.

Hinc patet ad fundamentum Durandi, et simul liquet Sacramenta non esse, sicut Doctoratum, v. praeturam; nam illa imprimunt proprie Characterem; Doctoratus vero v. Praetura, non imprimunt proprie Characterem; nam licet haec relinquant aliquid morale permanens, illud tamen non est proprie Character, sicut nec Sacerdotium Antiquum v. Circuncisio, aut etiam prima Tonsura nunc, v. Consecratio Ecclesiae, v. Calicis, imprimunt proprie Characterem, sed improprie; quod idem dicendum est de Ordinibus Minoribus, in sententia asserente eos non esse Sacramenta, propter eandem rationem.

Rogabis. 2.º supposito quod Character sit quid

reale et physicum; e ne aliquid absolutum, vel aliquid relativum? 1a sa tenet Characterem esse relationem realem predicamentalem; ita Scotus, et Maior apud Leandrum hic disput. 3. q. 18. Probant: quia Character est signum, et consequenter relatio extrinsecus adveniens. 2a sa docet Characterem esse omnino quid absolutum, et nullo modo relativum. 3a opinio defendit Characterem non esse relationem predicamentalem, sed transcendentalem, et absolute esse quid absolutum. Hanc 3am sam veriorem iudico cum Cardinali de Lugo sect. 3. nº 23. et Leandro ibi.

1a pars ostendit: quia relatio predicamentalis proprie non fit nec imprimitur proprie physice, sed resultat ex terminorum positione, ut late in dialectiva probavi; sed Character fit et imprimitur proprie a Deo, et a Sacramento; ergo non est proprie relatio predicamentalis. 2a pars suadet: quia Character dicit ordinem tum ad operationes, ad quas vel recipiendas, vel exercendas, destinat subiectum; tum ad auxilia gratiae, quae debentur ratione ipsius; tum ad Christum, cuius Characterem accipit homo, tanquam eius servus, miles, minister etc.; sed hic ordo est intrinsecus, et inbibitus in ipsa essentia Characteris, ac proinde eum dicit quidditative Character per suam entitatem; ergo est omnino transcendentalis, et absolutus; hinc patet ad fundamentum Scoti, scilicet, quod quamvis Carater, quatenus est signum, aliquam relationem importet; quia non haec in ipsa reali entitate ipsius Characteris fundatur, nec extrinsece advenit, non est ... relationis predicamentalis.

Rogabis 3. an Character sit entitas absoluta, vel modalis. R. Puto esse absolutam. Ita Suarez hic sect. 2. in fine, et Cardinalis de Lugo nº 27. Prob: quia ad Dei dominium perfectissimum spectat, quod possit de creaturis omnibus et singulis disponere simul, vel seorsim prout voluerit; et ideo

n̄ debemus ponere accidentia modalia, nisi ubi aliqua peculiari rōne probet inseparabilitatem, seu n̄ posse formam illam esse extram divinitus, absq̄ tali subjectō; sed n̄ datur rō, .t. absurdum ullum sequitur, ex eo qd̄ deus possit saltem divinitus separare Characterem ab aiā; ergo Character n̄ ē quid modale, sed entitas absoluta.

Rogabis 4: Quid tandem sit Character, et ad qd̄ predicamentum spectet? Rēo n̄ esse substam, ut patet; ergo pertinebit ad predicamentum accidentis. Atqui n̄ ē ubicatio, duratio, situs, habitus, seu vestitus, nec actio, aut passio; qa hæc sunt accidentia modalia; et character ē accidens absolutum. denique n̄ ē quantitas, ut liquet; ergo tandem pertinebit ad predicamentum qualitatis. Ita S. Thō. Caietanus, Valentia, Suarez, Gabriel, Albertus, Ricardus, Granado, hugo, Filiberius, Arcangelus, Ochagavia, Vazquez, Hurtado et alii coiter, quos refert et sequitur Leander q. 23. Sed ecce insurgit difficultas: quænā sit character, seu ad quam speciem qualitatis pertineat? Cam̄ ergo quam decidam in capite distincto, quo Characteris qualitates, seu proprietates explano. Cap. 3. Proprietates Characteris enucleat.

Rogabis 5: Ad quam speciem qualitatis spectet Character? 1a sa docet Caracterem esse ornatum aiæ, ac proinde pertinere ad 1am speciem qualitatis, in qua sunt habitus, et dispositio. 2a tenet Characterem esse lumen spirituale sinderesis; et idcirco melius videat id, qd̄ faciendum ē; ac proinde collocari in tertia specie qualitatis, in qua sunt passio, et passibilis qualitas. 3a propugnat Characterem esse figuram spiritualem, qua aiā insignit, et ideo poni debere in 4a specie qualitatis. Imo aliqui dicunt, hanc figuram esse Crucem Xp̄i. 4a defensat

Characterem ad nullam speciem qualitatis pertinere. 9ª asserit Characterem ad om̃s, sub diversis roibus qualitatis species pertinere. Videatur Leander hic disp. 3. q. 29.

6ª et verior opinio docet, Characterem ad 2am speciem qualitatis spectare. Ita S. Thomas et sexdecim Theologi, quos refert et sequitur Leander ibidem. Prob: q̃a Character ẽ potentia, s. activa s. passiva in ordine ad conficienda s. recipienda sacra quaedam. Characterem namq. Baptismali redduntur potentes ad Sacra suscipienda; Caractere Ordinis ad exercenda divina; et Charactere Confirmationis, ad aut acter confitendum Xpti nomen.

Rogabis 2º: an Character sit qualitas nrālis, s. supernālis? Convenit inter oẽs esse qualitatem snālem. Probat: q̃a Character, nõ ex extrinseca ordinatione Dei a. ut videt̃ ad̃truere P. Suarez sect. 2. post medium, et sect. 3. et 4º exhu contrat etta, sed ex nã sua fiet significare effectus sacramentorum, et potestatem, ac munera; unde hẽt ex natura sua connexionem cum gratia, et cum ejus ac aliis effectibus snālibus, et beatitudine ipsa snālia ad quam ordinantur; sed haec connexio superat totum ordinem naturae; ergo Character superat totum ordinem naturae; nõ igitur ẽ qualitas nālis, sed supernālis.

Rogabis 3. an character sit entitas absoluta s. modalis. Et quae nam sit causa efficiens characteris? Respondeo eandem esse rõem de illo, ac de gratia habituali; quare si sacra efficiant physice gratiam etiam etiam physice characterem; si vero gratiam causent solum moraliter pro ut supra diximus idem dm̃ erit rã characteris. —— De causa etiam materiali extrinseca remota, seu ultima, certum est esse hominem: de proxima seu immediata e alpentio maxima inter Theologos, quam subsequens quaestium sedabit.

Rogabis 4: In quo subiecto sit Character? — Durandus in 4º. distinct. 4ª. q. 2. n. 9. cum probabiliter dici posse existimet, characterem ordinis esse virtutem activam, illum potest subiectari in potentiis executivis, idest, in membris ipsis externis, quibus ministrantur sacramenta, nempe v. g. in manibus sacerdotis; vel in ore, aut lingua eius. Sed Durandus dio reiiciendus est, cum Concilia Florentinum et Tridentinum definiant characterem imprimi in anima, et esse signum quoddam spirituale, et indelebile. Scio a Cardinali de Lugo disp. 6. sect. 4. n. 97. Durandum vindicari ab hac sententia: an merito alii iudicent.

Ea igitur imaginatione Durandi omissa, 1ª sententia tenet, characterem immediate recipi in ipsa essentia animae. Ita Suarez, Vazquez, et duodecim alii Theologi apud Leandrum q. 30. — Opinio 2ª defendit characterem immediate recipi in sola voluntate. Ita Scotus, Bassolus, Villalobos, Ludovicum, Ocham apud Lugum, et Leandrum citatos — 3ª sententia propugnat characterem immediate subiectari in intellectu, et voluntate. Ita Alexander, et S. Bonaventura.

4ª et verior sententia affirmat, characterem immediate subiectari in solo intellectu, et mediate in anima rationem distinguentem realiter etiam a suis potentiis. At iuxta sententiam veriorem, quae identificat potentias spirituales inter se, et cum anima, dicendum est, characterem recipi immediate in anima, ut Concilia insinuant, et immediate etiam in intellectu seu in anima quatenus intellectiva est. Probatur quia Character est potentia (physica vel moralis) quae ex natura sua ordinatur ad exercenda debite, religiose et reverenter ea, quae spectant ad Divinum cultum, ergo convenientius collocatur in potentia intellectiva animae, seu in anima, prout est intellectiva. Sic S. Thom. Henriquez, Caietanus, Valentia, Sotus, Ricardus, Granado, Lutas, Joannes Gratius, Gilbertus, Vergara, Ledesma, Petrus, et Martinus, Sairus, Camus, Paludanus, Capreolus

Archangelum, et Thomistae, quos refert, et sequitur Leander q. 20.

Rogabis 5°. An Angeli, et Xpus Dominus sint capaces characteris? — Respondeo 1°. cum Cardinali de Lugo ubi supra, n° 69. Xpum non fuisse capacem huius nostri characteris; quia ipse nec poterat designari ut domesticus Xpi, nec ut miles, aut minister ipsius, cum esset ipse Dominus, cui alii designantur per hos characteres. — Resp. 2°. Angelos esse capaces characteris alicuius spiritualis, qui significaret eos deputatos ad tale, vel tale ministerium divinum, vel etiam circa obsequium, et familiam Xpi. — Resp. 3°. Angelos non esse capaces characteris huius, quem nos habemus. Ratio est; quia non possunt recipere haec Sacramenta, quae hic caracter ex natura sua significat.

Rogabis 6°. An character ita sit indelebilis, ut etiam post mortem tam in Beatis, quam in damnatis permaneat? — Lugus, Cardinalis, Hurtado, Suarez, et Ochagavia apud Leandrum q. 22. docent probabile esse, quod non permaneat: sed longe multum probabilius est manere etiam post mortem. Sic S. Thomas et quamplurimi alii Theologi, quos refert et sequitur Leander ibi: imo Cardinalis Coninck docet, id esse omnino certum. — Ratio est aposteriori, quam assigno: quia Xpianus, vel Sacerdos, qui post mortem miraculose resurgit, non baptizatur, aut ordinatur iterum; ergo quia manet in eo prior character.

Rogabis 7°. An character ita in alia vita permaneat, ut maneat cum potestate sibi annexa ad valide recipienda, vel dandum alia Sacramenta? Negant Vasquez, Coninck, Hurtado, Ochagavia et Cardinalis de Lugo apud Leandrum q. 22. — Affirmat verosimilius idem Leander cum S. Tho. Suario, Filliucio, et Pater Henriquez, qui lib. 2. cap. 27. n. 4. inter alia haec habet: Beatus resumpto corpore poterit absolveri.

aut consecrare Eucharistiam: sed id fuit de Lege, quae respectu potestatis soli viatoribus commodius est etc. Itaque probabilius censeo permanere in aeternum cum praedicta potestate; sicut permanet ipse met character. Quod autem ipsa potestas numquam saltem post generalem resurrectionem producitura sit in actum, id nimis accidentale est.

Rogabis ultimo: an character sit qualitas divisibilis, vel indivisibilis? Dico 1o esse extensive indivisibilem entitative, et formaliter. Ratio est: quia est spiritualis, ut omnes fatentur, recipitur n. ex natura sua in anima spirituali etiam separata a corpore; sed omnis spiritus est extensive indivisibilis entitative et formaliter, ut pote carens partibus formaliter extensis; quem admodum in ipso nascendi philosophiae limine docui; ergo character est qualitas indivisibilis entitative quoad extensionem, seu non habet partes, quarum una correspondeat uni parti divisibili spatii, et altera pars alteri parti spatii. — Dico 2o: Character non videtur incapax intensionis ex natura sua; quia sicut gratia potest intendi, cur character, seu signum illius intendi nequibit?

Dico 3o. de facto character videtur aequalis, seu indivisibilis quoad intensionem in omnibus existendus. Probatur: quia congruit talem produci qualitatem de facto, quae ex natura sua sit accommodata ad finem ad quem ordinatur; sed characteres ad eundem finem in omnibus ordinantur, scilicet ad profitendam fidem, illam defendendam, et certa munera exercenda; ergo characteres in omnibus inveniuntur aequales quoad intensionem.

Hic posset inquiri, an character Baptismalis intendatur per characterem Confirmationis, et hic per Ordinis characterem; et similiter, an character Ordinis inferioris intendatur per characterem Ordinis superioris; vel an singuli characteres sint distincti et nullus intensibilis per alium? Sed hanc quaestionem indecisam relinquo, ut pote alias magis congruentem. Videatur interim, si placet, Cardinalis Lugo hic disp. 6. sect. 7. n. 76: et Marquinus tom. de Ordine. Id sufficiat ad dicta, scilicet cha-

caractere impressos a tribus predictis SS.mis differre intrinsece et essentialiter specie. Ratio est: quia etsi supponatur physica, sed tantum moralis, ordinantur tamen per naturam ad diversos fines et actus; ergo etc. Sic Gabriel Alexander, Suarez, Granado, Bonacina quos refert Castro Palao tract. 23. sectio 5. de Causis SS.orum ad quaestionem 64. doctoris Angelici

De duplici SS.orum Causa loquendum nobis est: Efficiente, et extrinseca materiali. Illa est duplex: alia prima, alia 2.ria. Primaria est Deus imprimens; secundaria est Minister conficiens, seu administrans SS.um. Causa materialis extrinseca est subiectum seu Persona SS.um suscipiens. De utraque causa pro temporis angustiis nulla attingemus: omissa causa finali, contentus non explicare ad quem finem fuerint instituta SS.ta, seu ad suorum iustificationem omissis item causis materiali, et formali intrinsecis; sive materia et forma, ex quibus intrinsece componitur SS.um de quibus sectione 2. loquuti sumus. Suppo[...] de 3.ria causa efficiente SS.orum nempe Deo. ubi tamen constabit quid dicendum sit?

Loquimur de Sacramentis legis Evangelicae. Obiectas tamen constabit, quid dicendum sit de Sacramentis antiquis? Et quidem certum est 1o Sacramenta nostra instituta esse a Christo ut Deo. Probatur quia: quia solus Deus est causa primaria, et auctor gratiae; quia solus Christus ut Deus potuit habere potestatem instituendi signa practica, et efficacia infallibiliter gratiae, qualia sunt Sacramenta Evangelica.

Certum est 2o: omnia Sacramenta Evangelica immediate esse instituta a Christo Domino. Probatur quia Concilium Tridentinum sessione 7. canone 1. sic dicit: Si quis dixerit Sacramenta novae legis, non fuisse omnia a Jesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit. Unde post istam Concilii definitionem iudico id esse de fide. Ideoque omnino corruit [illegible] olim asserentium Sacramentum Extremae Unctionis institutum fuisse a Iacobo Apostolo; Sacramentum Poenitentiae ab Ecclesia in Concilio Niceno; et Sacramentum Confirmationis, in quodam Concilio Meldensi. Vide Leandrum hic disputatione 2. quaestione 9. et 10.; et Cardinalem de Lugo disputatione 7. a numero 2.

Rogabis: An potuerit homini, vel Angelo [illegible] potestas instituendi Sacramenta? Negat Scotus, Vasquez, Durandus, Gabriel. Affirmant vero S. Thomas, S. Bonaventura, Suarez, quos omnes refert Cardinalis de Lugo ibi a numero 19: qui bene addit, utriusque sententiae dissensionem videri magis vocalem, quam realem; nam utraque, inquit, in hoc consentit, quod potuerit aliquis ex delegatione Dei designare ritus, et formas validas Sacramentorum, ita ut Deus dixerit, si tu volueris, quod aliqua signa sensibilia significent et conferant gratiam infallibiliter; ego illorum remitto tuae voluntati, et volo, quod praebeant gratiam. Dissentiunt vero in eo, an hic homo huius potestatis diceretur instituere Sacramenta; quod prima sententia negat, secunda affirmat: quae videtur Arevagio non de re, sed de voce, seu eius proprietate, scilicet quid significet per institutorem, et auctorem Sacramenti.

In quaestione de nomine affirmative teneo, et Divo Thomae adhaereo. Imo ex dictis infero, quid

quam etiam sit in hoc puncto de Sacramentis Legis Mo-
saicae, quae non conferebant gratiam suscipientibus
ipsa. Dico dicit illa, et in universum nulla
Sacramenta, potuisse institui, nisi a Deo, vel saltem ex
potestate a Deo concessa. Probatur: Nam omne
signum deberet esse signum practicum gratiae, vel ab
ipso conferendae, vel ab alio: tum secundum
Evangelica Sacramenta, tum Mosaica; sed nullum signum
potest hanc efficaciam, seu significationem in
ordine ad gratiam accipere, nisi a Deo, qui est
auctor, et parens gratiae; ergo etiam Neque nos-
tra Sacramenta possunt institui ab homine ex fa-
cultate Dei; ergo a fortiori Antiqua; solum
significantia gratiam) potuerunt institui ab homine ex
potestate non accepta a Deo ad instituenda signa
practica gratiae tempore futuro conferendae.

Mitto innumera alia, quae loco praeale-
gato fugius latissime versat. Id non omittendum:
Valet non potuisse Ecclesiam, ultimum etiam viventibus
Apostolis, aut iis emortuis, instituere Sacramenta. Ratio:
quia de facto, nec Apostoli, nec Ecclesia, fue-
runt, aut sunt Sacramentorum institutores, sed solum Christus
D. N. Pater exaudiri. At sub alia providentia
et de potentia absoluta, non solum apostoli, sed Ecclesia
cum illis, non particularis ex delegatione, et
potestate a Deo accepta, potuere instituere plura
Sacramenta. Disputatio 20. de Ministro, sive de causa effi-
ciente. Prima Sacramentorum Cap. 1. de variis conditionibus
requisitis in Ministro Sacramentorum

De tribus in praesenti controvertunt Theologi fide, Unitate, et intentione Ministri; Et quidem circa fidem Dico 1o: Infidelis non Baptizatus, ac proinde non habens fidem, non potest Sacra valide conficere. Excepto Baptismo. Prob: Nam Minister reliquorum Sacrorum praeter Matrimonium est Sacerdos; sed infidelis non Baptizatus, non potest esse Sacerdos, cum Sacerdotalis Character necessario supponat Characterem Baptismi; ergo etc. Deinde nec potest Sacrum Matrimonii recipere; nam Baptismus est Ianua ad reliqua Sacra Ecclesiae recipienda; sed supponimus infidelem non esse Baptizatum; ergo nec est aptus ad ministrandum, et recipiendum Sacrum Matrimonii, quod est Sacrum Ecclesiae; licet Matrimonii prout est Contractus naturalis sit capax licet non Baptizatus.

Dico 2o: In Ministro Baptizato non est necessaria essentialiter fides ad validam Sacrorum administrationem. Conclusio est de fide definita in Conciliis Niceno, Carthaginensi 1o, Constantiensi, et Tridentino, et ita docent tum Scholastici cum Magistro, et Theologi cum S. Thoma; ut videlicet in Leandro hic disp. 4. q. 2. Licet quondam olim asseruisse Agrippinum Episcopum Carthaginensem, et S. Ciprianum, qui tenebat id statutum fuisse ab uno et septuaginta Episcopis, in Concilio Africano congregatis, sed postea S. Ciprianus re melius considerata hoc dictum retractavit, ut videtur praedictus Leander. Ratio nostrae conclusionis est: quia quoties ~~adest~~ adest materia, forma, et intentio Ministri, Sacrum est validum, sed haec possunt adesse quamvis minister non habeat fidem; ergo ad Sacri valorem non est necessaria fides, modo Minister intendat facere quod facit Ecclesia.

Dico 3o: Fides necessaria est ad licitam Sacrorum administrationem, et consequenter Minister graviter peccat

ad Ministrandum ssta sine fide, quamvis valide ad-
ministret ut dictum e proxime. Prob: Nam
qui caret fide existit in gravi peccato, cum impo-
ssibile sit placere Deo sine fide; sed qui admini-
strat ssta in mortali peccato graviter peccare
res in dubio e apud Theologos ut jam vide-
bimus; ergo ad ministrans ssta sine fide peccat; ergo
fides necessaria e ad non peccaminossam, sive ad licitam
ssorum administrationem.

Circa probitatem Ministri dico 1o: ad
valorem ssorum regulariter loquendo non requiritur pro-
bitas, seu sanctitas Ministri. Conclusio e de fide
definita in Tridentino sess. 7 Canone 12. Siquis
dixerit Ministrum in mortali peccato existentem,
modo omnia essentialia, que ad ssum faciendum, aut con-
ferendum pertinent servaverit, non conficere, aut con-
fferre ssum, anathema sit. Oppositum olim docue-
runt Donatistae, Waldenses, et alii Heretici,
asserentes non esse valida ssta collata a Ministro
existente in mortali. Sed nostra definita dico
defendit ab omnibus Catholicis. Videat Lander
q. 3. et Bonacina ubi supra q. 2. p. 1. ro est:
qa Minister quantumvis improbus et hereticus
retinet Characterem indelebilem, per quem confert
potestas conferendi sacra; et per quem operat in
virtute Dei, qui potestatem collatam non aufert per
peccatum, ergo etc.

Dico 2o Conclusio a me dictum regulariter loqdo
Nam aliquod ssta invalide administrant ab
improbo Ministro. 1o: cum ssum penite ad-
ministrat ab excommunicato vitando; nam id
requirat iurisdictionem in sacerdote administrante,
et sacerdos excommunicatus vitandus, merito ca-
reat iurisdictione, sequit ssum penite invalide
administrari ab excommunicato vitando. Secus
dum de excommunicato non vitando, qui cum toleret
ab Ecclesia, non caret iurisdictione, et consequenter

si Ssum Poenitentiae administret, valide administrat.
Ro: quod Poenitens habens copiam alterius Confessarii
probi, absque ulla necessitate inducit Confessarium
improbum ad administrandum Ssti Poenitentiae. Ratio est:
quia tunc poenitens inducit improbum Ministrum
ad peccatum, cuius peccatum Ministri imputat;
et cum actualiter poenitens peccet, nequit valide
recipere Ssum Poenitentiae a Confessario; recipit enim
Ssum cum fictione formali, id est peccato mortali,
actualiter commisso in ipsa receptione poenitentiae.

Dico 3. requisita est bonitas, seu sanctitas in
Ministro, ad licitam Ssti administrationem: unde
absolute, et simpliciter loquendo, illicitum est, et
peccatum, administrare Ssum in peccato mortali.
sic omnes Theologi: videantur Leander q. 5. et
Bonacina n. 2. Ratio est: quia sancta sancte sunt
peraganda, et non ut profana; unde existens
in peccato lethali tenetur se praeparare ad gratiam,
ut Ssta licite administret. An autem administrare,
seu conficere Ssum sine debita dispositione
sit peccatum mortale, an solo veniale? postea
dicemus. Nunc nota, ex Ssorum Ministris, alios
esse consecratos, et ex offitio deputatos, ad administranda
Ssta ut Parochum ad Baptismum,
alios vero sufficientes, non tamen specialiter deputatos, vel consecratos,
ut Laicum ad Baptizandum. De harum
omnium probitate aliqua postea breviter agemus,
videlicet in Capite sequenti.

Circa intentionem Ministri.

Intentio est actus liber voluntatis in finem. Dico 1o: ea
actus, quo quis ex nostra Hispali determinat ire
usque Cordubam, dicitur intentio, quia est actus voluntatis
in finem; et actus, quo quis intendit
conficere Ssum Sacramentum, dicitur intentio, quia est actus liber voluntatis
in finem. Hinc patet discrimen attentionis,
et intentionis; illa enim est actus ingenii considerantis
ea, quae homo agit; ista vero est actus voluntatis

quo ho[mo] se determinat ad aliquid faciendum. Et quidem,
requiri intentionem in Ministro ad vali-
de conficiendum s[acramen]tum patet ex fide, et Concilio,
ut vidimus disp. 6ª cap. 1. qualis autem inten-
tio requiratur, et sufficiat ad valorem s[acramen]ti dice-
mus capite 3. sed intentionis species premittamus.

Dico 2º Intentio tripliciter dividitur. 1º
tripartitur in voluntatem faciendi actionem exter-
nam s[acramen]torum ut lavandi, ungendi, aut proferen-
di verba etc. Deinde in voluntatem facien-
di s[acramen]tum aut quod Ecclesia intendit. aut tan-
dem intendit. ut primo in voluntatem conferendi effectum
s[acramen]ti. —— 2º tripartitur in absolutam, et conditio-
nalem. Ista, qua quis intendit aliquid facere sub
conditione ut si quis Baptizando dicat, si n[on] es Bap-
tizatus, ego te Baptizo etc. Illa d[icitu]r, qua quis in-
tendit aliquid facere absq[ue] ulla conditione, ut si
quis Baptizando dicat, ego te Baptizo in no[min]e Pa[tr]is,
et filii, et Sp[irit]us sancti.

3º tripartitur intentio in actualem, virtu-
alem, et habitualem. actualis e[st], q[uan]do quis actualiter
intendit et vult conficere s[acramen]tum dum illud conficit.
Virtualis e[st] quae post quam actualis precessit adhuc virtualiter
durat aliquo opere inchoato virtute actualis intentio-
nis, neq[ue] e[st] moraliter interrupta per oppositam intentio-
nem, aut per longioris temporis moram interpositam.
Itaque si quis habens intentionem consecrandi accedat
ad sacristiam, praeparet varia sacris se vestibus
induat, altare petat, incipiat, et prosequatur missam,
proferatq[ue] formam consecrationis super panem et vi-
num absq[ue] nova intentione, d[icitu]r consecrare cum inten-
tione virtuali; q[uonia]m prior intentio consecrandi vir-
tualiter durat in his omnibus actionibus, nec e[st] moraliter
interrupta, ut supponimus in praesenti. Deinde inten-
tio habitualis e[st] illa, qua quis facit aliquid ex habi-
tu, nulla praecedente intentione, vel si intentio prae-
cessit, in simplici virtualiter perseverat in aliquo opere
externo omnino moraliter interrupta: — ut si quis dormiens

proferat ex vi consecrationis et habitu acquisito. Quae ex his intentionibus requirat, et saltem sufficiat ad valorem Sti, cap. 4. determinabimus. Cap. 2. in nullas q.es circa Ministri probitatem resolvit.

Prima Quaestio: An minister non deputatus, ut Laicus, aut Clericus non sacerdos Baptizans in mortali sine necessitate, peccet mortaliter? affirmant Vasquez, Cardinalis Lugo, et duodecim alii Theologi apud Leandrum q.e 9. licet om. addant; excusari a mortali, etiam, quo esset aliqua necessitas, ratione cuius non vacaret actum contritionis elicere. Melius vero negant S. Thomas, Suarez, et octodecim alii Theologi, quos refert et sequitur ipse Leander ibi. Probatur de Clerico non sacerdote: quia non administrat ex officio, nec ut Minister ad id consecratus, et deputatus, sed veluti coactus ipsa proximi utilitate. eadem ratio a fortiori habet in Laico. Ergo.

2a Quaestio: An saltem sacerdos qui in mortali existens, Baptizat in casu necessitatis infantem, peccet lethaliter? affirmant quatuor decim Theologi pro 1a. q. proxime relati; et non Laiman, Aegidius, et Paladius; Negant vero et melius viginti auctores plures, paucioresve, quos refert et sequitur Leander q.e 6. Ratio est: quia in dicto casu sacerdos Baptizat per accidens ac Laicus, siquidem non ex officio, sed veluti coactus ipsa proximi necessitate; sed Laicus non peccat lethaliter, ut diximus; ergo nec sacerdos.

3a Quaestio: An ad minus contrahentes matrimonium in mortali peccent mortaliter? affirmant illi ipsi auctores, maxime Navarrus, Vasquez, Cardinalis Lugo, Hurtado, et alii plures apud

Leandrum q. 7. Melius vero negant auctores pro nobis citati in duabus proxime antecedentibus quaestiunculis, maxime Suarez, Thomas Sanchez, Laiman, Coninh, Lairus, et alii, quos ibi refert et sequitur idem Leander. Probatur eadem ratione, quia sic contrahentes non operantur ut ministri ex officio ad id consecrati, seu deputati. Addunt vero, et bene, iidem auctores, quod licet huiusmodi contrahentes in mortali, mortaliter non peccent contrahendo matrimonium; peccant tamen mortaliter, illud sacramentum indigne recipiendo. Oppositum insinuat Pater Sa in sua edit. verbo sacramentum n.º 10. cuius tamen sa dicta est in summa correcta. Et merito, quia mortale est recipere sacramentum vivorum legis indigne, id est in mortali, sine contritione.

Quarto quaeritur: An denique minister solemniter deputatus, et consecratus ad administranda sacramenta, peccet mortaliter illa in mortali administrando, saltem non conando contritionem? Negant Hieronymus Clavius, Ortiz, Ledesma, Henriquez de Gandavo, et quidam vir doctus, quem tacito nomine refert Navarrus; et aliqui moderni, quos etiam suppresso nomine citat Ledovicus de S. Jo.º, quibus ipse etiam consentit, ut videre licet apud Leandrum q. 10. Qui expresse affirmant posse sacerdotem existentem in mortali ministrare, sine novo peccato, alia sacramenta praeter Eucharistiam (et si hanc etiam aliqui comprehendant) etiam extra casum necessitatis, dum non commode alium habere non possit, qui loco illius, illa ministret.

Respondeo tamen certissime cum omnibus fere theologis, quorum quadraginta quinque refert et sequitur Leander ibi, praedictum ministrum peccare mortaliter, quoties cumque in mortali conficit sacramentum, nisi

per accidens excuset impossibilitate morali se iustificandi per actum contritionis, eo quod extrema necessitas suscipiendi ita ad sacramentum Baptismi, vel poenitentiae conferendum cogat, ut nequeat se ad gratiam moraliter praeparare. Secundo est: quia qui in statu peccati mortalis mortaliter conficit sacramentum, vel facit contra praeceptum positivum ecclesiasticum, datum in capite ultimo de temporibus ordinationum, ut aliqui doctores volunt. Vel contra naturale; nam supposita sacramentorum sanctitate et ministrorum consecratione ex natura rei sequitur, ut tunc ab huiusmodi ministeriis dispenset. Ut alii dicunt. Vel denique contra praeceptum divinum positivum, habitum ex perpetua traditione ecclesiae. Ut alii sentiunt. Vel simul contra haec omnia praecepta; ut non pauci asserunt; quod etc.

Quinta quaestio: An saltem sit probabile asserere, non peccare mortaliter illum, qui in mortali conficit sacramentum, ad quod specialiter est consecratus minister? Affirmant praeter Sanctum Cidador proxime pro 1a parte, non nulli recentiores, quos suppresso nomine citat Leander q. 9. eorumque doctrinae quatuor fundamenta proponit. Sed opinor cum eodem Leandro, nunc talem iam esse improbabilem. Ex quo et talem (ad minus) eam delere iusserunt censores fidei ex summa Hieronimi de Llamas, 1a parte, cap. 1. § 6. ut patet in indice librorum expurgandorum, edito in Hyspania, pro tota illa anno 1640. Itaque indubium dicere omnes esse peccare mortaliter Sacerdotem, qui in statu peccati mortalis ministrat sacramentum. Idem dicendum de quovis alio Ministro quodvis aliud sacramentum solemniter conficiente, aut ministrante, ad quod sit consecratus ad deputatus ex officio.

6a quaestio: An qui est in mortali tenetur praemittere Confessionem, si possit commode,

ad administrandum alteri, seu ad suscipiendum
-si conficiendum quodlibet Sac.^um^ asserunt Mar-
silius, Adrianus, Paludanus, Mots[illegible]nius, et Pet.
Leandrum q. 20. Melius negat ipse Leon-
der cum Suario, Vasquio, Lugo, Hurtado, Bo-
naüna, Filiberto, et Coi. Theologorum. Itaq.
Minister etiam consecratus non tenetur premittere Confe-
sionem ad conficiendum solenniter quodlibet Sac.^um^
preter Eucharistiam, sed sufficit elicere contritio-
nem vere, seu saltem putatam, non vero sufficit attritio,
cognita ut talis. Ro. est: quia Minister debet
assumere media, quibus ad gratiam sanctificantem dis-
ponat, ne Sac.^ta^ indigne pertractet; tale autem est, seu
Confesio, seu contritio, saltem reputata; ergo etc.
7.^a^ Questio: An graviter peccet, qui functio-
nes Ordinum exercet conscientia peccati mortalis;
ut si Lector lectionem, subdiaconus Epistolam, aut Dia-
conus Evangelium canter in Choro, seu in Missa.
Asserunt aliqui. Melius non negant alii, quos
refert, et loquitur Bonaüna illa q. 2. n.º 7. Pro
1.º: quia Exercitium Ordinum non videtur res adeo
gravis, ut peccati mortalis reus constituatur qui illud
indigne prestat cum peccato mortali. 2.º: quia
functiones Ordinum non sunt sua natura sanctificantes; ergo
qui eas exercet, non tenetur sub mortali esse in gratia.
3.º: quia non extat aliqua specialis prohibitio, qua functio
et exercitium Ordinum prohibeatur sub mortali, si
fiat cum conscientia peccati mortalis, precissa Sac.^orum^
administratione facta a Ministro deputato, et consecra-
to, et seclusio scandalo, vel alia simili circunstantia.
Ex quibus plura infertur. Primum, non peccare mor-
taliter exercentem ordines Minores in peccato morta-
li; tum quia ii forte non sunt Sac.^ta^, tum etiam
quia videtur parvitas materiei; Item in Heresi
contra Sitrecitrum et Angelum, Exercitium a[illegible]

Veniali culpa non peccare grav. Dum tangendo res sacras,
ut corporalia, Calicem etc. quia seclusa alia circum-
stantia illud non videtur materia gravis. 3um infertur
cum Suarez, Vasquez, Angles, Soto, quos re-
fert, et sequitur Bonacina n.o 7. contra Chamerotam,
Nunum, Silvestrum, Victoriam, non peccare mortaliter
exercentem ordines maiores, subdiaconus s. et Dia-
conatus in peccato mortali, etiam solemniter. Patet
ex iisdem tribus allatis in responsione presenti quae-
stionis: quia licet ii actus exercendi ordines maiores
frequenter. actus videntur separati, et simul non co-
alescere ad constituendam unam materiam sufficientem
ad peccatum mortale: sicut plures comestiones parvae
eodem die ieiunii non constituunt mortale, non suf-
ficiunt ad violandum ieiunium.

4um infertur. Nec peccare mortaliter Epis-
copum conferentem tam tonsuram aut bene-
dicentem sacras vestes, aut consecrantem Ecclesiam,
aut conficientem Chrisma, aut habentem concio-
nem ad populum in peccato mortali. Ea haec
non videtur materia gravis, tum istae actiones non sint sacramenta
nec sint immediate ordinatae ad sanctificationem animae
e divina com. — 5um infertur, cum com. Soto,
et contra Sairum, et Navarrum, non peccare mortaliter,
qui in peccato mortali benedicit aquam benedic-
~~[illegible]~~tam ita Bona n.o 9. — 6. infertur, Pa-
rochum non peccare mortaliter assistendo Matrimo-
nio in peccato mortali, aut benedicendo spon-
sis. Nam Parochus non est minister sacramenti Matri-
monii. de contrahentibus, qui sunt ministri su-
pra iam dixi peccare mortaliter, quando contrahunt in
peccato gravi; valet non quatenus ministrant, cum
ipsi non sint ministri consecrati ad hoc; sed qua-
tenus recipiunt sacramentum cum ponant obicem, et im-
pedimentum ad gratiam, quam alioqui reciperent.

7um infertur, Laicum et Sacerdotem, in

necessitate Ministrantes Baptismum in peccato mortali sine solemnitate, non peccare mortaliter, quia non administrant ex officio, et ut Ministri Consecrati: ut supra dixi. Objicies: saltem (idem a fortiori dic de Sacerdote Baptizante, ut non ex officio) quandoquidem sit Minister Consecratus ad Sacramenta administranda, et ut Minister Christi et Baptizando concurrit ad gratiam; quod facit contra reverentiam debitam Christo, et Sacramento Baptizando in peccato mortali, et ideo graviter peccat. Nego conseq: ratio cur quis peccat in Sacramentorum administratione, non, quia sit Minister Christi, aut quia concurrat ad gratiam, sed quia est specialiter deputatus et consecratus ad tale officium, quod pro dignitate exercendum est: saltem ratio et sacerdos praedictus non sunt specialiter deputati ex officio ad Baptizandum (?) Nec obstat, quod teneant omnes reverentiam exhibere Sacramenti, nam non omnes tenent eodem modo, ut patet ex allata ratione.

Secundum infertur, non peccare mortaliter sacerdotem, qui existens in peccato mortali, transfert Eucharistiam ab uno altari in aliud. Quia non videtur materia gravis, nec est administratio Sacramenti. Imo aliqui docent non peccare mortaliter, qui administrat in mortali Sacramentum tamen confectum, ut cum sacerdos communicat seculares. Sed probabilius est peccare lethaliter, quia sacerdos hoc facit solemniter, et ex officio. Neque videtur materia levis: et quia si sacerdos peccat mortaliter administrando reliqua sacramenta ex officio ut Minister ad id deputatus, et consecratus, multo magis peccare videtur administrando Eucharistiam, quam constat esse Sacramentum perfectius ceteris et ad quam ministrandam ~~sacerdos~~ sacerdos est Minister deputatus, et consecratus.

Similiter Diaconus in mortali ministrans Eucharistiam ex necessitate, peccat lethaliter, quia hoc facit ex officio, quatenus ratione suae consecrationis immediate inservit sacerdoti. Et participat

officium sacerdotii. Nota denique communicantem aliquos in peccato mortali, toties peccare, quoties hostias distribuit; quia sunt plures sacramenti distributiones, et plures actiones ornatae atque completae, etiam si fiant successive; unde ad minimus erunt unum peccatum aequivalens pluribus; ut latius explicuimus in tractatu de constitutivo, ac distinctivo peccati, sub finem. Secus dicendum est de eo qui uni plures hostias uno actu praebet; quia hic videtur una actio una transgressio, et consequenter facit, et aequivalenter unum solum peccatum. Vide Bonacina n° 44. Cum S. Corinth. Cap. 3. aliasque quae circa ministri intentionem determinat.

Prima quaestio: An ad valorem sacramentorum legis gratiae requiratur in ministro intentio faciendi sacramentum formaliter? Respondeo affirmative, ex fide Catholica; immo de intentione formaliter constituendi sacramentum hoc probavi cum Cardinali de Lugo contra recentiores, supra disputatione 6. Dixi intentio faciendi sacramentum formaliter: quia non sufficit intentio proferendi verba, et exercendi actionem externam sacramenti, sed requiritur voluntas faciendi, quod facit Christus, facit Ecclesia etc. Ratio est: quia ad conficiendum sacramentum requiritur intentio faciendi rem ordinatam ad esse sacramentale, et non sufficit intentio faciendi rem indifferentem; sed intentio proferendi verba, et exercendi actionem externam, non est determinata, et ordinata ad esse sacramentale; sed est indifferens; ergo etc.

2a quaestio: An sit necessaria intentio conferendi effectum sacramenti? Respondeo non esse necessariam, saltem explicite: quia actio sufficienter determinatur ad esse sacramentale per intentionem faciendi sacramentum. dixi explicite: quia intentio conferendi effectum

implicite includitur, in intentione faciendi Sacramentum, nam qui vult conficere Sacramentum vult etiam eius effectum qui consequitur ad sacramentum; iuxta illud, qui vult antecedens vult etiam consequens. Imo qui vult conferre Baptismum illum vere confert cum effectu, etiam si nollit effectum, et gratiam conferre; nam positio, quod velit efficaciter conferre Sacramentum, necessario vult etiam implicite et virtualiter effectum, illumque revera confert nisi adsit obex et impedimentum ex parte suscipientis; Sacramentum enim Evangelicum est signum sacrum significans, et infallibiliter conferens gratiam, sive illam moraliter efficiens;

3a questio: Quae intentio ex tribus divisionis 3ae requiratur, vel sufficiat ad valorem Sacramenti? Dico 1o: sufficit intentio virtualis; tum quia ea sufficit ut homo dicatur humano modo procedere; tum etiam quia si requireretur actualis via apperiretur innumeris scrupulis circa valorem Sacramenti an scilicet Minister attenderit actualiter ad conficiendum Sacramentum. Dico 2: non requiritur actualis; quia sufficit virtualis, ut dixi. Dico 3: nec sufficit, nec requiritur habitualis. Tum quia confectio Sacramenti debet esse actus humanus, sed talis non est cum sola intentione habituali; quae lecta. Tum etiam, quia ad conficiendum Sacramentum requiritur intentio, quae sit causa confectionis Sacramenti, sed intentio habitualis non est talis causa, quia est moraliter interrupta, intentio autem moraliter interrupta non est causa confectionis Sacramenti; ergo intentio habitualis non est causa confectionis Sacramenti.

Hinc est, illum non valide Baptizare, qui previamente in ebriandum intendit et determinat aliquos ebrietatis tempore baptizare. 1o: quia tempore ebrietatis non adest intentio actualis, ut patet; nec virtualis, cum per ebrietatem intentio interrumpatur. 2o: ...

Baptizandi debet esse libera, et humana, atque primum ut causa confectionis Sacramenti; sed talis non est actio facta in plena ebrietate; quod etiam videtur Bonacina n. 17. cum Suarez, Coninck, Graffiis, et aliis. Contra quam diximus non nulla obiicit, et solvit ipse Bonacina, quibus supersedeo, quia spectant ad materiam de Baptismo. Id non intendendum, Baptismum in ebrietate non valere, imputari non homicidium in ebrietate peractum. Ratio discriminis est quia hoc satis est, voluntarium et liberum sit in alio, Baptismus vero debet esse actus liber in se.

4a quaestio: An valide conficiat Sacramentum ille, qui ea die, qua natus est infans, habuit actualem intentionem illum Baptizandi, sed elapsis postea octo diebus, non repetita intentione eum fortasse Baptizat? Videtur affirmative P. Henriquez; quia existimat, talem intentionem esse, et manere virtualem; sed longe probabilius negant S. Thomas, Bonacina, Granado, Laiman, Coninck, Sotus, Vega, et alii, quos refert et sequitur Leander quaestione 18. quae in prima erat duodecima; sed ex chirographi incuria ex 12a facta est decima octava: Ratio est quia in eo casu non manet intentio actualis, nec virtualis, sed habitualis, quae non sufficit ad valorem Sacramenti.

5a Quaestio: An conficiat Sacramentum, qui sine debita intentione incipit verba formae profferre? Videtur negative, si verba prolata a Ministro sine intentione, sint de substantia formae; quia tunc perinde esset ac si non profferrent; sed si non profferrent non conficeret Sacramentum, ergo etiam. Videtur vero affirmative si verba non sint de substantia formae; unde qui sine debita intentione Baptizandi profferret ea verba Ego te baptizo non baptizaret; licet postea cum debita intentione subiungeret, in nomine Patris,

filii, et Spiritus sancti. Qui igitur Baptizando proferret illam particulam Ego sine debita intentione; caetera vero cum intentione injungeret valide Baptizaret; quia talis vox non est de substantia Baptismi, et continetur in illo verbo Baptizo sufficienter tamen praecedente; quam decidit Leander q. 29. cum Sairo, Chamarolo, et Bonacina.

6a quaestio: An ad valorem Sacramenti requiratur intentio absoluta. Resp. requiri nec sufficere conditionatam, nisi talis sit, quae statim transeat in absolutam. 1a pars constat: quia intentio debet esse efficax; sed sola absoluta est efficax; ergo etc. 2a pars ostenditur: nam conditio, quae apponi potest in intentione, vel est de praeterito, vel de praesenti, vel de futuro; ut si quis dicat Ego te absolvo si non es absolutus: Ego te absolvo si es masculus: ego te absolvo si restitutionem feceris. Atqui si Sacramentum administret sub conditione de praeterito, vel praesenti valebit Sacramentum si res ita fuit, vel est, sicut in conditione exprimitur: quia voluntas conditionalis, conditione in re posita transit in absolutam; non vero tunc valebit Sacramentum si conditio illa non fuit in re, aut est. Si vero Sacramentum administret sub conditione de futuro, nullum erit: quia huiusmodi conditio, semper est contraria substantiae Sacramenti quod practice se exercet. Ita Leander q. 30. cum Navarro, Caietano, Henriquez, et coet.

7a quaestio: An haec intentio conditionalis de praesenti ego te Baptizo si non es haereticus, sufficiat ad efficiendum Sacramentum validum? Negat Sotus, melius vero affirmat Leander q. 31. cum Garribeu, Henriquez, et Vecorno, si talis conditio adsit in Baptizando. Ratio est: quia in hoc casu intentio conditionata ministri transit in absolutam. Sic nihilominus validum est Sacramentum hac conditionali administratum, ego te Baptizo si es praedestinatus, quia data

conditione in Baptizando. Nam illico illa conditionali intentio in absolutam transit.

9a q. an sit peccatum mortale apponere conditionem in conficiendis sacramentis. Resp. semper esse mortale, si apponatur conditio de futuro; quia ea conditio semper est contraria substantiae sacramenti practici. Si vero conditio sit de praeterito, vel de praesenti, et adsit causa rationabilis, nullum erit peccatum illam apponere: si desit, erit, et mortale, ob irreverentiam, et fere nugatoriam sacramenti confectionem. Ita q. 22. cum Henriquez, Suario, Reginaldo, Nabilo, Navarro, Sa, Conincho, Bonacina. et coi.

9a quaestio: an error Ministri circa recipientem irritet sacramentum. Affirmant Silvester et Hostiensem apud P. Franciscum de Lugo hic cap. 2. q. 12. no. 94. Negant Becanus, Ledesma, Soto, et Gonzalez ibidem. Dico 1o: si Minister expresse determinet intentionem suam ad hanc personam, aut materiam, ita ut omnem aliam excludat, error personae, vel materiae, censetur substantialis, et sacramentum nullum; quia solum habet quid reale intendit; sed irrito intendit, quod nihil facit. Si vero minister vellit huic, quem habet praesentem, quicunque sit, sive mas, sive foemina, sacramentum conferre quamvis erret circa personam, valet sacramentum. Nam intentio perseverat circa personam istam praesentem.

Dico 2o, debet Minister in sacramentis praeter matrimonium dirigere simpliciter intentionem suam ad praesentem materiam seu personam sine limitatione, vel exclusa vel tacita conditione non faciendi sacramentum si materia vel persona sit diversa: nisi vero vel necessitas obliget ad sic limitandam intentionem. Ratio est: ne sine causa subeamus periculum irritandi sacramentum. Dixi, nisi vero vel necessitas obliget: quia interdum poterit subesse ratio sic intentionem limitandi, videlicet, si timeat Minister,

ne supponat aliquam Personam pro nõe; l. sexto cui nõ expediat conferre Sacrum Baptismi, l. Poeniã l. Ordinis, l. similis. Et tunc accipiens non tenetur esse de hac intentione, ne forte falso credat, se verum Sacramentum recepisse.

Dico 3. In matrimonio Error personae circa substantiam sub inde redderet nullum Sacramentum ex defectu consensus voluntarii. Rõ discriminis inter Matrimonium et alia quae Sacra est; quia in aliis contractibus Iustitiae commutativae per se solum attendit aequalitas pretii cum re, l. eius valore, seu commoditate; nec refert personam contrahentem esse hunc l. illam. Quando in aliis Sacris conditiones individuae recipientium nihil conferunt ad finem Sacri. Matrimonium vero per se respicit individuas contrahentium conditiones, et ex illas determinat consensum; cum hae suapte natura conferant ad individuam vitae consuetudinem inter coniuges, retinendam in quo consistit essentia Matrimonii.

Decima quaestio: An valeat Sacramentum, quod dant intentiones contrariae ministranti: exemplum sit: si quis intendat facere, quod Christus instituit, non vero quod facit Ecclesia Romana, quam non iudicat veram Ecclesiam. Rẽo: quod regulariter loquendo contrariae voluntatem ex ignorantia conceptam non impedit Sacri productionem. Ut dixi proxime in quaest. 2. de volente conficere Sacramentum non vero conferre effectum illius. Dixi regulariter loquendo; nam in casu extra ordinario, quo quis per nimiam reflexionem actuum exodio, l. maxima pertinacia profectum, intendat quidem conficere Sacramentum, et nullo modo velit facere, quod facit Ecclesia vera, si contingat Romanam esse veram: tunc sane non efficiet verum Sacramentum cum vere Ecclesia Romana sit Ecclesia vera. Q. 21. de causa mali extrinseca, sive de subiecto ac Persona recipienda Sacra. Super. leviores, et proponit ac solvit.

Prima quaestio: An soli viatores sint capaces sacramentorum active. Prob.: quia solum ad iustificationem eorum instituta sunt. Certo addit, quod de potentia Dei absoluta etiam homo veatus potest sacramentum recipere. Prob.: quia id nullam affert implicantiam.

2a quaestio: An ad valorem sacramentorum necessaria sit intentio, seu consensus in adultis recipientibus. Negant Glosa, Caietanus, et Ledesma. Affirmat n. glosa sufficere quod adultus ore consentiat, si corde dissentiat: Ceteri docent, sufficere quod adultus (sicut in parvulis) actum est intentionem et consensum recipiendi sacramentum non requiri) non habeat voluntatem contrariam; necessarium vero non esse positivum consensum. Exceptio tamen ad valorem sacramenti Eucharistiae, quia non pendet a voluntate suscipiendi, ut per se patet. Dico affirmative de valore requiritur sacramentum. Prob.: quia in Ministro requirit intentio positiva conficiendi, ac ministrandi ut supra vidimus; ergo requiri debet in recipiente. Vide Leander hic disp. 5. q. 2. cum aliis.

3a quaestio: An ad valorem sacramenti sufficiat intentio, seu voluntas habitualis adulti qui illud recipit. Negant Filiutius, et Ochagavia. Affirmo tamen sufficere intentionem habitualem, sive specialem et expressam, sive generalem, et implicitam, qua ex vi professionis Christianae censetur quis velle recipere debito tempore sacramenta ad valide recipienda omnia, si saltem aliqua sacramenta. Itaque ut quis valide, et fructuose sacramentum recipiat, sufficit habuisse aliquando voluntatem actualem, et expressam, illa recipiendi; si pe[..]sse implicite. Ex quo sequitur, valide

ac licite posse administrari SSma Eucharistia, extre-
ma unctionis et Poenitentiae saltem subconditionale haereticis bap-
tizatis existenti in periculo mortis, si Catholice vixerint;
etiam si explicite id non petierint. Ea in vivendo
censet petisse SSta quae conferuntur illi articulo.
ut colligitur ex Concilio Lateranensi lo Cap. 11. et
tenet Leander q. 7. cum aliis multis.

5a quaestio: an requiratur aliqua dispositio
in Baptizato suscipiente SSta, ut recipiat gratiam ex opere
operato. Resp. est: quia ad recipienda SSta vivorum
praerequirit statum gratiae, saltem per se loquendo; ad alia
vero recipienda, licet non praerequiratur status gratiae, quia per se
sunt ordinata ad dandam eam gratiam; praerequirit
tamen aliquis dolor de peccatis ex motivo supernaturali concep-
tus, ut in Baptismo, et Poenitentia. Sic omnes Theologi
apud Leandrum q. 4. hic erat inquirendum an
SSta eiusdem speciei aequalem conferant gratiam omnibus sus-
cipientibus cum aequali dispositione, et cum inaequali.
Sed quaestio solvi solet ... disp. 15. cap. 4.

6a quaestio: an sit licitum petere SSta extra
mortis articulum, a Ministro non tolerato. Resp. non: quia
Ecclesia id prohibet. Est autem Minister non tolerandus,
qui nominatim est excommunicatus, aut publi-
cus clerici percussor, et etiam degradatus, suspensus,
interdictus, et irregularis publice, et nominatim de-
nuntiatus. Ita Leander q. 8. cum Soto, Suario, Hen-
riquez, Sairo, Granado, Hurtado, Vecchano, et communi. Vi-
de Eminentissimum Franciscum de Lugo cap. 9. s. 1.

7a quaestio: an licitum sit petere SSta a Mini-
stro malo, tolerato, et parato etiam extra casum
necessitatis, si ille illa administrando peccaturus sit?
Negant Sotus, Reginaldus, Suarez, Vasquez, Grana-
do, apud Leandrum q. 9. Affirmo vero eam quod to-
lerandus sit, et paratus ad ministrandum, ita ipse
Leander cum S. Toma, Vivaldo, Coninc, ...
Vacano, Caietano, Soto, Navarra, Ursa. Resp. est:
qua tunc petens non inducit ministrum ad peccandum
seu administrandum, cum alioqui ipse paratus sit;

Vide Dnum francum de Lugo Cap. 5. q. 2. 3. et 4.

3.a quaestio: An liceat id petere, casu quo non sit paratus? Negant aliqui id licere Theologi multi, per dictum, nisi in casu necessitatis vel maioris utilitatis petendi. Affirmant id licere, non solum quando urget necessitas vel utilitas petendi, sed etiam alias. Ita Leander q. 10. qui a se refert S. Tho. Caietanum, Navarrum, Bonacinam, Joannem Sanchez, Vasquium, Sotum, et Dnum Sa. Prob. 10: quia petens utitur iure suo, et petit, quod sibi utile est. Prob. 2o: quia Minister facile potest administrare Sacramentum sine peccato, si velit: ergo administratio illa ex se non potest se parari a malitia: ergo petens talem administrationem, non petit rem ex se malam, aut necessario coniunctam cum malitia: ergo illa petitio ex se non est mala.

4.a quaestio: An saltem in casu, quo receptio Sacramenti a Ministro malo tolerato, non commodior, nec utilior sit petenti, sit quod alius probus Minister, qui administrare possit Sacramentum, sit peccatum mortale contra charitatem, tunc a malo ministro Sacramentum petere? Negant aliqui esse mortale, nisi a malo Ministro Sacramentum petere, et accipere, nisi aliquod magnum esset scandalum. Ita Sotus, et Joannes Cruzius, quorum Sa non displicuit. Henriquez. Henriquez. Vide Leandrum q. 14. Melius vero et longe probabilius affirmat idem Leander cum Suarez, Sairo, Granado, Navarro, Dno Sanchez, Diaz, quem 3 Velandia, Coelar, Bacone, et alii. Prob. est: quia in proposito casu nulla causa rationalis adest petendi Sacramentum a Ministro malo, cum aeque bene, et utiliter (ut supponimus) ab alio bono Ministro accipere possit Sacramentum: ergo mortaliter peccabit contra Charitatem, cum sit causa, quod alius peccatum committat, alioqui non commissurus. Cap. 2. Graviores aliae quaestiones de iurar.

9a quaestio: An veniale peccatum ~~et~~ actualr commissum in receptione SSti fructum eius impediat? Caietanus dicit Eucharistiam, et propter veniale peccatum, et propter actualem distractionem impediri, ne conferat augmentum gratiae. Et defendit ab eo Ssma Petrus de Soto apud P. Francum de Lugo hic Cap. 7. q. 7. Probari potest: qa videtur absurdum, qd ho, dum actu peccat sanctior fiat. In hac n~re duo videntur mihi probabiliora cum Sto Thoma, Scoto, Suarez, Coninck, Palao, Filiutio, quos refert et sequitur idem Lugus ibi n°. 32.

1um. Nullum veniale peccatum, l. actualr in receptione SSti commissum, l. antea patratum, et adhuc placens, impedit praecipuum effectum SSti. Prob: qa solum mortale peccatum e contra gratiam; veniale vo nec het formalem repugnantiam cum la gratia iustificante, nec cum ipsius augmento: nec e absurdum hoim dum peccat acquirere sanctiorem diversi tituli, l. acribus: qa. et recipit SStum non ponens obicem fit sanctior; quatenus peccat leviter, offendit leviter Deum: et hinc patet ad fundamentum oppositae sae.

2um. Veniale peccatum in SSti receptione commissum, l. adhuc placens recipienti, n solum impedit illius venialis culpae remissionem, sed etiam aliquem minorem fructum SSti, scilicet specialem Dei favorem, uberius auxilium, ferventiorem devotionem l. quid ~~huius~~ simile tibi fortasse concedendum, si liber ab oi macula veniali SStum reciperes. Minuat etiam fructus praecipuus SSti qa. diminuitur dispositionis: sicut n. veniale peccatum minuit fervorem charitatis, sic etiam diminuet fervorem dispositionis ad SStum recipiendum.

Decima quaestio: An liceat a publico, et notorio concubinario SStum recipere? Et sic q, cuius

delictum est notum per confessionem factam in iudicio, vel per praetendiam, aut legitimam testium depositionem, vel per talem evidentiam facti quae nulla possit tergiversatione celari. Talis dr clericus, qui retinet domi concubinam, ut uxorem. Ita ut etiam ipse non audeat diffiteri. fornicator autem publicus dr qui vagus abiens hac vel illa. Quaestio de utroque procedit. Et quidem 1a sa negat nobis licere ab eis sacra recipere, aut petere, aut eorum missas audire. Auctores et fundamenta huius opinionis refert P. Fran.cus de Lugo hic cap. 9. quaest. 4.

Probabilior autem est contraria opinio, docens clericos concubinarios, aut fornicarios etiam notorios, non esse ipso iure suspensos, nec vitandos in divinis, plusquam reliquos ministros peccatores, de quibus diximus q. 6. et 7. Ita docet idem Lugo n.o 31. cum Soto, Suario, Rodriguez, Medina, Sairo, Avila, Henriquez, Filliucio, Garcia, et aliis. Pro. 1o: quia iuribus recitatis 1a sa non statim exprimit suspensio ipso iure lata, sed ad summum ferenda. Ideo quod Tridentinum sess. 24. cap. 14. manifeste dicit esse suspendendos. Pro. 2o: nam quidquid sit de illis iuribus quae prohibent recipiendi sacra ab ipsis, vel eorum missam audiendi, iam talis prohibitio censetur ablata, vel contraria consuetudine, vel per extravagantem ad vitanda etc. quae concedit, ut nullum nisi denunciatum, aut publicum clerici percussorem, vitare teneamur.

Ultima quaestio. An in necessitate liceat dare pretium pro sacro? Tripliciter dari potest pecunia in hoc casu. 1o si detur pro sacro tanquam pretium equivalens: et hoc nunquam licet, nisi quis sit in gravi necessitate, sive etiam in extrema, unde potius relinquendus est infans sine Baptismo,

Ut adultus, sine Confessione vivat, aut Eucharistia; non hoc pacto emenda sacramenta. Probatur: quia haec est aperta simonia, quae nunquam licet; Unde talis aestimatio sacramenti pretio est iniqua contra ius naturale, cum multum derogetur intrinsecae dignitati sacramentorum, et circa hoc nulla est difficultas.

2o: Quando pecunia datur pro sacramento, non ut aequivalens ipsi, sed tantum ut proprium pretium apprehensum, ut medium necessarium ad obtinendum sacramentum. 3o: Si pecunia detur non pro sacramento, sed solum ad redimendam vexationem, seu ad alliciendum animum sacerdotis, ut deposita prava voluntate devite ministret. Difficultas hoc 2o, et 3o modo procedit. Et quidem 1a sententia simpliciter negat licere pretium dare in duobus casibus praedictis, sub quovis colore; seu titulo, quamvis extrema sit omnino necessitas sacramenti. Ita S. Tho. alesius, Paludanus, Turrecremata, Silvester, apud prae allegatum Suarez no. 33. fundamentum eorum est, quia putant hoc esse simoniam, ac vendi emere, et vendere sacramentum. 2a sententia tenet id licere in extrema necessitate, qua sine sacramento condemnandus sit homo; non vero in gravi. Primum: quia ius naturale vitandi damnationem praeponderat religioni sacramenti. 2um: quia praeponderat reverentia sacramenti gravi necessitati. Sic Abbas, Guilermus, Caietanus, Maior, Angelus, Sabinus, Navarrus, et Sotus apud Suarem no. 39.

3a et vera sententia tenet in iis casibus licere dare pecuniam ministro, sive in gravi, sive in extrema necessitate, tam parvuli, quam adulti, non tamen ut pretium sacramenti, ne committatur simonia, sed ad redimendam vexationem, et ad tollendum

impedimentum grave voluntati avaritiæ, et ad curandum remedium narium, & vitæ salutis sub titulo et colore prudenti, licet coacte. Vide idem Suarez n.º 27. cum alleato Magistro Gabriele, Augustino, Inquisitorensi, Adriano, Lessio, Suario, Bonacina, Filliucio, Villalobos, Silvestro, et aliis. Prob: Nam qui dat pecuniam in dictis casibus nullam irreverentiam irrogat SSto, sed potius magnam reverentiam, dum suo facto testatur esse narium ad salutem. Non. Estimat illud pecunia, nec intendit pecuniam dare, tanquam pretio, sed solum inducere ministrum, ut vellit id, quod debet velle, et expellere cupiditatem illius, ne ipsum privet remedio salutis nario.

Ex prædicta resolutione plura colligit Suarez, quæ per te non difficile colliges. Idem auctor q. 6. inquirit, an pro SSorum administratione possit aliquid accipi l. 5. et distinctis tribus in sacra functione: 1º, ipsa actio: 2º, labor intrinseco cum illa coniuncto: 3º, labore extrinseco illi annexo: varia respondet, quæ apud ipsum poteris videre, et ego vote venies exponens cap. n. alias questiones tangit, ac remissive resolvit.

2a Quaestio: an omnia Sacramenta ficte suscepta, ablata fictione, seu obice, conservent suum effectum, videlicet gratiam? negant innumeri doctores alii. docent nulli Sacramento nisi baptismo, convenire conferre gratiam, recedente fictione. ita Soto, Vasquez, Hurtado apud Leandrum hic disputatione 1. quaestione 7. alii baptismo, et poenitentiae, illud attamen convenire. ita Durandus, et Canus. alii id concedunt omnibus et solis Sacramentis imprimentibus characterem, nempe baptismo confirmationi et ordini. ita Maior, et Covarrubias. alii id tribuunt tribus iis Sacramentis et poenitentiae. ita Paludanus et Silvester. alii iis tribus addunt Matrimonium, et extremam unctionem. ita Coninck, et Lena. Alii id abiudicant omnibus Sacramentis una excepta Eucharistia. ita Suarez, Filliutius et Cardinalis Hugo. Alii nulli Sacramento id concedunt. Alii denique e contra et probabilius docent omnia Sacramenta ficte seu cum obice suscepta, ablata fictione et obice, suum effectum conferre, seu habere efficaciam gratiae. ita Sanctus Thomas, Caietanus, Petrus de Soto, Bonacina et Henriquez, quos refert, et sequitur Leander proxime alegatus.

Pro solutione suppono duo. 1um: difficultatem praesentem in hoc consistere; an qui recipit Sacramentum sine debita dispositione recipiat gratiam accedente dispositione quam praetermisserat. Vg. an qui bona fide recipit Baptismum ex. g. sine attritione, posita attritione recipiat effectum Baptismi, quem antea receperat, scilicet gratiam, quod aliis [illegible] quaeri potest, et solet videlicet an Sacramentum informe (id est validum sed actualem gratiam non conferens) aliquando possit seu postea ablato obice, efficaciter conferat gratiam. 2um suppono obicem, seu fictionem duobus modis posse contingere. 1o: ex defectu intentionis recipiendi Sacramentum, seu cum alio defectu essentiali, ut ut Sacramentum sit invalidum. 2o sine attritione, ubi recipiens Sacramentum non habuerit attritionem cum inculpabiliter omisit. Alii vero [illegible] dicam, quod tendiam circa Sacramentum utroque ex praedictis modis susceptum?

Dico 1o: Qui recipit sacramentum aliquod cum fictione et obice 1o modo, quia scilicet deficit intentio, sublata fictione et mutata voluntate, non recipit effectum. Prob. 1o: quia cum sacramentum sit invalidum defectu voluntatis, seu intentionis, non validatur per subsequentem voluntatem intentionem, et consensum; non enim firmatur tractu temporis, quod ab initio non subsistit: ut est regula in utroque sanctissima. Prob. 2o: quia ad validitatem, et effectum sacramenti non sufficit intentio sed etiam requiritur materia, et forma; sed quando aufertur fictio et mutatur voluntas, non adest materia et forma, quae iam praecesserat; ergo etc. Excipe matrimonium quod sine consensu celebratum, valorem quidem, et firmitatem accipit per subsequentem consensum: ut in eius tractatu fusius exponunt omnes Doctores.

Dico 2o: qui recipit sacramentum cum fictione 2o modo, quia scilicet inculpabiliter inadvertit attritionem et dolorem requisitum ad fructum sacramenti, sublata fictione et obice, quod est posita attritione, consequitur effectum sacramenti. Prob. 1o: Baptismus (cum S. Tho. et omnibus Doctoribus, ut loquitur Leander tract. 2. disp. 6. q. 21.) adhaerentes S.to Aug. in lib. 1. c. 12o Baptismi, sublata fictione producit suum effectum; non quidem characterem, quem bene prius produxerat, sed gratiam ad delenda peccata originale, et actualia commissa ante Baptismum; quae peccata simul remittuntur, quia unum peccatum mortale non remittitur alio non remisso: Ideo alibi impugnavi Gabrielem, falso opinantem, per solam susceptionem Baptismi, et impressionem characteris, deleri peccatum originale, et si non infundatur gratia; quia similiter ac baptismus, ablata fictione, seu obice, producunt gratiam reliqua sacramenta: si redderent contrarii congruam disparitatem, quam nec reddunt, nec reddent. Prob. 2o: quia haec sententia conformior videtur infinitae bonitati Dei, qui sacramenta instituit ad sublevandam hominum necessitatem.

Hoc intellige, dummodo post susceptionem sacramenti non fuerit commissum novum mortale peccatum; se

seuq non sufficiet attritio ad recipiendum praecedentem Bapti effectum; sed requiret contritio, aut novum Sacramentum poenitentiae cum attritione; nam peccatum mortale commissum post susceptionem Bapti non remittitur nisi per contritionem, aut per Sacramentum poenitentiae ut patet. Idem dic de peccato mortali in ipsa susceptione Bapti commisso; quod dici solet fictio, et obex formalis; indispositio vero inadvertibilis, dici solet fictio, et obex virtualis, seu radicalis. Ratio est: quia peccatum mortale commissum in ipsa Bapti susceptione confertur inter peccata, quae subsecuntur Bapti cum sit sacrilegium committans, et quod ad modum subsequens susceptionem Bapti; peccatum autem subsequens susceptionem Bapti, non remittitur sine contritione, aut attritione cum Sacramento poenitentiae. Hinc communis de poenitentia melior Theologorum pars docet, fictionem seu obicem formalem, sive peccatum commissum in ipsa susceptione Baptismi, subiici clavibus.

2a Quaestio: An Xus per mensuram actus, seu dispositionis, qua aufertur obex, conferat gratiam sacramentum meritum? Supponunt omnes ex Tridentino gratiam conferri a Sacramento iuxta mensuram dispositionis cuiusque. In praesenti vero difficultate negant P. Suarez et P. Corinth. quia requiritur dispositio pro digne suscipiendo sacramento exercetur quidem ut talis, cum sacramentum suscipitur, non autem antea, vel postea; quia sicut Sacramenta conferunt gratiam iuxta mensuram dispositionis, ut docent Concilia et Patres; ast ii actus, quibus post Bapti susceptionem aufertur impedimentum, seu obex, cuius causa non fuit collata gratia, erunt quidem removentes prohibens non autem dispositiones dispositive praeparantes, aut disponentes; quo non quo perfectiores, et intensiores fuerint huiusmodi actus eo abundantior confertur gratia.

Opposita sententia verior, et probabilior mihi est, et si cum pro maiori explicatione de voce asseritur. Prima non negat ablationem obicis dici posse dispositionem

ad gratiam, sed remotionem impedimenti. Ia vero cum suppositionem appellat, et quidem apte. Prob. tum 1a, tum locutio: quia sacramentum transactum non est, eo non communicabit gratiam in ipsa eius susceptione, quod tunc non fuerint ea, quibus opus fuerat, ut illud fuerit verum sacramentum, ut esse constat; sed ideo quod non fuerit digne susceptum, seu quod idem est non fuerit dispositio, requisita ad communicationem gratiae; ergo non poterit tale sacramentum praeteritum expediri ad eum effectum communicandum, nisi ponat illa prorsus dispositio, quae tunc defuit. Atqui est certum. 2a prob.: Et in primis, quod debeat poni aliquid quo auferat obex, seu impedimentum, ab omnibus admittitur. Quod autem illud debeat poni in ratione dispositionis, seu tanquam dispositio pro communicanda tunc gratia, suadetur dupliciter.

1o. quia obex in nullo alio consistit, nisi in indispositione; sed indispositio aufertur per dispositionem ut talem; ergo actus, quo aufertur obex est dispositio. 2o: quia sacramentum eadem prorsus ratione communicat gratiam sub statu in quo est, ac sub statu in quo tantum non est; sed sub statu in quo est, exigit dispositionem ex parte subiecti ut ei communicet gratiam; ergo etiam exiget, ut communicet sub statu, in quo tantum non est; sed haec dispositio non est alia quam actus ille quo tollitur obex et fictio, et alioquin iuxta mensuram dispositionis confert gratiam; ergo iuxta mensuram actus, quo tollitur obex, sacramentum praeteritum communicat gratiam.

Tractatum de sacramentorum officiis, quibus finem dedit eorum tractatus in Hispalensi foelicissimo collegio S. Hermenegildi in pervigilio nativitatis S. Ioannis Baptistae, qui olim nativitatis nomen adultus referens, divinam [illegible] ministerio renasceretur.

finis.

L^{re} De Censures

Tractatus de Censuris in genere

Plurimis ccª Censuras in Specie, et in individuo, aliasq. pœnas ecclesiasticas, quibus locupletatus.

Cum duplici appendice: una, de Censuris in Specie, altera de Censuris in individuo.

Auctore

Patre Ioanne Baptista de Algaba Sacræ Theologiæ moderatore dignissimo in Hispalensi S. Hermenegildi Collegio lectore.

Anno Domini — 1648

Proœmium, methodus et operis partitio.

Humani actus adeo aliquando sunt malitia deturpati ut merito circa illorum auctores heris iurisdictionem Ecclesiasticam in foro externo, censuras, seu pœnas, ac mulctas jam referat. Ideo post nostrum de peccatis tractatum, quem credibus chapsis deduximus recta doctrinae methodo censuras in com̄i damus. = Et quidem nascente Ecclesia censurae vero nascuntur; faxit Deus feliciter adeo omine orta, mox adolescant, nec minus feliciter intereant, fraude digna censura.

Quia vero in Ecclesia Catholica sunt variae censurae species, videlicet excommunicatio, suspensio, et interdictum, quibus multa sunt communia, multa differentia; ideo ne communia multoties repetantur de censuris in genere, sive in communi primo et principaliter toto hoc opere nobis erit agendum. Deinde (si per tempus licuerit) compendiario sermone disseremus de singulis censurarum speciebus, postea de censuris in individuo, sive in particulari, ac demum de aliis censurae similibus, nempe irregularitate, cessatione a divinis, degradatione, ac depositione, quas pœnas ecclesiasticas aliqui vocant, sed inutile ut dicetur 3a cap. 3. maxime a §o anni illustrata videbimus.

Universam igitur de censuris tractationem in com̄i 7. sectionibus comprehendam. 1a inquiret naturam censurae, seu quid et quotuplex sit censura. 2a declarabit censurae causam efficientem. 3a modum ferendi illam, seu formalem causam censurae. 4a causam motivam, ob quam fertur censura. 5a eius subjectum. 6a effectum illius. 7a tandem modum tollendi eam.

Sectio 1a.

De natura censurae ut sic. [illegible]

Naturam censurae in genere apte vocabimus, id prius calcamus essentias censurarum in specie, et in ipsa constitutiva aliarum rerum, sit irregularitati, cessationi

ā Divinis, degradationis, et depositionis, quae pœnae Eccle-
siasticae, et Censurae non sunt, sed pœnis Ecclesiasticis ac Cen-
suris similes. Ideo quia his nominibus toto hoc
tractatu frequentissimis significet, ipsa praeambula ex-
ponemus. Quemadmodum ut istud sacri ringe de-
prehenderemus, istos singulorum sacramentorum tam ve-
teris, tum novae legis nostro de sacratis ringe sunt praemisi-
mus.

Disputatio - 1a.

Nomina toto hoc opere frequentissima, ante-
ambula declarare praemittit.

Cap. 1um.

Significatum aperit vocum Censura, et excommunicatio.

Censurae ethimologia multiplex a multis adduci-
tur. alii assumunt originem trahere a verbo censeo
quod significat ferre sententiam: alii a Census quod est castigo, alii
a Censore, cuius et dignitas apud Romanos magna
erat, et munus moribus aliorum praeesse, ac delinquentes
punire. Hinc in praesenti ab Ecclesiasticis scriptoribus
Censura accipitur pro mulcta, quae poena, sive etiam hoc nomen
pœna spiritualis imposita propter aliquod crimen; qualis
pœna est excommunicatio, suspensio, et interdictum.

Excommunicatio dicitur a nomine communio, et praepositione
ex; unde excommunio idest extra communionem: Com-
munio autem inter fideles per Antonomasiam significat
Eucharistiam, qua per Eucharistiam unimur Christo, et invicem
communicantes ramus; ab hoc sancta communione desumptum
fuit in Ecclesia primitiva nomen excommunicatio, nam quando fi-
deles commiserant gravia peccata, arcebantur a sacra com-
munione Ecclesiae, et dicebantur excommunicati, idest extra com-
munionem facti; postea vero quoniam propter eadem
vel graviora peccata arcebantur fideles a reliquiis sacris, et
suffragiis Ecclesiae, orationibus etiam, ac fidelium convictu
extensum est hoc nomen excommunicatio, ut significaret latio-
rem hanc separationem.

Duplex est Excomunicatio: una maior altera minor: haec solum privat susceptione aut receptione passiva Sacramentorum et electione passiva ad Beneficium: illa vero privat receptione Sacramentorum activa, et passiva, ac simul suffragiis et orationibus communibus, et convictu fidelium. Ideo subsequens definitio, quae convenit Excomunicationi in communi et comprehendit maiorem et minorem, apta tenenda erit: Excomunicatio est Censura Ecclesiastica, seu poena spiritualis, qua separat hominem ab aliqua Ecclesiae communicatione, nempe, scilicet a Sacramentorum receptione et electione passiva ad Beneficia &c. scilicet ab aliis, et simul a suffragiis, et orationibus communibus, et convictu fidelium. Quorum primum accidit in Excomunicatione minori, cuncta in maiori, nec disiunctum culpes, saepe enim non vitio, sed virtuti tribuendum, si definitio per disiunctum tradatur. Ut probatur in physicis, Corpus in genere explicans, et in Theologicis peccatum in communi definiens.

Dicitur Censura, seu poena spiritualis genus est ad Excommunicationem, suspensionem, et interdictum: dicitur vero Excomunicationis ab aliis poenis, quae non sunt Censurae, nec privant bonis spiritualibus, sed temporalibus, quales sunt Ieiunium, Exilium, Carcer, et aliae poenae, quas Ecclesiastici praelati solent imponere. Additur ab aliqua Ecclesiae communicatione: Ideo Excomunicatio nequit comprehendere non Baptizatos, ut pote nunquam admissos ad Ecclesiae communicationem fatente Paulo 1a ad Corinth. 5. quid mihi de his qui foris sunt iudicare?

Differentia Excomunicationis a reliquis Censuris, ut
+ maxime illa communicatione suspensione et interdicto reliquis particulis continetur+, quia Excomunicatio privat Sacramentis, suffragiis Ecclesiae, convictu fidelium quatenus haec sunt communicatio Christiana. Interdictum privat Sacramentis et Divinis officiis, et quandoque sepultura sacra, Beneficia etiam, non vero in quantum in illis communicant Baptizati; suspensio privat usu Ecclesiasticae potestatis, quatenus est potestas ecclesiastica. Itaque nec interdictum, nec suspensio formaliter separant a communione ecclesiastica nam suspensio formaliter privat Ecclesiastico ministerio. Interdictum vero privat formaliter Divinis officiis.

Veniat in definire dr̄ a suffragiis et oratio-
nibus cōibus, qa licet Ecclesia possit privare excōicatum ab
illis suffragiis et orationibus specialibus, seu quae per intentio-
nem privatam, et specialem applicant fidelibus; de facto
tn̄ n̄ privat; sed solum illis suffragiis et orationibus, quae
applicant noē Ecclesiae per intentionem cōem.

Effectus 4us excōicationis, seu res quibus privat,
continet in versu illo vulgari,

Os, orare, vale, cōio, mensa negatur.

Id est, cōio fidelium interdicta ē excōicato denuntiato n̄ tollerato,
quoad confabulationem, oratum cōem noē Ecclesiae, urbanam
salutationem, convictum cōem, cōem mensuram.

Non in cōicatio cum excōicato denuntiato n̄ tollerato
in oibus casibus interdicit. multi n. casus excipiunt, qui
coit explicant illo versiculo.

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Per utile intelligunt verba spiritualia ad excōicati salu-
tem pertinentia, licet n. illum hortari, ut resipiscat. Per
legem significat matrimonium. Per humile intelligunt
subditi, ut filii, servi, et familiares. Per rem ignoratam
intelligit ignorantia criminalis, et inadvertentia n̄ alis.
Per necesse intelligit necessitas quae excusat etiam a
cōione sacramentorum tam activa, quam passiva.

Praeter hos casus cōicare cum communicato de-
nuntiato peccatum ē mortale si cōicatio sit in divinis; sive
in humanis, ac civilibus veniale: et hoc ex suo gēe nisi ob-
parvitatem materiae, f. inadvertentiam, aut defectum delibe-
rationis mortale fiat veniale, f. ob scandalum veniale
migret in mortale.

Cap. 2um

Suspensionem adumbrat.

Suspensio ut excipiunt noē Chimobaria vacat
ē actus per quem exercitium ordinis, officii, f. beneficii
est [illegible] vendendi. Et est triplex. 1a laica, ut refert
ad secularis officium: hinc separatio, qua ad vocem separat

ab officio ad vocandi, dicitur suspensio. Lata, ut refert ad ordinem Sacerdotalem sine culpa suspensum v.g. quia propter infirmitatem est quid suspensus a dicendo Sacrum. Stricta, quo refert ad ordinem Sacerdotalem; vel ad Beneficium Ecclesiasticum; vel ad utrumque simul, ad finem ut suspensus resipiscat a contumacia in culpa. Et de hac suspensione ~~[illegible]~~ stricta deinceps saepe loquemur.

Haec suspensio stricta est censura Ecclesiastica qua alicui personae Ecclesiasticae prohibetur aliquam usum et exercitium sui officii vel Beneficii Ecclesiastici in totum ad certum tempus vel in parte ad certum tempus, sive in perpetuum. Lij Censura Ecclesiastica, est genus, in quo convenit suspensio cum aliis duabus censuris Ecclesiasticis, nempe interdicto, atque excommunicatione tam maiori, quam minori. Eadem voce differt suspensio ~~[illegible]~~ a poena exilii, carceris, privationis Beneficii, quae poenae non sunt censurae, quia non imponunt ut poenae spirituales, sed ut temporales. Per reliqua verba, quae continent prohibitionem ministris Ecclesiae faciendi Ecclesiasticae functionis, differt suspensio ab excommunicatione maiori, minori, et interdicto.

Nam excommunicatio maior privat omnes fideles totaliter communicatione Ecclesiastica: suspensio vero privat tantum ministros Ecclesiae, et non totali communicatione, sed functione tantum Ecclesiastica. Excommunicatio insuper minor privat omnes fideles participatione passiva Sacramentorum: suspensio autem privat ministros tantum Ecclesiae functione activa Ecclesiastica. Denique interdictum privat omnes fideles tum active, tum passive divinis officiis: suspensio vero privat solum Ecclesiasticas personas, seu ministros Ecclesiae activa solummodo functionis Ecclesiastica.

Sed iuvat definitionis verba membratim percurrere. Dicitur suspensio Censura, qua generica convenit cum excommunicatione et interdicto. Subiungitur Ecclesiastica: quia est censura spiritualis procedens ab habente potestatem Eccle-

Ecclesiasticam, et spiritualem in foro exteriori, sive contentioso, seu ut dici solet in foro fori. Et ideo quando confessarius praecipit sacerdoti, ne celebret per tantum tempus, non est censura; quia ea poena spiritualis est in foro interiori, sive in foro conscientiae. addit, qua prohibentur personae Ecclesiasticae: nam laici non sunt capaces suspensionis proprie, et stricte sumptae, quia suspensio est circa actus ecclesiasticos in pendendi existentes; sequitur ob suam culpam quoniam suspensio de qua in praesenti loquimur non potest incurri sine propria culpa: unde quando sacerdoti praecipitur à iure, ne celebret, quia est decrepitus, vel leprosus seu a confessario stricte ut à celebratione abstineat ad tempus quoddam determinatum, non est suspensio.

Subneeditur officii, vel beneficii propter varias species suspensionis de quibus mox dicemus. dicitur in totum, ad certum tempus ad differentiam depositionis, et degradationis, quae universaliter privant ab exercitio totius officii, seu beneficii Ecclesiastici in perpetuum absque spe restitutionis. addit, seu in partem, sive ad certum tempus, nam suspensio quando est ab aliqua parte, v.g. à beneficio tantum, seu ab officio tantum, vel ab aliqua parte officii potest esse in perpetuum, v.g. si sacerdos privetur in perpetuum ab audiendis tantum confessionibus, suspensus est, non degradatus. at vero si est universaliter privatus ab exercitio totius officii, et beneficii simul debet esse usque ad certum tempus; nam si est in perpetuum non erit suspensio, sed degradatio, seu depositio.

Ex dictis patet 2.º suspensionem differre ab interdicto; q.ª suspensio nequit incurri nisi ob culpam propriam; interdictum v.º potest incurri sine propria culpa. Ab excom.ne, q.ª haec privat a receptione s. etiam administratione sacramentorum, inquantum talis receptio et administratio est quaedam communicatio cum fidelibus: suspensio v.º non prohibet receptionem sacramentorum, sed privat exercitio Ecclesiastici officii, l. Beneficii, inquantum est officium, seu Beneficium Ecclesiasticum. Differt a degradatione et depositione; q.ª hae universaliter privant ab officio et Beneficio Ecclesiastico in perpetuum sine spe restitutionis cum certa quadam solemnitate, ita ut solus Papa possit restituere degradatum l. depositum: at suspensio ab officio l. Beneficio, non tollit spem restitutionis ab inferioribus Papa saepe facilibus. Denique differt ab irregularitate; q.ª haec privat receptione ordinis, quatenus ordo est, et hoc in perpetuum. Suspensio v.º non privat fructu susceptionis ordinis, quatenus ordo est; sed usu et exercitio potestatis Ecclesiasticae, suscepti tam ordinis; l. officii aut Beneficii. Mitto alias differentias.

Suspensio stricta hactenus definita triplex est. 1.ª ab officio, 2.ª a Beneficio, 3.ª ab utroque. Suspensio ab officio est suspensio ab usu potestatis spiritualis ad exercendum aliquem actum, sive ordinis, et dr suspensio ab ordine; sive iurisdictionis, et dr suspensio a iurisdictione. Et possunt hae suspensiones separari et coniungi. Utraque suspensus ab ordine non potest ministrare in illo ordine, in quo est suspensus, et si ministrat fit irregularis. Suspensus v.º a iurisdictione non potest exercere illam iurisdictionem, non fit irregularis, si exercet, nisi in aliquo casu imponeret etiam irregularitatem.

Item suspensio a Beneficio est duplex: 1.ª ab omni; 2.ª ab aliquo. Utraque privat usu iuris ad percipiendum temporale emolumentum Beneficii;

1.ª

fidelibus com(muni)s est.

Reliquis definitionis particulis continentur tres effectus interdicti. 1us prohibitio usus aliquorum sacramentorum scilicet Eucharistiae, extra casum necessitatis, extremae unctionis, et ordinis: et hic effectus communis est omnibus fidelibus tempore interdicti: ipsis vero qui causam dedere interdicto non solum prohibentur omnia illa sacramenta, sed etiam alia quatuor. 2us effectus est privatio divinorum officiorum scilicet publice, et solemniter, non autem privatim et ianuis clausis. 3us effectus interdicti est privatio ecclesiasticae sepulturae, sive inhumationis in templo.

Interdictum hactenus definitum atque explicatum triplex est: locale, personale, mixtum: locale directe prohibet ne in loco proprio, sive in ipsis contumaciam publice celebrent divina officia, sepeliant fideles in ecclesiastica sepultura, et administrent sacramenta exceptis baptismate, confirmatione, poenitentia, et viatico, sive eucharistia in casu necessitatis: de matrimonio autem est difficultas, tamen a Suarez tomo 5. in 3am partem disputatione 33. sectione 2a. n.o 90. nisi in Nativitate Domini, in Pascate, in Penthecoste, et in Assumptione Deiparae, quibus temporibus suspenditur interdictum quoad divina officia tantum, alios dies excipit Suarez. disputatione 34. sectione 1. n.o 41. Haec omnia patent ex iure canonico. Vide Bar-tellium hic q. 8a. art. 1. n.o 4.o

Itaque posito interdicto in aliquo loco, ergo in nostra Hyspali, omnes fideles privantur usu ordinis publico, et solemni, extremae unctionis et eucharistiae extra casum necessitatis. Qui vero causam dedere interdicto, privantur usu omnium sacramentorum. Adverte non hic quod interdicto mere locali tantum interdicitur locus, ita ut nec cives nec exteri possint ibi audire divina; at vero quaecunque personae non interdictae poterunt ea audire in alio loco non interdicto.

Pure personale interdictum est, quo interdicuntur personae et non loci, interdicuntur: et tunc illae personae nec hic nec alibi, poterunt audire divina. Unde interdictum personale directe prohibet personam, ne huius nu

dicitur unde: ita ut ubicumque reperiatur persona, ibi detur interdictum personale: in quo differt ab interdicto locali, nam extra locum interdictum non est privatio talis usus.

Denique interdictum mixtum est quando et locus, et personae interdicuntur; seu quando prohibitio refertur ad personam, et ad locum, ubi deambulat sive adest persona sic interdicta, et propterea iure vocatur a iure interdictum hoc deambulatorium. — Ponas: locus non potest peccare: ergo nec interdici. Nego consequentiam, quia interdictum non habet rationem poenae in loci, sed tantum in Principijs loci. Attendum:

Nota 1o: interdictum locale esse duplex: scilicet generale, et speciale, sive particulare. Generale, quo interdicitur regnum vel Provincia, vel Civitas, Villa, vel Castrum: speciale, quo interdicitur aliquis specialis, utputa aliqua Ecclesia, vel aliquae, sed non omnes parochiae. Vide Patrem Stephanum Avila virum doctissimo et politissimo de censuris parte 3.a disputatione 1. dub. 5.

Nota 2um non esse generale, sed speciale interdictum quando sunt plures parochiae in eodem loco, et omnia omnium integre interdicitur. Patet ex dictis.

Nota 3um Ita sentiunt sed cum Navarro et Colarrubias, quos refert et sequitur Pater Avila ibi, non esse interdictum generale, sed speciale quo non interdicitur totum regnum, provincia, Civitas, vel Castrum, quamvis interdicantur omnes Ecclesiae Civitatis, vel regni, immo et totius Mundi. Ratio est: quia per interdictum generale divina prohibentur ubique; at licet in eo regno provincia, Civitate, Villa Castro, possint extra ecclesiam celebrari officia divina, sicut patet in domibus privatis privilegium habentibus; ergo non est interdictum generale, sed speciale.

Nota quartum, interdictum pure personale etiam duplex: videlicet generale et speciale. Generale dicitur quo interdicuntur omnes personae totius regni, provinciae, Civitatis, Villae vel Castri. Speciale vocatur, quo inter-

interdicitur aliqua pars talis communitatis; sive sit uni
ca tantum persona, sive plures; et quidem quo interdicit
totum Collegium, v. g. Universitas contenta in civitate; tale
interdictum personale vocant generale Navarrus, Pater
Henriquez et Pater Tesaurus p. 2a, verbo usura-
rius cap. 7. nota 2a.

Reliquum vero illud speciale appellant Silvester
et Pater Avilla, ubi supra; quia Universitas, seu colle-
gium quodvis contentum v. g. in civitate Hispalis non
est integra communitas totius Hispalis, sed pars tantum.
Ubi nota, interdictum hoc personale ad Universitatem
non ligare particulares de Universitate, ut debeant abs-
tinere a divinis, nisi cum Universitatis culpa fuerit pu-
blica effecta; ut cum Suarez et Silvestro docet ibi Pater
Tesaurus. Cap. 4um. Cessatio a divinis sinuitur.

Cessatio a divinis est omnimoda desistentia a
divinis officiis, et ab aliquorum sacramentorum admi-
nistratione in aliquo loco decreta. Clarius: est prohibitio
qua in aliquo loco prohibentur celebrari divina officia,
et sacramenta aliqua administrari. Dicitur in aliquo loco
quia cessatio a divinis non afficit immediate personas, sed locum.
Cum enim personas ipsas vel ipsorum non afficiat, oportet
afficiat locum ut circumstantiam ubi suum merorem Ecclesia
declarat. Similiter interdictum locale afficit locum ut cir-
cumstantiam; cum enim Ecclesia intendat significare magni-
tudinem criminis, vires et hoc alicubi debeat
manifestare, (nam quidquid manifestatur, alicubi ma-
nifestatur) interdictum Ecclesiasticum locum afficit locum
principis in signum poenae, quam tali principi Ecclesia
infligit.

Predicta desistentia a divinis seu prohibitio
non fit ab Ecclesia directe in punitionem alicuius peccati.
Ideo cessatio a divinis non est censura, quia censura est poena

medicinalis quam Ecclesia infligit directe ut peccator resipiscat. Cesatio autem fit ab Ecclesia, tum in offensionem ut cogat iniuriantem desistere, tum in signum meroris ob enormem iniuriam ipsi factam: ac demum in signum afflictionis Ecclesiae, quod adhibitis omnibus aliis remediis nihil profecit; quare (ut nobilissime bene annotante Pe. Tosofo Augno de interdicto no. 9.) est veluti quaedam viduitas, et luctum Ecclesiae quem illa prestat ad imitationem Populi Israelitici, qui cum captivus ferebat, in signum tristitiae suspendit organa quibus laudes Deo cantabat. Psalmo 136. Hinc celebris est in iure Canonico, et apud Canonistas, illa Cesationis a divinis definitio, scilicet Cesatio a divinis est suspensio organorum divinae laudis in aliquem locum decreta; seu Ecclesiasticorum Ministrorum silentium.

Duplex est Cesatio a divinis: Generalis, et particularis. generalis dicitur quae fit in loco illi, particularis vero, quae fit in loco particulari; ex dicto capite anteriori de interdicto. Qua explicatione non obstante, mihi compertum est, deceptos fuisse quosdam doctores relatos a Pe. Henriquez. Cap. 52. no. 10. docentes, idem esse Cesationem, et interdictum generale. falluntur utique, nam tempore generalis interdicti licitum est in singulis Ecclesiis celebrare officia divina cum moderamine, quod non est licitum tempore Cesationis: ut ex Pe. Henriquez et Navarro; et de notavit P. Avila parte 5a. disp. 1. dubio 10.

Cesationis effectus possunt esse negatio divinorum officiorum, sacramentorum (excepto Baptismo parvuli, et penitentia morientium) Ecclesiastica sepultura, et campanarum pulsationis. Circa quos effectus multiplex solet agitari questio, et alibi forsam agitabitur. Id nunc omittendum. scilicet Cesationem non semper habere predictos omnes effectus, quos imponit a Papa, qui sic potest illam restringere, statuendo, quod habeat aliquos effectus, ut

nõ oẽi. oẽi v° ẽoi effectus fiet, qdo imponit ab
inferiori. qa hic tenet observari Iuris communis, ubi
effectus illi statuunt. Cap. 9. degradationis, et deposi-
tionis expositionem attingit.

Degradatio ẽ duplex: una verbalis, altera realis, sive actualis. Realis ẽ, qua clericus re ipsa degradat sive a gradu Ecclesiastico deturbat. Verbalis (qdo in verbali sña finit causa, seu lis) ẽ, qua verbalr tantum degradat, et iudex n intendit procedere ad realem degradatem, sed sola verbali ẽ contentus. Et licet aliqdo depositio vocet quævis degradatio, proprius v° et frequentius depositio stat pro degradatne verbali. de utraq definitionem:

Igit degradatio verbalis, seu depositio, ẽ Ecclesiastica pœna, s. privatio, qua vir Ecclesiasticus privatur universalr ab oĩ officio et beneficio Ecclesiastico in perpetuum absq spe restitutionis, retento privilegio clericali. realis autem degradatio ẽ Ecclesiastica pœna s. privatio, qua vir Ecclesiasticus privat vel ab oĩ officio, et beneficio Ecclesiastico, et ab oĩ privilegio clericali in perpetuum, sine spe restitutionis. Hinc plura per te ipsum colliges.

1um: Qd degradatio actualis ẽ executio degradationis verbalis, seu depositionis. — 2um: qd degradatio realis, et verbalis seu depositio, in duobus differunt. 1°: quoad solemnitatem; singulæ n. singulis ordinis propriis solemnitatibus efficiunt. 2°: qa realis degradatio aufert privilegium clericale. qd n aufert verbalis degradatio, nisi depositus sit incorrigibilis; tunc n. perdit utrumq privilegium fori s. et Canonis. Hæc oĩa exiure docet Sñe Avila ubi supra, cum Angelo, Silvestro, Na-

Navarro, et Bernardo Diaz.

Tum sequitur quod degradatio, et depositio differunt a suspensione: quia haec relinquit spem restitutionis ad officium, vel Beneficium; degradatio vero, et depositio, spem restitutionis adimunt. — Tum sequitur: quod depositio ab officio differt etiam a perpetua suspensione; quia perpetuo suspensus, si celebret fit irregularis, ut pote violans per actum Ordinis maioris censuram Ecclesiasticam suspensionis: at depositus ab officio, sive a divinis, si celebret, non fiet irregularis; quia vere non violabit ullam censuram, sed meram poenam Ecclesiasticam depositionis; ut cum Suaro acute notavit Bonacina Tesaurus parte 1a cap. 27 fine.

Tum sequitur, quod degradatio et depositio differunt ab irregularitate dupliciter. 1o: quia irregularitas superveniens non privat titulo Beneficii iam quaesiti, seu adquisiti, ut cum Navarro tradit Bonacina Avila parte 7a initio. degradatio autem, et depositio, privant illo. — 2o: quia irregularitas incurritur ipso iure divino, et absque solemnitate, et aliquando non privat usu ordinis suscepti; ut etiam ex Navarro docet ibi Avila. Contrarium autem reperitur in degradatione, et depositione. Cap. 6 Irregularitatem notificat.

Irregularitas dicitur ab in quod est sine, et regula: unde idem valet ac sine regula, vel contra regulam, aut extra regulam: Et sic definitur Irregularitas est impedimentum Canonicum, quo directe impeditur aliquis tanquam inhabilis ordines suscipere, vel in illis susceptis ministrare. Itaque irregularitas in praesenti solum dicitur in ordine ad primam tonsuram (quae licet ordo non sit est tamen praevia et proxima ad ordinem dispositio), et ordines suscipiendos, vel in susceptis ministrandum; et non irregularis

ille, qui praeter communem aliorum regulam est impeditus ad ordines facile, et digne suscipiendos, scilicet in susceptis ministrandum; non autem in ordine ad reliqua sacramenta. Percurramus definitionis verba.

loco generis ponitur impedimentum; quo convenit irregularitas cum aliis censuris, ac poenis, quae non irregularitates non sunt: Et non ponitur poena, quia irregularitas aliquando incurritur absque ulla culpa propria, aut aliena; proindeque non semper est poena; Dicitur Canonicum, quia nulla irregularitas introducta iure divino, sed non humano: Unde non incurritur nisi sit in iure clare expressa. Et cum Pontifices nihil (regulariter loquendo) efficiant contra decreta iuris, fit, ut quando in Iubilaeis, et Bullis concedunt facultatem absolvendi a censuris, non intelligatur irregularitas nisi necessario exprimatur.

Rursus dicitur Canonicum, seu Ecclesiasticum, quia licet in veteri lege aliquae irregularitates extiterint illa non lex iam cessavit. denique hoc verbo differt irregularitas ab impedimento, quo faeminae, et non baptizati prohibentur, immo inhabiles sunt ad ordines suscipiendos; quia istud impedimentum est iure divino introductum non humano, seu Canonico. Unde licet faeminae, et non baptizati, nequeant ordinari, proprie autem non sunt Canonice irregulares, sed ex divino iure ad ordines inhabiles, sive impediti.

Illa particula, quo directe impeditur etc ponitur loco differentiae; per eam enim differt irregularitas ab excommunicatione suspensione et interdicto; quia licet haec impediant receptionem scilicet usum ordinum, non tamen directe quatenus ordines sunt, sed sub alia ratione. Ergo excommunicatio privat receptione et usu ordinum, quatenus est quaedam communicatio cum fidelibus. suspensio privat usu ordinum quatenus ordo est quaedam potestas Ecclesiastica, seu quoddam officium Ecclesiasticum; receptione autem ordinum non privat directe. interdictum aliquando privat usu ordinum non ut ordo est, sed ut est quoddam officium divinum. Sola irregularitas privat receptione, scilicet usu ordinum, quatenus

Ordo est. et nihilominus per illum consecratur Ecclesiae Ministri.

Possunt etiam aliae differentiae assignari Irregularitatis ab aliis Censuris, et poenis Ecclesiasticis. Et quidem ab Excommunicatione, et suspensione, et interdicto; primo, quia haec sunt Censurae, et poenae; Irregularitas vero neque est Censura, nec poena, adhuc ea quae contrahitur ex delicto; quia non fertur in punitionem delicti; sed ad evitandam indecentiam, quae esset in eo, quod persona, quae tale commisit crimen suscipiat Ordines, aut iam susceptos exerceat. 2o: quod Excommunicatio et suspensio et interdictum possunt ferri a iure et ab homine; Irregularitas vero tantum a iure et non ab homine; sub intellige, inferiore a Papa non ferri potest. 3o differt Irregularitas ab Excommunicatione maiori; quia haec pluribus privat, quam Irregularitas, ut patet: et iis quibus etiam privat Irregularitas, privat alio modo, scilicet ut sunt communia aliis fidelibus.

4o Irregularitas differt a suspensione; quia haec solum privat usu, at Irregularitas privat etiam quasi capacitate et potestate, reddendo, et tractando personam ~~ta~~ quasi inhabilem, et ineptam. 5o Irregularitas a depositione differt quadrupliciter: 1o, quod depositio non infertur a iure, sed ab homine; Irregularitas vero non ab homine, sed a iure. 2o: quod depositio saltem directe non inhabilitat ad susceptionem Ordinum sed ad usum susceptorum: at Irregularitas inhabilitat, aut quasi inhabilitat ad Ordinem suscipiendum. 3o: quod depositio non fertur ad evitandam indecentiam, sicut fertur Irregularitas, sed ad evitandum damnum commune futurum ex usu ordinum a persona deposita. Quarto: depositio semper est poena: Irregularitas vero aliquando poena non est; ut dictum disputatione 3a Cap. 3. maxime parag.

Prob. 2o etc.

Irregularitas in universum accipi potest late, et proprie; 1o modo sumitur pro quocumque impedimento, et inhabilitate undecumque proveniente.

in ordine ad ordines suscipiendos, vel in illis mi-
nistrandum: Et sic foemina, Energumenus, Rusticanus, perpetuo
amens, dicuntur late sive minus irregulares. Ex eo non
sumitur in praesenti. ac proinde superiori definitione. Et quidem
irregularitas propria est duplex: Totalis, et partialis.
illa privat licita receptione, et usu omnium ordinum: haec
privat receptione aut usu solum ordinis alicuius. Irre-
gularis, quovis ex iis modis, si ordines absque dispensatione
peccat mortaliter, sed ex hoc non incurrit novam irregu-
laritatem. Item absque dispensatione est incapax novi
Beneficii hoc est non datur propter officium et usum ordinum,
ad quem inhabilis est irregularis. Item est incapax
novae iurisdictionis ordinariae, quae requirit usum
ordinum, et impedit ab usu antiquo.

Secunda irregularitas propria sive totalis
sive partialis est etiam duplex: alia ex defectu, alia
ex delicto: Illa non exigit peccatum nec provenit
ex culpa, sed ex indecentia, vel defectu significationis; ut
in eo, qui corpore vel animo viciatus; vel in iudice
qui iuste occidit malefactorem. Altera est, quae pro-
venit ex culpa ut ex iniusto homicidio, vel ex mala
receptione vel usu ordinum etc. Et haec etiam non
contrahitur nisi propter peccatum mortale, quod est ame-
xum, consummatum, et externum. Itaque irregula-
ritas ex homicidio non contrahitur per solam voluntatem
occidendi, neque per quamcumque diligentiam et coope-
rationem, ut sequitur, si actus non est secutus.

Hinc sequitur ignorantiam vel inadver-
tentiam, quae excusat a tali delicto, excusare etiam ab
irregularitate. An autem ignorantiam solius poenae ir-
regularitatis, excuset ab ipsa incurrenda? Multi di-
cunt excusare in foro interno. Plures vero dicunt non
excusare, quia ut alibi diximus, non infligitur ut poena
propter aliquam contumaciam; sed propter indecentiam, et
indignitatem subiecti, quae indignitas consequitur, posito delicto
etiam cum ignorantia poenae.

Irregularitas ex defectu multiplex est. 1a ex defectu corporis, s.n. aliquis adeo sit a natura male formatus ut tali corporis defectu laboret, qui ordinis executionem impediat, f. notabilem deformitatem, aut horrorem iudicio Episcopi contineat, est irregularis: hi autem defectus esse possunt f. in sensibus, f. in membris, f. ex morbis, praesertim incurabilibus, f. in ipsa membrorum improportione et monstrositate. — Secunda ex defectu animae: unde carentes omnino usu rationis, et furiosi, et insanientes. Item ~~[illegible]~~ Neophyti, id est, qui ex Iudaeis, Mahometanis, f. Ethnicis nuper ad fidem conversi sunt. praeterea Daemoniaci, et Arreptitii, et carentes scientia ad ordinem suscipiendum requisita, irregulares sunt. 3a irregularitas est ex defectu Sacramenti Matrimonii: sic Bigamus est irregularis.

4a ex defectu natalium, ut omnes illegitimi. 5a ex defectu originis, ut mancipia, et servi. 6a ex defectu aetatis ad singulos ordines requisitae. 7a ex defectu lenitatis: sic ministri Iustitiae sanguinis sunt irregulares et alii qui ad mortem etiam iustam alterius cooperantur. 8a ex defectu bonae famae, sic infames sunt irregulares. Infamia vero alia est iuris, id est, per leges aut canones posita; alia facti, quam incurrit ex aliquo gravi, et publico delicto, propter quod delinquens a iuris prudentibus iudicatur infamis. Pro speciali quadam iuris infamia et irregularitate comprehende parentes ac filios. Vide si placet Patrem Thesaurum ~~par. 2.~~ verbo ~~[illegible]~~ Bannitus cap. 2. no 3. Hic omnis irregularitati ex defectu illud commune est, ut cessante causa, et defectu ut plurimum cesset etiam irregularitas.

Similiter irregularitates ex delicto multae sive ex multis capitibus sunt. 1o ex delicto Haeresis, aut Apostasiae, Homicidii, aut mutilationis voluntariae. 2o etiam interdum ex homicidio casuali secuto ex opere illicito. 3o ex delicto iteratae receptionis

aut collationis Baptismi. 4o deniq. inverdum illicite ordinum suscepte, aut ministrate procedunt ab impeditis per Censuras: de quo non nihil dicemus infra Cap. 8. et disp. 3. Cap. 3. parag. deinde nec definitio etc.

Cap. 7.

Irregularitatis causam, effectus, et dispensationem festine salutat.

Causa efficiens irregularitatis non est homo sed Ius: quia Iudex non potest imponere irregularitatem, nisi sit a iure decreta, incurrendaq. in casibus ab ipso expressis. Excipe Papam, qui cum non subiiciatur iuri Com. potest tanquam Iudex infligere poenam irregularitatis. Confirmatur inanem solute lepidissimae quaestiunculae: an sacerdos iterans missam in eadem die, extra Natale Domini, et casum necessitatis, hoc ipso sit irregularis. affirmat Maiolus apud Patrem Tesaurum part. 2. verbo Missa Cap. 8. Melius negat ipse Thesaurus; quia id nullo iure probatur, et irregularitas non est asserenda, nisi ubi reperitur iure expressa: Cap. is qui. de sent. excom. in 6o. Nam si dubium sit an iure exprimatur. L. nor. Circa poenas sacerdotis missas plures celebrantis eodem die. Vide si lubet ibi praealegatum auctorem.

Praeterea irregularitatis effectus primus est reddere hominem inhabilem ad suscipiendos ordines. Patet ex definitione irregularitatis, quam dedimus capite ante. Et nota quod nec sanctitas potest reiicere irregularis. Ita cum Navarro et Avila de p. 7. a. disp. 2. dub. 6. dixi inhabilem. non incapacem: Nam incapax dicitur, qui non fiet potentiam receptivam

Et talis incapacitas est de iure divino in foemina, quae licet aliter recipere ordines, nihil recipiet: at vero irregularis est inhabilis iure positivo, quia si ordinatur, peccabit quidem, recipiet tamen verum sacramentum. Hanc divisionem, et differentiam, inter inhabilem et incapacem, tradit ibi P. Avila.

Secundarius effectus irregularitatis est privare usu ordinum, sive reddere hominem inhabilem ad ministrandum in ordinibus iam susceptis. Patet ex definitione irregularitatis. Unde nec potest irregularis solemniter baptizare. Ita P. Avila ibi cum Didaco Perez. limita, hanc 2am non procedere in irregularitate proveniente ex defectu corporali sine propria culpa; ut si Diaconus absque propria culpa amittit digitos manus erit irregularis ad sacerdotium, poterit tamen in susceptis ordinibus ministrare, et Evangelium canere. Ita Pater Avila ibidem cum Navarro.

3tius effectus irregularitatis consequens ad primos est reddere inhabilem hominem ad recipiendum Beneficium Curatum, vel simplex, ita ut collatio sit nulla ipso facto. sic P. Avila ibi, cum Covarrubias, Navarro, et Pe Henriquez. Patet ex iure. Ratio est: quia Beneficium datur propter officium Cap. fin. de rescriptis; sed irregularis est inhabilis ad officium; ergo etc. limitat conclusionem, ne procedat in Beneficio non requirente maiorem usum illo, ad quem non est impeditus: Nam bene poterit irregularis obtinere tale Beneficium. Ita Pater Avila ubi apud quem aliam limitationem inter auctores controversam videre poteris. Addo quod irregularis recipiens de novo Beneficium invalide, tenetur illud dimitere, tanquam quid alienum, et restituere fructus antea perceptos, saltem tenetur diligenter procurare novam colationem; et hoc licet irregularitas sit occulta.

Dixi, quibus privet irregularitas: Videamus

quibus non privet, et si sit Beneficiarius delinquens
sive incurrens irregularitatem in ipso iure privat
Beneficiis obtentis ante irregularitatem: potest itaque
tuta conscientia retinere Beneficium, cui annexus
Ordo sacer, quem ipse propter crimen exercere non po-
test, donec privetur per iudicem; dummodo non sit mo-
rosus petendi dispensationem. Sic Ben. Avila ibi
cum Navarro, Corduba, Felino, et aliis.

Nec irregularitas privat actu canendi in
Choro, nec aliis actibus, qui proprii non sunt alicuius
Ordinis. Ita cum Navarro L. Avila ibi. nec
privat receptione reliquorum sacramentorum, praeter Or-
dinem. Sic Avila cum L. Henriquez. Ubi bene
potest absolvi a peccato, propter quod incursa est ir-
regularitas, manente ipsa irregularitate. Ita Avi-
la cum Navarro, et Caldarino. Patet ex dictis
pro 3rio effectu. Nec privat usu exterioris iuris
dictionis Ecclesiasticae. Patet ex dictis pro primario
et 2rio effectu. Dixi exterioris: nam secus est de
interiori; non enim potest licite nec valide absolvere a
peccatis, quia est actus ordinis. Intellige, nisi talis Sa-
cerdos absque sua culpa factus sit inhabilis ad unum
usum ordinis sacerdotalis, et non ad alium, ut qui sine
culpa amisit digitos: iste enim licet fiat inhabilis
ad sacrificandum, non tamen ad absolvendum. Ita cum Na-
varro idem Avila ibidem.

Ad sextum: dispensare ab irregularitate
universali modo, pertinet ad summum pontificem; et
in uno, vel altero speciali casu, ad Episcopos. Ex
Tridentino. sessione 24. cap. 9. de reformatione. Ubi
haec habentur: Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus
et suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus, excep-
ta ea, quae oritur ex homicidio voluntario, et exceptis
aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare. Pos-
sunt etiam in quibusdam aliis levioribus irregula-
ritatibus Episcopi dispensare; quas non percurrere

difficile ac longum esset; quae facile et breuiter aut apud Auctores videre. Cap. [illegible]. viam tandem sternit Instituti tractatui, et difficultatem quandam plura tangentem determinat

Praemissa significatione vocum, Censura, Excommunicatio, suspensio, interdictum, Cessatio a divinis, degradatio, depositio, et Irregularitas, quae toto hoc opere erunt frequentissima; tractatum de censuris in communi aggrediamur, forsan ad eas in particulari descendemus.

Imo fortassis alias poenas Ecclesiasticas declarabimus, Ergo privationem officiorum, honorum, graduum, dignitatum, et inhabilitatem ad illa. Insuper privationem vocis activae et passivae et inhabilitatem ad illam. Rursus privationem Beneficiorum, et inhabilitatem ad illa. praeterea pensionum Ecclesiasticarum, seu inhabilitatem ad illas.

Deinde privationem fructuum percipiendorum ex Beneficiis, vel pensionibus Ecclesiasticis. Item irritatem actuum: Confiscationem, seu privationem bonorum temporalium: poenas etiam alias pecuniarias nec non poenam Banni: Rursum etiam intestabilitatem activam et passivam, idest, ut neque testamentum facere, neque ex testamento quidquam capere possint.

Ulterius poenam etiam forte declarabimus, qua ipso iure civitas privatur Pontificali, seu Episcopali dignitate: privationemque Ecclesiasticae sepulturae; atque maledictionem, et indignationem Dei, ac Sanctorum Apostolorum, nec non summi Pontificis.

Ac denique exponemus poenam infamiae Iuris: et infamia Iuris, et per se loquendo

n̄ sit pœna, sed quid consequutum ad pœnam; sive delictum, ut consideranti patebit; ē n. tabula moralis, quo eius incurri etiam sine culpa; f. mandafacto, abstracto, quid a iure imponatur, ut infamia facti: si vero a iure inferatur ob culpam, ē proprie pœna, quæ ē deiectio a statu integritatis, ut ex iustitia vindicativa supplicium peccati.

De his omnibus, aliisque pœnis, doctissime, ac diffuse agit Pr. Thesaurus tota p.te 2.a Praxis Ecclesiasticæ de pœnis Ecclesiasticis, seu Canonicis, maxime a capite 27. usque ad extremum eiusdem p.tis et de eisdem, censuris item a diuinis, degradatione, depositione, atque irregularitate, verum in apendicibus nos fortem agemus vel saltem ad earum notitiam comparandam, tractatum hoc lucem n̄ tenuem ministrabimus. sed prius difficultatem quandam veluti apendicem ad plura, quæ in ea hac [illegible] bula dispe diximus, et deinceps saepe iterabimus, proponamus, et determinemus.

Difficultas ē: Nam videtur falsa doctrina quam saepe in superioribus tradidimus, nempe fieri irregularem violantem censuras Ecclesiæ, ut diximus cap. 6. § similiter irregularitas etc. Dico, me nunquam dixisse, violantem quamcumque censuram, quocumque modo eam violet, fieri irregularem; sed violantem Ecclesiæ aliquam censuram, nempe excommunicationem maiorem interdictum, aut suspensionem ab officio ordinis maioris, exercendo scilicet aliquem actum ordinis maioris irregularitatem incurrere. Quæ doctrina, ac regula, semper ē vera, ac firma. Patetque ex iure, Canonistis Theologis, Navarro, Henriquez, Covarrubias, Silvestro, quos referunt, et sequuntur Pr. Avila tract. de Censuris p.te 7. disp.e 9. sect.o 2. dub. 10 et Pr. Thesaurus Baiza cit. verbo censura cap. 11.

Et si quis excommunicatus sit sola excommunicatione minori, vel suspensus ab officio iuris dictionis n̄ fit irregularis, etiam si celebret: quia ius solum refert irregularitatem in illum, qui exercet actum ordinis

maioris, q. obligat aliqua Censura, nempe s. suspensionis ab officio ordinis, s. interdicti, s. excommunicationis maioris; sed exercent iurisdictionem, non ideo exercet actum ordinis maioris; neque excommunicatum minori excommunicatione ligat maiori; quo circa quantumvis exerceant actum ordinis irregulares non fiunt. Disp.º 2. Quid sit Censura in com.i. Cap. 1um Censura definit.

Censura in genere, ut comprehendit omnes Censurarum species, est pena Ecclesiastica medicinalis, qua Baptizati puniuntur privatione alicuius boni spiritualis. hanc definitionem, una s. altera levi facta mutatione, omnes doctores aprobant ut pote iuri consonam. Sic pena genus, quo Censura convenit cum aliis, quae censura non sunt; v.g. Carcere, Exilio, etc. reliqua verba loco differentiae ponuntur.

Dicitur pena dicitur; quae infligit ob culpam, in eius punitionem. Subiungitur Ecclesiastica ad denotandam causam efficientem Censurae, seu quod Censura Ecclesiastica sit quidam effectus clavium Ecclesiae.

Dicitur medicinalis, ut significatur in capitulo de sententia excommunicationis in 6.º quia ut ibi dicitur iudicialis inflictione Censurae contumacem punit medicinaliter, eius enim emendationem intendendo, et posita emendatione censura, ex iure ipso exigat auferri. Unde censurae non sunt penae merae, seu pure afflictivae sed medicinales; ac proinde ex natura sua petunt auferri ablato spirituali contumaciae morbo, et posita emendationis, et resipiscentia valentiae.

Subiectum Baptizati ad denotandam causam materialem, seu subiectum Censurae; quam Ecclesia tantum

posset ferre censuras in homines Baptizatos, qui per Baptismum Ecclesiae subduntur.

Denique illa particula boni spiritualis ponitur specialiter ad differentiam aliarum poenarum Ecclesiasticarum, quae sunt aliquo modo in bonis civilibus Ecclesiae, et Reipublicae Civilis, ut carcer, exilium, poena pecuniaria, et alia huiusmodi. Bona enim spiritualia sunt propria Ecclesiae; Ita Censura dicitur punire privatione boni spiritualis; quia vere ita est, etiam quod excommunicatio privat convictu, seu consortio hominum; quia tamen privat convictu cum Baptizatis, quatenus sunt membra Ecclesiae. Cap. 2. tradita Censurae definitio, quibusdam obiectionum nexibus, amplius declaratur, ac roboratur.

Obiicies 1°: Iuxta propositam Censurae a nobis definitionem: poena imposita in foro interiori poenitentiae non est Censura; et tamen saepe privat aliquo bono spirituali, ut celebrare per aliquod tempus; ergo male a nobis ea privatio boni spiritualis definita est Censura. Respondeo: poenam impositam in Confessione, vere non esse censuram; quia illi deest esse medicinalem modo supra explicato. Nam non exigit illico aufferri, posita emendatione seu resipiscentia poenitentis. Circa materiam praetensae obiectionis, videatur an poenitentia sit poena et censura Ecclesiastica? Vide si lubet Patrem Thesaurum parte 2a Tomo cap. 2.

Obiicies 2°: Ea definitio convenit irregularitati; sed haec non est Censura; ergo convenit alii a Censura. Respondeo, quod dixi in sequenti liquido probabitur, nam superiorem Censurae a nobis definitionem non convenire irregularitati, nam irregularitatem non esse censuram.

Obiicies 3°: Ecclesia non est domina bonorum spiritualium; ergo non potest privare homines

huiusmodi bonis. Resp. quod licet ecclesia non sit Domina bonorum spiritualium, sed dispensatrix eorum, ut vere est adhoc ut possit illis privare in poenam peccati, et ut peccator resipiscat.

Obiicies 4o: Censura est gladius defensivus Cap. dilecto de sent. excom. in 6o, ergo non est poena: haec enim esset gladius offensivus. Nego Censuram esse per se primo poenam rationis iudicii, seu gladium offensivum. Esse per se 2o gladium defensivum ratione repellendi vim vi. Ita sub diversis rationibus, dici poterit Censura gladius defensivus, et offensivus.

Obiicies 5o: Si Censura ligatus non appellaverit intra decem dies, non potest amplius petere illius retractionem. Cap. quoad retractionem de re iudic.: ergo Censura non est poena medicinalis, seu facile amobilis. Resp. Ant. esse verum, quoad retractionem per appellationis viam, secus autem de absolutione per viam poenitentiae, et satisfactionis, qua ratione est facile amobilis, ablata contumacia, et hoc sufficit ut dicatur poena medicinalis.

Obiicies 6o: Praelati Ecclesiastici sunt Ministri in aedificationem, ergo non in destructionem, nec castigationis per poenas adeo rigidas. Nego conseq., quoad 2am partem; nam ex ante non sequitur, Ecclesiam non posse coercere subditos cum causa; omnis enim respublica bene instituta debet habere iurisdictionem directivam ad condendum leges, et coercivam ad puniendum illarum transgressores, pro qualitate criminis. Nota, hoc, et aliis ex praesentibus argumentis utuntur Heretici, non tam ad nostram definitionem Censurae impugnandam, quam ad negandam potestatem Ecclesiae ad ferendas Censuras.

Obiicies 7: Ecclesia per Censuram aliquando privat fideles bonis temporalibus, et corporalibus, cuius modi sunt ingressus in templum, Ecclesiastica sepultura, etc. Et aliquando privat etiam per Censuram bonis omnino naturalibus, ut convictu hominis, ergo data definitio non convenit omnibus censuris, ac proinde nec omni definito.

Responsurus praemitto, spirituale dupliciter sumi: 1o, ut condistinguitur contra corporale, ut anima rationalis, Angelus, etc. 2o ut differt contra temporale, seu

transitorium; et hoc 2° modo est quod pertinet ad ordinem supernaturalem gratiae et gloriae, et est spirituale, sive sit entitas supernaturalis ut gratia et charitas; sive corporea et naturalis, ut Sacramenta, Sacerdotes, vasa sacra, templa, Beneficia ecclesiastica, sepultura ecclesiastica, ingressus in templum. Quae omnia pertinent ad ordinem supernaturalem, scilicet per institutionem Christi, ut Sacramenta, scilicet per consecrationem Ecclesiae, ut Sacerdotes, vestes, vasa sacra, et templa; scilicet per annexionem ad res spirituales ut Beneficia ecclesiastica.

Hinc liquet ad obiectionem quod ingressus templi, et ecclesiastica sepultura, sunt bona spiritualia 2° modo et ideo potest Ecclesia directe privare huiusmodi bonis; convictus autem hominum est idem in se naturalis, sed bene potest Ecclesia privare isto bono indirecte in ordine ad spiritualia bona. Unde dico, Ecclesiam posse privare directe illo bono physice naturali et corporali; morali vero supernaturali, et spirituali 2° modo, existente et ordinato extrinseca Ecclesiae.

Pro maiori solutionis exhibitione explicate duo nota. 1um, hoc interesse inter Respublicas civiles, seu temporalem ac ecclesiasticam, seu spiritualem, quod finis Reipublicae civilis est temporalis, scilicet pax, et tranquillitas civium; finis vero reipublicae ecclesiasticae est supernaturalis, nempe clara Dei visio; et quoniam media debent esse proportionata fini, ideo media Reipublicae civilis temporalia sunt, ut praemia, et supplicia, quae proponit civibus et quibus seipsam defendit. Media vero Reipublicae ecclesiasticae, et arma, quibus se defendit, sunt spiritualia, nempe praemia, et supplicia in ordine ad aeternam salutem, quae proponit fidelibus.

2um Nota: quod licet Ecclesia directe versetur circa spiritualia, indirecte tamen versatur etiam circa temporalia in ordine ad spiritualia; nam non esset satis provisum Ecclesiae, si careret hac potestate. Et ideo si aliquis Princeps defecerit a fide, potest Summus Pontifex illum privare regno, et alium substituere. Et ita abrogare leges Principum saecularium, si adversentur, et fini spirituali. Quibus annotatis facile redenditur

validos alios ... qui in nostram Censuræ definitionem fieri valent. Dispute 3. quotuplex sit Censura? Cap. 1um multiplex opinio refert.

Prima sententia docet tantum esse tres species Censuræ, scilicet Excommunicationem, suspensionem, et interdictum. Ita S. Antoninus, Silvester, Angelus, Armila, Sairus, Ugolinus, Navarrus, Suarez, Coninch, Henriquez, et cæteri summistæ ac doctores theologi, quos referunt, et sequuntur Pater Avila parte 1a dub. 5. Pater Gaspar Hurtado tract. de Censuris in cõi difficultate 2. nº 7. Bonacina tract. 2 diam de Censuris disputatione 1. q. 1. puncto 1º. nº 4. Bardelius de Censuris in genere q. 1. art. 2. Diana in summa verbo Censura nº 10 et nobilissimus Pater Carolus Antonius Thesaurus ... in sua praxi de pœnis Ecclesiasticis parte 1a maxime Cap. 4º: atque Pater ... ... fol. mihi 636. Huius 1a (quam mox sequar) fundamenta Cap. 2 ac 3º proponam.

2a sententia defendit quatuor esse species Censuræ; nempe tres dictas et irregularitatem provenientem ex delicto, seu quæ est pura pœna peccati: ut quæ incurrit propter homicidium iniustum; 1. propter celebrandum, quando quis est irretitus suspensione ab officio ordinis; 1. maiori Excommunicatione. Ita Soto, Medina, Cornexo, apud Hurtadum, et Dianam adductos. Et licet Pater Turrianus hanc 2am sententiam improbabilem dicat, eam adhuc probabilem vocant Joannes Crudius, Rodriguez, et Diana: Imo ... asserit hanc opinionem esse ... inter Thomistas. Vide Dianam Parte 1a tract 11. resolutione 27, et parte 4a tract. 2º resolutione 81.

Fundamentum huius opinionis est triplex. Primum quod in multis Bullis postquam concessa est facultas absolvendi ab excommunicatione, suspensione, et interdicto, subiungitur Et ab omnibus Censuris et poenis Ecclesiasticis: Quibus verbis non potest aliud significari, quam huiusmodi irregularitatem esse Censuram. Nam tres communes Censurae iam erant praemissae. Secundum quia irregularitas sic contracta est poena; ergo est Censura. Tertium: quia Beneficia Principum sunt late interpretanda; ergo cum Pontifices iis verbis concedant facultatem absolvendi a Censuris omnibus, enumeratis prius tribus communibus, interpretandum est velle concedere facultatem ad aliam Censuram, sed alia potior quam irregularitas contracta ex delicto; ergo haec irregularitas est vera Censura.

Secunda sententia docet quinque esse species censurae, nempe supra proximas et cessationem a divinis. Ita Sotus, et Corduba, apud Patrem Avilam ibi. Prob. 1o: quia Censura est poena Ecclesiastica spiritualis privans hominem Baptizatum usu aliquorum bonorum spiritualium; sed homines Baptizati in poenam peccati puniuntur in huiusmodi bonis, non solum per excommunicationem, suspensionem, et interdictum, sed etiam per cessationem a divinis, et irregularitatem; ergo etiam istae sunt Censurae. Hoc fundamento ex parte uti potest 1a sententia, dicit, quoad suam irregularitatem. Prob. 2o: quia cessatio est prohibitio divinorum officiorum, et sacramentorum; ergo est poena, ergo et Censura.

3a opinio defendit, septem esse species Censurae; nempe quinque predictas. Et insuper degradationem, et depositionem; sive degradationem realem, et verbalem. Ita aliqui moderni, quos suppresso nomine referunt Pater Avila, et Pater Hurtado, supra adducti. Prob.: Nam Censura est poena Ecclesiastica, per quam fideles puniuntur in bonis spiritualibus. sed fideles puniuntur in huiusmodi bonis per excommunicationem, suspensionem, interdictum, irregularitatem, cessationem a divinis, degradationem et depositionem. ergo omnes sunt species Censurae, ac proinde septem.

3a. Sa. Quest: hanc quaestionem esse de nomine, non de re. Ita Bonac. recenses, quos tacito nomine refert Per. Avila ad finem paragraphi dicens cit. Tradunt ideo parui esse hendam. Sed fallunt egregie Instructi; quia quaestio multum continet de re, ut videbimus infra maxime cap. 3. §. deinde nec dest. cit. Et insuper ex determinat. numeri Censurarum plura, et utilissima nascunt. Hinc pro. 1a. et cui sic acquiesco, quam tam pro. et aliarum fundamentis satisfacio. Cap. 2. triplex non est Censura.

Nimirum Excommunicatio, suspensio, et interdictum. Prob. 1o: Nam quando iura loquitur de Censuris, non numerat illas tres; ut patet cap. 1. et cap. his qui et cap. Statutum. de sententia excom. in 6o. Prob. 2o ex cap. querenti 2 de Verborum significatione. Ubi consultus Innocentius 3us, quid deberet intelligi per Censuram (in literis Pontificiis et idem est in quibuscumque aliis) respondet, intelligi excommunicationem, suspensionem, et interdictum: quin eo ipso, quod non enumeret aliam, sentit non esse illas tres; alioquin generali interrogationi non satisfecisset, si esset alia censura. Prob. 3o. quia (ut cum Covarrubias notat Bonacina ubi supra) ridiculum legis (qui volent) illi, quod idem est dicere in dicto capite quaerenti. Censurae species tres sunt, et dicere, Censurae tres species tres sunt.

Dicunt adversarii 1o, ibi solum referri illas tres censuras, sed non negari esse plures species Censurae. Contra 1o: quia licet argumentum negativum non sit firmum in metaphysica, in iure firmum est: ut cum Navarro tradit P. Avila, ubi supra. Contra 2o: nam secus responsio Pontificis esset diminuta, nec deberet poni inter decreta sub titulo de Verborum significatione, ubi explicant

verba Juris Vatum suam significatem.

Dicunt 2o fautores 2e sent.: qd Pontifex tantum voluit recensere censuras illas seu penas, quae imponuntur a Iudicibus, ut liquet ex illis verbis tit. Iudex discretus rerum et personarum circumstantiis indagatis ferat quam viderit expedire; censurae autem quae imponuntur a Iudicibus sunt tres, quoniam irregularitas nunquam imponitur ab hoe, sed in a iure. Contra: qa cessatio imponitur ab hoe, et (ta aliquos) sepe ut pena, et in n. recenset in isto textu, imo degradatio et depositio imponuntur ab hoe ut pena; et similiter n. recensentur in eodem textu; ergo iis n. loquitur de censuris, et poenis, attendendo qd imponantur ab hoe.

Prop. 3a nra est vera resolutio; nam per tres iam censurae species, ecclesia cogit oia sibi subiecta; nam cogit loco per interdictum, cogit clericos per suspensionem ab ordine, et beneficio; cogit item clericos, et laicos utrumque, fideles per excommunicationem maiorem, et minorem. Privat namque sufficienter oes suos rebelles oibus suis bonis; nam participationem bonorum activam et passivam, tollit per excommunicationem maiorem, privationem vero per excommunicationem minorem. Communionem autem activam et passivam Missae tollit per interdictum personale, activam per suspensionem ab ordine sacerdotali; ergo si per tres has censurae species sufficienter cogit ecclesia oia sibi subiecta, oes aliae censurae superfluae e. Cap. 3. Ultima nra est probatio ex eo qd definitio censurae convenit oibus ac solis excommunicationi, suspensioni et interdicto.

Prob. 3o: Ea definitio Censurae ut sic convenit praedictis tribus, et non aliis; ergo eae tres tantum sunt Censurae. Ant. quoad 1am partem suadetur quia quaelibet ex illis tribus est poena Ecclesiastica medicinalis, qua Baptizati quidam privantur bonis spiritualis; ergo iis tribus convenit definitio Censurae. Atque quaelibet sit distincta censura ab alia, patet; quia quaelibet privat diversis bonis, vel eisdem diverso modo quod sufficit ad desumendam differentiam quasi essentialem, seu specificam, inter ipsas censuras.

Diversis bonis: quia Excommunicatio privat omnibus bonis, quibus suspensio, et interdictum et etiam aliis, excepto usu Beneficii, quo aliquando privat suspensio, et non excommunicatio, neque interdictum; suspensio vero privat aliquibus, quibus etiam privat interdictum, et non omnibus; et etiam privat aliis; ut forsan dicemus tractantes in specie de excommunicatione, suspensione et interdicto. Praeterquam haec, et alia similia, disputatione 1. saepe diximus.

Praeterea privant Censurae bonis spiritualibus, etiam eisdem, sed in diverso modo: quia excommunicatio (etiam minor) privat bonis, ut pertinent ad communicationem cum fidelium universa; suspensio vero privat bonis, quatenus sunt usus potestatis clericalis; interdictum autem privat illis, ut sunt quaedam bona in se, et participabilia a quolibet, et non ut sunt usus potestatis clericalis, quibus ut sic privat suspensio; nec ut sunt communia fidelibus inter se, seu uni cum aliis, quibus ut sic privat excommunicatio.

Ant. illud huius 3ae probationis ostenditur quoad 2am partem, scilicet quod definitio Censurae non conveniat aliis extra tres praedictas. Et primo in ea non convenit irregularitati omni. 1o: quia non omnis irregularitas est poena; ergo non omnis irregularitas est censura; cum enim praedictum essentiale genericum est esse poenam. Prob. ant., quia non omnis irregula

vitas ponit in ratam delicti, sed aliquid ponit
ob defectum, absque delicto. Prob. 2o. quia irregula-
ritas non est principaliter instituta ad corrigendos fideles,
sicut instituta est Censura; ut cap. sequenti am-
plius declarabit. 3o Prob. Nam ut docent Cen-
Avila ubi supra, et P. Thesaurus p. 1. cap. 10.
q. 1. Navarro, Suario, Diana, Henriquez, iuxta
stilum Romanae Curiae quo in Bullis dat
facultas absolvendi a Censuris non comprehendit ir-
regularitatem, nisi exprimatur; sed stilus Romanae Curiae
facit ius textus in cap. ex litteris. de Consti-
tutionibus, et cap. quam gravi de crimine falsi. glossa

Tertio nec definitio Censurae ut sic
convenit irregularitati adhuc ei quae contrahitur ex
delicto; v.g. ex violatione Censurarum celebrando
s. aliquem actum ordinis maioris exercendo, aut ex
voluntaria occisione iniusta. Prob. 1o. et efficaciter.
Nam sacerdos excommunicatione maiori innodatus, s. li-
gatus quavis alia Ecclesiae Censura, scilicet suspensione
ab officio ordinis, aut interdicto; si celebret, in-
currit irregularitatem. et non quamvis aliquis cele-
bret existens irregularis, etiam irregularitate con-
tracta ratione delicti, non incurrit aliam irregularitatem;
quia irregularitas non est Censura. hac ratione utitur effi-
caci Exc. Avila; et ex illa liquet hanc non esse
quaestionem de nomine, sed de re. et quidem utraque superio-
rum silogismi premissa constat ex iure et indubia
Canonistarum et Theolog. doctrina. Cum enim dixi sa-
cerdos excommunicatione maiori innodatus; quia sacerdos
excommunicatus, si celebrat fit irregularis, si sit in ma-
iori excommunicatione, non autem si sit in minori; tunc
non solum solum peccat se communicando.

Prob. 2o. quia adhuc haec irregularitas
contracta ex delicto non est poena; nam non fert in pu-
nitionem, sed ad evitandam indecentiam, quae esset
in eo, quod persona, quae tale commisisset crimen, susci-
piat ordines, aut susceptos exerceat. Sic docent Suarez
Sanchez, Castro Palaum, Reginaldum, Pere-
grinum, Bordel. apud Emi. Thesaurum sa. p.a cap.

in Animad. 2ª Et quas Dianam p. 3. Tract. 9. Miscelaneo resoluit, non docere, irregularitatem contractam ex delicto esse poenam ecclesiasticam. Sed oppositum verius dico cum Patribus Suarez, Salas, Filiutio, Avila, Azor, Vasquez, Laiman, et Alvarez. Et multi alij Theologi ac Canonistis, quos referunt P. Thesaurus, et Diana, ubi alegati. Imo ipse Pater Thesaurus sequitur ibi. Et cap. 3. Diana dicit esse satis probabile afirmat.

Prob. 3º. Nam licet irregularitas haec esset poena, non esset censura. quia non esset poena medicinalis, supra dicto modo, id est solubilis pro sua poenia et ablata contumacia: ferunt non irregularitas etiam proveniens ex delicto, quasi auferens potestatem absque recuperationis spe, et quod non dicitur vinculum, seu ligamen potestatis, quod solvere seu absolvere tollit: sed est quasi impotentia quam tollit absolvere, sed tantum dispensatio legis, quae ex se efficit impotentiam illam perpetuam; censura vero est vinculum, quo vincitur, seu ligatur potestas cum spe recuperationis; ac proinde solubile potius, quam dispensabile. Itaque vincula excommunicationis, suspensionis, et interdicti, dicuntur absolvi. Irregularitati vero impotentia, seu inhabilitas, non dicuntur absolvi, sed dispensari.

Prob. 4º de utraque irregularitate; scilicet non esse censuras, adhuc omisso; vel admisso, quod sint poenae. Prob. itaque 4º: quia irregularitas v.g.a ex natalium defectu non est censura: quia non est per se 1º poena, nam non respicit irregularis delictum. Neque irregularitas proveniens ex delicto, v.g.a ex homicidio voluntario et iniusto, est censura; quia non est per se 1º poena, sed per se 1º est impedimentum suscipiendi ordines, et administrandi in ordinibus iam susceptis; quae non per se 1º reperit in omnibus speciebus irregularitatis; sed non contraria poenae (quam quidem pro nunc abstinemus omittimus, vel etiam admittimus) reperit in

in irregularitatibus provenientibus ex delicto, et
tunc illa non erit poena medicinalis, quia data
poenitentia, et satisfactione, irregularis de iustitia non po-
test petere dispensationem. sed censura ligatus post poe-
nitentiam et satisfactionem ex iustitia potest petere ab-
solutionem, ergo irregularitas etiam orta ex delicto non est
censura, etiamsi omittamus esse poenam.

Deinde tradita censurae definitio non
convenit cessationi a divinis. 1o: quia haec non est poena,
quia non imponitur in punitionem sed tantum assumitur in signum
moeroris ob enormem iniuriam factam ecclesiae; et
per modum defensionis, ut cogat ledentem desistere
ab iniuria: sic significat in cap. 2o de sententia excom.
Prob. 2o: nam qui contra celebrando transgreditur
cessationem a divinis etiam particularem, non est irregularis,
ut cum Navarro et Silvestro tenet S. Avila ubi
supra; sed qui violat censuras ecclesiae celebrando
incurrit irregularitatem, ergo cessatio a divinis non est cen-
sura ecclesiae.

Nec censurae definitio convenit depositioni.
1o: quia haec non est pura poena, quia non fertur in puram pu-
nitionem peccati, adhuc quando fertur ob peccatum; sed etiam
ad vitandum nocumentum, quod esse posset si non deponeretur
persona, quae tale crimen commisit. Prob. 2o: quia
quamvis esset poena, non esset censura, quia non esset medi-
cinalis; quia fertur, quasi auferendo potestatem absque
spe recuperationis: et ideo etiam posita poena, et
satisfactione, adhuc non est depositio ex natura sua solubilis.
Prob. 3o: quia depositio non est censura, sed ad summum
poena quaedam contra incorrigibiles, quos non correxe-
runt ecclesiasticae censurae.

Nec superior definitio censurae convenit de-
gradationi (quae supra depositionem, seu verbalem degra-
dationem non addit solemnitatem quandam, et privati-
onem clericalis privilegii.) probatur 1o: quia degrada-
tio non est poena. nam non fertur in punitionem, sed ad
evitandam ignominiam, quae veniret statui ecclesiastico

pura poena; ut dictum est de deposi[tione]. 2o: quia degrada-
tio ... idque ad-
dit depositioni
non est poena
nam non

si Clericus tradatur Bracchio seculari non adhibita ea ceremonia, et privatur. Probatur 2o. quia licet esset pena non esset Censura; quia non esset medicinalis; fertur enim in perpetuum absque spe recuperationis: quod est contrarium medicinae. Cap. fum. Opinioni 2ae fundamenta dissipat.

Ad 1um fundamentum 2ae opinionis, quam Cap. 1o proposui, rndeo, in Bullis Cruciatis communiter solum dici, ut possit Confessarius absolvere a Censuris scilicet ab excomunicatione, suspensione, et interdicto, quin subdant eas voces, et ab omnibus aliis Censuris, et poenis Ecclesiasticis, ex quo corruit obiectio. Et si in aliquibus Bullis eas voces habent, ut videre est in Bulla Cruciata Pii Quarti anno 1562. in qua concedit Confessario facultas absolvendi ab excomunicatione suspensione, et interdicto, et subdit, aliasque omnes censuras, et penas Ecclesiasticas: non est, quia Pontifex innuat alias dari Censuras nempe irregularitatem contractam ut puram penam peccati; sed quia Pontifex a questionibus abstinere, et concedere facultatem generalem ad absolvendas omnes Censuras, et penas; quae autem Censurae, aut poenae sint, ipse non determinat, sed theologis ac Canonistis determinandum relinquit.

Confirmatur solutio: nam stando etiam ipsis verbis Pontificiis, patet ex iis noluisse Pontificem nomine Censurae comprehendere irregularitatem etiam contractam ex delicto. Probatur: nam Pontifex utitur his verbis, ut confessarii possint absolvere a Censuris etc. sed irregularitas non absolvitur, sed dispensatur, ergo non loquitur de irregularitate

sed de Excoicatione, suspensione et interdicto, et aliis censuris, et poenis (si forte aliae fuerint) quae absolvi possint. Itaque iis verbis, de todas las Censuras non vult significare aliam esse supra excommunicationem, suspensionem et interdictum, sed ut abstrahat a quaestione, comprehendere vult quidquid proximum habuerit rationem censurae, quae absolvi possit non dispensari; de dispensatione non Pontifex non loquitur, sed de absolutione.

Unde in nostra in vera sententia docente, irregularitatem, quae est poena, non esse censuram, confessarius per bullam Cruciatae nequit dispensare in ulla irregularitate contracta ex delicto ut docet Diana cum viginti quatuor Auctoribus parte 1. tract. 11. resolutione 27. et parte 2a tract 2 resolutione 81. Multi vero asserentium talem irregularitatem esse censuram itaque confessarius per Bullam Cruciatae potest nulla dispensare; ut tenent octo decem Theologi apud Dianam ibidem. Itaque distinguunt duas irregularitates: 1am, quae imponitur pro delicto, ut gratia exempli homicidio voluntario iniusto, et est poena illius. 2am quae imponitur propter significationem et indecentiam, sive ob defectum lenitatis et repraesentationis, qualis est illa, quae ex bigamia, illegitimitate, homicidio iusto, sive sanguinis effusione, incurrit. Primam irregularitatem per Bullam Cruciatam putant esse dispensabilem; 2am minime.

Ex dictis, argumenta adversariorum reiici potest multipliciter. 1o: in verbis, et absolver Censuras y penas Ecclesiasticas, non loqui Pontificem absolute sed conditionate; scilicet, si quae aliae censurae sunt ultra Excommunicationem suspensionem, et interdictum: a quaestione vero, an sint aliae censurae? omnino abstinet Papa. — Fieri potest 2o omittendo loquutionem esse absolutam, etiam conditionatam, at loquitur Pontifex

de Censuris, quae absolvi possunt, quales sunt solum illae tres; si vero de censuris, quae dispensari, qualis est irregularitas, etiam orta ex delicto.

3° verti potest, quod in verbis Pontifex universaliter repetit claritatis gratia, quod prius speciatim dixerat, et sensus est, quod confessarius possit absolvere penitentem virtute Bullae ab excommunicatione, suspensione, et interdicto, et consequenter ab omnibus censuris et poenis Ecclesiasticis; quia scilicet eae tres sunt omnes censurae, et poenae Ecclesiasticae medicinales. — Quarto verti potest, ly et in clausula, et ab omnibus censuris etc., aequivalere particulae id est, ut saepe in aliis Bullis et in utroque iure.

Haec scripseram cum ad manus pervenit Praxis Ecclesiastica de poenis Ecclesiasticis a Patre Carolo Antonio Thesauro novissime elaborata, in cuius parte 1. cap. 1. multa reperi praedictis meis cogitationibus maxime faventia, ut lector expedietur, si meam doctrinam suae componat. Ibi super diversis praedictae clausulae variationes diversis temporibus, atque a diversis Pontificibus factas narrat, ut deceptionis inquit, tolleretur occasio. Moveor etiam ex eius dictis, ut opinetur adhuc ab praesens nostrum celebre argumentum posse verti 5°. verba illa quod Confessarii possint absolvere ab excommunicatione, suspensione, interdicto, et ab omnibus censuris, ac poenis Ecclesiasticis, esse sinonima seu equipolentia, et solas significare censuras, quae habent hoc proprium, ut bonis spiritualibus privent et solum per absolutionem tollantur et non per dispensationem.

Verti potest 6° ex eodem Thesauro, nomine Censurarum, et poenarum Ecclesiasticarum, ibi exprimi diversas censuras partiales, et diversas poenas partiales, quae intra continentur in ipsis excommunicatione, suspensione, et interdicto praemissis. quia particula et saepe ponitur pro id est nempe inter sinonimia; l. interdum, quorum unum

a fieri invenit clariorum intelligentiae causa: ut ex variis Iuris Peritis, ac Iuridicis, maxime Bartolo, Gutierrez, Gonçalez, et aliis, probat ibi P. Thesaurus.

Denique ad plenam huius obiectionis solutionem, et veniorem intelligentiam responsionis capitum, scire oportet differentiam absolutionis a dispensatione. Atque clarum reddit P. Thesaurus Cap. 20: praecipua est, quod proprie loquendo absolutio non fert locum, nisi in poenis medicinalibus, quae solum ob contumaciam amovendam infliguntur, ut sunt ordinariae Censurae Ecclesiasticae; unde ex sua natura non possunt esse perpetuae. Recolle dicta Cap. ante cit. probat 3o cita consequenti. Dispensatio vero solum fert locum in poenis ex natura sua immobilibus, sive sint perpetuae, sive ad certum tempus. Vide lege dicta loco proxime citato. Ita Ipse P. Thesaurus ibi cum Salmo, S. Antonino, Sairo, Suarez et aliis.

Ex supra dictis deducitur ad praxim, non posse tolli irregularitatem virtute auctoritatis concessae absolvendi ab omnibus Censuris, et poenis; tum propter dicta; tum etiam quoniam in generali commissione non intelliguntur concessa, ea, quae verisimiliter in specie non concederentur Cap. ultimo de offic. Vicarii in 6o. lede ex Concilio Trident. sess. 24. Cap. 6. clare formatur, non concedit in specie Episcopis facultatem dispensandi in irregularitate contracta ex homicidio voluntario (ut vidimus dispe. 2. Cap. 7. fine) quo casu irregularitas ipsa est alioquin per se vera poena; ergo a fortiori non censetur concessa auctoritas supra irregularitatem vigore generalis concessionis absolvendi a Censuris. neque potest tollit irregularitas, ex facultate concessa absolvendi a poenis, quia talia sunt subintelligi qualia a praedicatis permittuntur. ergo auctoritas concessa intelligitur de poenis, quae possunt absolvi; poena autem per se vero irregularitatis

non absolvunt, sed dispensant.

Ad 2um fundamentum eiusdem 2ae opinionis dico, nequitiam esse animi, et nequitiorem communi malum animi: quod omnino falsum; nullam irregularitatem etiam contractam ex delicto esse poenam, quae tam instituta ad corrigendos fideles, quam ut ministri ordinis habeant decentiam requisitam ad hunc statum. Huius signum est, quod excommunicatio, suspensio, et interdictum, quamvis impediant ordines, et eorum usum; non tamen impediunt saltem directe a recepto scilicet exercitio ordinum, quatenus sunt ordines, sed quatenus sunt communicatio fidelium scilicet exercitia ecclesiastica potestatis, scilicet quaedam sacrata: sola irregularitas est, quae impedit a recepto scilicet exercitio ordinum, quatenus ordines sunt. Ita quod irregularitas non tam instituta est ut poena ad corrigendos fideles, quam ut inhabilitas ad creandos ministros Ecclesiae.

Nequitior etiam asperior est communi; nam licet animus concederet, non differret communis; licet non omnis irregularitas, scilicet saltem contracta ex delicto, foret poena, non foret censura; quia haec non est qualiscumque poena, sed medicinalis, qualis sine dubio non est irregularitas etiam contracta ex delicto. Haec omnia constant ex dictis cap. anteriori et § probat 2o: quia adhuc etc.

Veniamus ad 3um fundamentum, videlicet beneficia principum esse late interpretanda, respondetur verum esse, quando adest fundamentum amplitudinis, quale non est in casu nostro. Cap. § superstitum adversantium opinionum fundamina evellit.

Ad 3ae opinionis fundamentum tum dico 1o: cessationem a divinis, et irregularitatem, non esse poenas, quia non sunt institutae ad corrigendos fideles; sed ita, in signum moeroris Ecclesiae ob enormem culpam; secunda

ad evitandam indecentiam, quae causaret, si ministri Ecclesiae crearentur, qui tale crimen admisissent; vel tales animae, et corpore essent viciati. Quo ad 2um: quod et licet essent poena, adhuc non essent medicinales; propterea videatur nec censurae. Omnia constant ex dictis cap. ante, et cap. 3 a q. probatur 2o etc.

Ad 2um fundamentum respondet P. Avila ubi supra cum Navarro cessationem non esse prohibitionem, sed desistentiam, et omissionem divinorum officiorum, et sacramentorum. Ergo, nec quaestio ad velles devolvatur. Omitto. et etiam admitto, cessationem esse non solum desistentiam, et omissionem, sed etiam prohibitionem: quemadmodum confirmavi disp. 1. cap. 4o. in definitione atque explicatione cessationis a divinis; neque adhuc esse censuram; quia talis prohibitio non est instituta in poenam sed in signum meroris Ecclesiae. Et licet esset poena, non foret medicinalis, sed alia, quae longe abest a ratione censurae.

Ad 3um opinionis fundamentum respondeo, irregularitatem et cessationem a divinis, non esse censuras; quia non sunt poenae Ecclesiasticae, ut dictum est. Et licet irregularitas esset poena ut vere sunt poenae degradatio, et depositio, adhuc non sunt censurae, quia non sunt poenae medicinales, quoniam etiam posita poenitentia ex parte rea non possunt auferri per absolutionem; sed adhuc perseverant, nam spem restitutionis tollunt; et si non perseverent, id per dispensationem fit non per absolutionem.

Ad in forma dispositionem maiorem: Censura est poena Ecclesiastica, per quam fideles puniuntur medicinaliter in bonis spiritualibus, concedo maiorem; puniuntur alio modo, nego maiorem: similiter distinguo minorem: sed fideles puniuntur in spiritualibus bonis non medicinaliter per etc. concedo minorem; puniuntur medicinaliter per etc. nego minorem: et illam subdistinguo, quoad excommunicationem suspensionem, et interdictum concedo minorem: quoad irregularitatem, cessationem a divinis, degradationem, et depositionem nego minorem:

Vel omitte, fideles puniri aliquo modo

iis septem; nego illi puniri medicinaliter. Et addo non qualemcumque sed medicinalem punitionem esse requiri ad rationem Censurae; et ideo irregularitatem, cessationem, degradationem, et depositionem non esse Censuras, quia iis per se non puniuntur fideles medicinaliter, sive ut corrigantur, et cum spe sanitatis, seu restitutionis in pristinum Ecclesiae statum. — 3a denique opinio, nullo nos premit argumentorum iugo, quod ex antecedentibus facile non excutiamus. Disputatio 4a. Quotuplex sit censura excommunicationis, suspensionis, et interdicti? [illegible] Duplex: 1a a iure, 2. ab homine: 2a latae sententiae, ferendae sententiae

Dico 1o: Censura superius tripartita in excommunicationem, suspensionem, et interdictum, alia est a iure, alia ab homine. Censura a iure dicitur ea, quae fertur a legislatore cum intentione condendi legem, seu statutum generale perpetuum, in iusta transgressoribus poena Censurae. Vocatur vero censura ab homine, quae fertur a superiore aliquid praecipiente, non intentione ferendi statutum aut condendi legem perpetuam; sed intentione ferendi praeceptum temporale, et transitorium, imposita contra inobedientes Censura. Ita omnes doctores.

Differentia inter utramque censuram a iure et ab homine est multiplex. 1a quod illa continetur in iure; haec fit per sententiam iudicis, aut praeceptum superioris. 2a quod ad illam non requiritur monitio, quando ius est loco monitionis: ad hanc requiritur. 3a quod Censura ab homine cessat mortuo conditore: Censura vero a iure durat

adhuc coextincto. Cap. finali de off. Legati. 4a differentia, quod Censura ab hoie fert. ab hente Iurisdictionem, etiam si n. heat potestatem condendi legem: at Censura a Iure ab iis solum potest ferri, qui potestatem Iurisdictionis hent condendi legem: quam potestatem het Summus Pontifex, Concilia generalia, Legatus Pontificis, Episcopus in sua Diecesi, Archiepiscopus in Concilio Provinciali n. solum in sua Diecesis, sed etiam in eorum, qui subiiciuntur Episcopis suffraganeis.

Eadem auctoritate fungunt alii Iurisdictionem Episcopalem hentes. Unde Capitulum Sede vacante potest condere statutum duraturum in perpetuum, nisi revocet per Episcopum successorem; etiam Capitulum succedit in Iurisdictionem Episcopi nisi in aliquo casu impediatur. Verum in Capitulum vivente Episcopo n. potest absq. illius licentia et facultate, statutum aliquod sancire, qa tunc Iurisdictionem Episcopalem n. het. Et hic e. constans Doctorum sensus.

Dico 2o: Censura excoicationis, suspensionis et interdicti, alia e. latae, alia ferendae sententiae. Censura latae sae vocat quae ipso Iure, sive ipso facto incurrit absq. alia Iudicis sa. Censura see ferendae dr, quae solum e. comminatoria, seu ad terrorem, nec ipso facto incurrit ante sam Iudicis, sed supposito delicto, debet per Superiorem infligi. n. potest autem infligi propr peccatum mere praeteritum, nisi fuerit prohibitum sub poena Censurae, vga excoicationis, ferendae. Et tota haec indubia Canonistarum, et Theolog. dna. Id solum controversum: Unde dignoscere possimus, qdo Censura sit latae, qdo ferendae sae &c. proquo sedando dubio sequentes regulas sancio.

Prima regula: Censura e. latae sae, in quocumque

eventibus. 1º, q^do in lege ponunt^r ista particula, ipso facto, ipso iure, aut latæ sen^æ, 2º q^do cum censura ponunt^r hæc adverbia, confestim, statim, illico, continuo, extunc, omnino, prorsus, in continenti, mox, protinus; 3º q^do censura fertur per verba imperativi modi, temporis præsentis; v.g^a qui hoc vel illud fecerit, subiaceat excommunicationi; vel incurrat aut incidat in excommunicationem; vel habeat^r pro excommunicato; vel subdat^r excommunicationi etc^a.
4º: q^do censura ponit^r per verbum præsentis, ~~indicativi~~ vel præteriti temporis, v.g^a qui hoc vel illud fecerit, excommunicat^r, suspendit^r, vel e^t excommunicatus, vel suspensus; aut sit excommunicatus vel suspensus; aut noverit se excommunicatum, vel suspensum; aut noverint se excommunicari, vel suspendi; aut excommunico vel suspendo; aut declaro, definio, iudico, volo hunc esse excommunicatum vel suspensum etc^a.

2^a regula: Censura ci^t est lata, sed ferendæ sen^æ in tribus eventibus. 1º: q^do dicit^r, incurrat censuram comminatoriam vel præcipimus sub pœna excommunicationis, suspensionis etc^a. Et hoc modo lata censura, dici solet lata ad terrorem.

2º: q^do censura fert^r per verbum futuri temporis v.g^a qui hoc fecerit, vel illud, excommunicabitur vel suspendet^r, aut excommunicet^r vel suspendatur; quatenus verbum excommunicet^r vel suspendat^r, continet præceptum alteri impositum ad ferendam censuram excommunicationis vel suspensionis; cum n: ad incurrendam in casu censuram actio iudicis requirat^r, n^o e^t cur dicamus, censuram esse latæ sen^æ. Si v^o superior per hæc verba excommunicet^r vel suspendat^r imperativo modo prolata intendat sua potestate suspendere vel excommunicare, censura di^r ipso facto lata, ut patet ex 3º eventu præcedentis regulæ. Idem dic, q^do cum verbo futuri temporis adduntur illæ particulæ, ipso facto vel

ipso iure, ut si dicat, excommunicabitur ipso facto, seu eo ipso, ut dictum est in 1º, et 2º corollario 1ª regulae.

3º denique quo dubitatur, an censura sit latae, seu ferendae sententiae; iudicandum est censuram esse ferendae sententiae, non latae. Ita Felinus, Glossa, Abbas, Durandus, Rodulphus, Barbosa, Avila, Coninck, et Hurtado, quos referunt et sequuntur Diana parte 4, tract. 3º resolut. 16. Bonacina hic disput. q. 1. et Suarez primus. et P. Thesaurus parte 1. praxis cap. 3. Ratio est: nam odia non sunt amplianda, sed restringenda, et in mitiorem partem accipienda, et interpretanda, ut est commune, ac vulgatum axioma omnium iuris peritorum, ac theologorum desumptum ex Regula 49. Iuris in 6º.

Ex quo fiunt duo. 1um: ut lata censura hoc pacto excommunicabitur novertis de incursurum, censeatur comminatoria, seu ad terrorem lata; quia dubium est, an summus Pontifex velit ipso facto ligare, cum verba sint futuri temporis. Sit 2um: quod ut teneamur vitare excommunicatum, non sufficit dubium adhuc prudens denuntiationis, sed requiritur notitia moraliter certa dictae denuntiationis. Ita idem Diana cum Hurtado cap. 2. aliae quaestiunculae ad divisiones proximas expediuntur.

Regulis 1º: An si dicat, qui hoc, seu illud fecerit, sit anathema, sit censura latae sententiae, an ferendae? Suppono, anathema esse excommunicationem cum maiori solemnitate, et certis ceremoniis, v.g. candelarum extinctione, domus lapidatione etc. Hoc posito 1ª sententia dicit aequivalere huic locutioni, sit excommunicatus; ac proinde esse latae sententiae. Bonacina citatus

cap.º anteriori cum Suarez, Hugolino et Filliucio. Quia sic docet esse ferendae sententiae. Vide P. Sanchez, Glossa, et Baldus apud eundem Bonacinam.

Ego libenter acquiesco. Utraque enim locutio sit anathema continet censuram latae sententiae, licet expectet illa solemnitas ad contractionem anathematis ut talis. At data tali solemnitate, statim absque nova sententia incurrit anathema. Dixi ut talis: quia cum anathema sit excomunicatio maior cum certa quadam solemnitate, commisso crimine cui debetur anathema, statim ante solemnitatem incurrit excomunicatio maior. Et postea posita solemnitate, incurrit anathema ut talis.

Utraque si quis dicat, sacramenta Ecclesiae non esse instituta a Christo Domino statim ut haereticus excomunicatur maiori excomunicatione, quae transit in anathema (ex adverbio a Concilio Tridentino addente, si quis dixerit septem sacramenta Ecclesiae, non esse instituta a Christo Domino etc. anathema sit) illico ac exequitur Ecclesia solemnitates et cerimonias anathematis, quas supra excomunicationem maiorem, quin expectet nova iudicis sententia, sed sola executio earum caerimoniarum, qua executione data anathema contrahit. Unde lex anathema sit, est censura non ferendae, sed latae sententiae.

Rogabis 2º: Cur transgrediens legem imponentem censuras ipso facto, statim illas incurrat non expectata sententia iudicis? In reddenda ratione huius dubii, quae continens est apud Doctores, magna est inter eosdem varietas: Caietanus reddit unam, quam late versat P. Avila p.e 2. dub. 7. sed omissa,

Sit ratio: quia quando Ecclesia sic intendit obligare, et poenas infligere incurrendas ante sententiam

Judicis solum dicit, ipso iure, ipso facto, et qd simile, nec unquam consuevit addere, nulla expectata sa Judicis, et aliquid simile; sicut contingit in aliis penis, etiam iis privent bonis, que hntur ab ipsa Ecclesia; go transgrediens legem imponentem Censuram ipso facto, statim illam incurrit, n expectata Judicis sa. oia constant ex doctoribus, et variis locis Juris, que b. Avila alegat.

Ratio: qa cum pene sint occulte, sic incurrunt cum minori nota, si n expectata Judicis sa incurrant — Ra rio: etiam Ecclesia merito observat hanc consuetudinem, cum qe censure sint pene spirituales, hent maiorem proportionem cum culpa, et ideo facilius eam comminant, ut illico ac committit, quin sit necium expectare Judicis sam.

Dices 1o: Excoicatio n solum privat bonis spiritualibus, qualia sunt suffragia, et ssta sed etiam commertio, et convictu humano; et Judex etiam Laicus n tolleratus privat potestate Judicandi, go pene Censurarum n solum sunt spirituales, sed etiam temporales; proindeq expectanda erit sententia Judicis sa. Rdes, qd excoicatio directe, et per se 1o privat suffragiis et sacramentis Ecclesie; commertio autem humano, et potestate Judicandi privat 2rio et indirecte et in ordine ad finem spiritualem; accessorium autem sequitr principale.

Dices 2o: Depositionem etiam resolutionem cessatio a divinis, depositio, et degradatio, n incurrunt ipso facto; go falsa e nostra resolutio. Rdeo 1o, omisso ante negdo cam; qa nra resolutio loquitur de Censuris incursis ipso facto; at ille tres memorate n sunt Censure, ut vidimus, aisple 3. cap. 3. et Heye alibi. Rdeo 2o: concesso anti neglo cam.

disparitate: Et cum ea sint publice pene gravissima, l. gravissima merorit Ecclesiastici signa, Ecclesia propter suam benignitatem noluit quod imponerentur adeo frequenter ac aliae censurae, sed raro in gravissimis casibus, et tunc insuper noluit quod incurrerentur ipso facto ante iudicii sententiam.

Rogabis 3o: An leges continentes poenas censurarum ipso facto incurrendas, possint abrogari per contrariam consuetudinem? Negat Castro, et alii apud Avilam p. 2. dub. 8. Ratio eorum est: Nam violantes huiusmodi leges statim incidunt in censuras: ergo leges continentes poenas censurarum ipso facto incurrendas, non abrogantur per contrariam consuetudinem.

Melius vero affirmat idem P. Avila cum Panormitano, Silvestro, Soto, Caietano, Ethucher consuetudo fuerit in principio cum peccato introducta. Ratio est: quia fieri potest, quod paulatim homines non reputent se incidere in censuras, et sic paulatim remittet vigor legis, et tandem abrogabitur, licet illud initium, ex consuetudine cum peccato inceperit introduci, iam non introducta sit. Ad rationem in oppositum respondeo antecedens non esse verum, quando lex est in suo vigore; quando vero lex in suo vigore non est, eam violantes non incidunt in eius poenas, aut censuras, tradenus de quidditate, et partibus, seu speciebus censurae. sect. 2. de causa efficiente censurarum

Cognita censura esse a priori, seu per suam definitionem et partes, et stabilita; aggredimur

indigarem ejusdem Censurae a posteriori sive per suas causas; quae sunt quatuor, videlicet efficiens, materialis, formalis, et finalis; de quibus deinceps loquemur: Ut eam felicitatem nanciscamur, quam rerum causas venantibus Virgilius promisit illa cantans, Felix, qui rerum potuit cognoscere causas!

Disputatio 2a. An causa efficiens Censurae, et illarum sit. Sectio 1a. Utrum in Ecclesia est potestas infligendi censuras.

Plura in praesenti sunt examinanda. Primo potestas Ecclesiae ad infligendas censuras; secundo auctoritas ferendi illas. tertio censurae institutio, quarto illius applicatio. quinto denique obligatio servandi censuram. de quibus facile me expediam impedimentoribus locum dantibus.

Prima conclusio: Generaliter loquendo in Ecclesia est potestas ferendi censuras. Conclusio est de fide, et contra multos Haereticos. Ita docet Ber. Avila parte 1. disputatione 2. contra Ioannem Hussum, Marsilium Patavinum, et alios Haereticos generaliter invidentes omnes censuras Ecclesiae. Probatur nostra conclusio ex Concilio Constantiensi sessione 15. ubi damnatur error 19. Ioannis Hus negantis potestatem Ecclesiae ad infligendas censuras. Et in sessione ultima eiusdem Concilii, in interrogatione Martini 5. damnatur idem error. Probatur 2o. ex antiquissima Ecclesiae traditione infligendi censuras.

Prob.r 1.o Ex Mathei cap. 16. vers. 19. Ubi Xptus promisit Petro potestatem ligandi, et solvendi: et Mathei cap. 18. vers. 18. ubi eandem potestatem promisit Apostolis, etiam in foro exteriori, ut colligitur ex antibus verbis Mathei 18. si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et Publicanus. Haec autem potestas de facto concessa e Petro Joannis cap. 21. vers. 16. et 17. Pasce oves meas; et Apostolis cap. 20. vers. 21. sicut misit me vivens Pater et ego mitto vos, scilicet ad gubernandam Ecclesiam; ergo in Ecclesia est potestas pascendi, et gubernandi membra illius (id est Baptizatos) in foro exteriori; ac proinde in eodem foro privandi Baptizatos Xpi rebelles, et inobedientes, bonis spiritualibus, quae subsunt Ecclesiae dispositioni et administrationi; ut sunt suffragia communia ipsius Ecclesiae, usus ordinum, et Beneficiorum, et commercium cum Baptizatis, ac proinde ferendi Censuras, quae consistunt in privationibus dictorum Bonorum; quamvis solus Deus possit privare bonis spiritualibus mere internis, ut sunt gratia virtutes et dona; et licet quis possit sua tamen culpa illis privari a Deo.

Dica 3o: In Ecclesia est potestas excommunicandi est de fide, et oppositum Haereticum. Prob.r 1o contra Haereticos Albanenses, Wiclefum, Lutheranum, sectarium Italium et Marsilium Patavinum, ex Mathei 16. ubi ut dixi, Xptus D. promisit Petro et cap. 18 promisit Apostolis, et cap. 20. et 21 Joannis contulit eidem Petro et Apostolis, atque eorum successoribus potestatem ligandi atque solvendi quae verba Aug.us exponit de potestate excommunicandi. Alia sanctorum Patrum testimonia refert Sotus in 4o. distinctione

22. q.e 1. art. 10. Probat 2o ex definitione Ecclesiae in Concilio Constantiensi sess. 8. ubi Wiclefi error damnatur.

3a dico: non solum privat excommunicatio externo convictu fidelium, sed etiam suffragiis, et orationibus ecclesiae. E etiam de fide, et oppositum Haereticum. Luteri delirium afirmantis posse quidem Ecclesiam excommunicare, non in privando homines suffragiis Ecclesiae et orationibus fidelium, sed in externo convictu. Probatur ex illis verbis Sacrae Scripturae: Quaecumque ligaveris super terram erunt ligata et in caelis. Ubi manifeste denotatur excommunicationem non solum excludere hominem a terreno convictu, sed etiam a subsidiis spiritualibus, quae maximam habent efficaciam in caelo apud Deum. Haec et alia plura videre poteris in P. Avila.

Obiicit alia Luterus contra nos praedictas de maxime 3a et 4am quae docte refert, et feliciter refellit ac solvit P. Avila: sed ea supersedeo, quia non tam ad materiam de Censuris in genere, quam ad tractatum particularem de excommunicatione pertinent. — Ad extremum rogabis: an usus ferendi Censuras et poenas Ecclesiasticas sit antiquus in Ecclesia? Dico esse antiquissimum a tempore Apostolorum, ut deinde constat. Ut probat P. Avila dub. 3. discurrendo per omnes censuras, et poenas Ecclesiasticas, nempe excommunicationem, suspensionem, interdictum, depositionem, irregularitatem etc. et haec de 1a disputatione. Cap. 2. relinquam disputationem versat.

1a dico: potestas ferendi censuras est de iure divino. Ita omnes Catholici, explodentes Haeresim Marsilii

Bartolini dicentis Ecclesiam habere potestatem a Principibus secularibus. Prob. 1º. nunc dicitur: quia illam potestatem tradidit Christus Ecclesiae Matthaei 16. v. 18. Quodcunque ligaveris etc. Prob. 2º. quia ita determinatur in Extravaganti Unam sanctam. de Maior. et Obed. Prob. 3. quia in hoc differt auctoritas Principis secularis a potestate summi Pontificis; nam illa est humana, et propterea potest ampliari, et limitari ab hominibus; haec autem est divina, et propterea nec a Concilio generali potest ampliari, et limitari; quamvis utraque ab hominibus eligatur, et quamvis utrique teneantur de iure divino eorum subditi teneantur obedire. ad Rom. cap. 13.

Secunda dicitur: Censurae institutio est de iure positivo. Prob. 1º: quia ritus ferendi censuram est compositus ab Ecclesia. Prob. 2º: quia etiam multoties fuit mutatus ab Ecclesia; quod factum non esset, si esset de iure divino.

Obiicies: Christus in cap. 18. Matthaei tradidit ritum ferendi censuras, atque non quod ferent contra inobedientes, ibi: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et Publicanus. Ita argumentatur Fiolorus, lib. 2. de libertate Ecclesiae cap. 8. Nego ibi non omnem inobedientem esse excommunicatum a Deo, secus Ecclesia non excommunicaret inobedientem, sed declararet tantum esse excommunicatum a Deo. Sensus ergo est: inobedientes sunt habendi, sicut peccatores, quales sunt Ethnici, et publicani.

Dicitur 3º: applicatio Censurae ad hanc vel illam personam est de iure positivo. Prob. 1º: quia institutio quae praecedit applicationem est de iure positivo; ergo a fortiori applicatio. Prob. 2º: quia in decretis Ecclesiasticis applicantur Censurae; ergo applicatio Censurae est ex decretis Ecclesiasticis, ac proinde ex iure positivo.

Obiicies ex eodem Diodoro, loco citato: Hu-
reticis de iure divino applicata censura. Cap. 3. ad Ti-
tum, Hereticum hominem post unam et 2am admoni-
tionem devita. Item 2a Joannis 10 Si quis venit
ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum
nec ave ei dixeritis. Et confirmat ex 2a ad Thes-
salonicenses 3. et ex 1a Corint. 5. Respondeo: quod in
1o Apostolus praecepit Tito Episcopo per illa ver-
ba, ut excideret Hereticum. In 2o sensus est, ad-
esse naturalem obligationem vitandi periculum contagio-
nis, cum sermo Heretici ut cancer serpat. 2a ad
Timoth. 2o. Idem est sensus in reliquis locis alle-
gatis.

4a ratio: obligatio non operandi contra censuram
impositam, est tantum de iure positivo immediate.
Probatur 1o: quia ab Ecclesia praescripta est obligatio vi-
tandi ea, quae indicat ille vulgaris versus:
Os, orare, vale, communio, mensa, negatur.
Probatur 2o ex solutione ad argumentum subsequens.

Obiicies cum Cobarrubias in cap. Alma mater
1a p. § 2. cor. primo: Omnis anima sublimioribus potes-
tatibus subdita est, ad Rom. 13. Non est potestas nisi a
Deo; ergo subditus iure divino tenetur ad servandam censu-
ram. Respondeo negando consequentiam: quia in omnibus praeceptis obli-
gatio mensurat ex proxima regula, ex qua nascitur
non autem a 1a; cum ergo obligatio servandi censuras
sit praecepta a summo Pontifice proxime, licet remo-
te a Deo tradente auctoritatem summo Pontifici
propterea huiusmodi obligatio est humana. Et in for-
ma, tunc potest 2o distinguo antecedens: omnis anima sublimioribus
potestatibus subdita est immediate, nego antecedens; mediate,
concedo antecedens.

Hinc deducit ad praxim contra Cobarrubias
posse summum Pontificem dispensare, ut cum ex-
communicatis nominatim communicet in sacris. Probatur 1o: quia po-
test Papa dispensare super ius positivum. Cap. proposuit.

de Conces. praeben. Prob. 2o: quia si id esset de Iure divino sequeretur, non fuisse valide limitatum a summo Pontifice in Extrabaganti ad Vitandum, in qua limitatur prohibitio ad excomunicatos publicos per cedulones, et ad excomunicatos notorios ex notoria percussione Clericorum: Ius enim divinum non potest a summo Pontifice limitari. Disp. 6. qui possint fferre Censuras. Cap. 2. omnes habentes Iurisdictionem Ecclesiasticam, sive ordinariam sive delegatam, in foro externo possunt applicare Censuras.

Vox ferre, in disputationis titulo supponitur in pro applicare censuras, quo modo retur Capitis inscriptio: non vero lex ferre sonat instituere, quia certum est institutionem Censurae spectare non ad summum Pontificem. Tum quia est rector totius ecclesiae, tum etiam quia authoritatis instituendi Censuras summus Pontifex non comunicat aliis Praelatis. Summus igitur Pontifex instituit Censuras, alii applicant. quaerimus igitur qui nam hi sint? Et quidem certum est 2o Angelos non posse applicare Censuras: quia iis non est data clavis Iurisdictionis. Relinquitur ergo, et solos homines habentes Iurisdictionem Ecclesiasticam, sive ordinariam, sive delegatam in foro externo posse applicare Censuras, ut Capitis inscriptio praefert. Procinus Conclusionis explicatione.
Advertendo 1o: Iurisdictionem Ecclesiasticam

esse potestatem Ecclesiasticam de publico iure sanc-
tam cum potestate iurisdicendi et aequitatis statuen-
dae. Et esse duplicem: unam ordinariam, alteram
delegatam. Ordinaria est potestas Ecclesiastica in
foro externo annexa praelaturae Ecclesiasticae quae
acquiritur per electionem in Praelatum, et eidem
convenit ex vi muneris instituti ex iure ordi-
nario, sive divino, sive humano. Delegata, sive
commissa est potestas Ecclesiastica dependens ex
commissione et arbitrio iudicis ordinarii, quae
non convenit ex munere dicto modo instituto,
sed tantum ex delegatione potentis delegare.

Ad certo 2o inter utramque iuris
dictionem duplex esse discrimen. Primum, quia
ordinaria competit iure proprio, delegata vero
iure alieno. Quin ordinariam pendere in fie-
ri ab electoribus; delegatam vero dependere
in fieri, et conservari a delegante: et ita si re
integra, (id est quando res, seu causa non dum est incoata)
delegans moriatur, delegatio extinguitur; secus si res
non sit integra, seu causa sit iam incoata. 2o:
iurisdictio ordinaria potest delegari, delegata vero ne-
quaquam. dices: iurisdictio delegata a summo Pon-
tifice potest delegari: ergo etc. Resp. Ans esse
verum vi privilegii generalis concessi a Sede A-
postolica legatis summi Pontificis, non vero vi delega-
tionis. omnia constant ex iure. Vide Bastelium
q. 2. art. 2. n.o 8.

Ad certio 3, forum externum esse conten-
tiosum, ubi est contentio sub iudice inter actorem, et
reum: internum autem forum esse, ubi exercet
iurisdictio voluntaria a confessario circa confitentem.
His praemissis, accedamus iam ad nostram resolu-
tionem probandam, quam capitis titulo proposuimus
scilicet habere iurisdictionem spiritualem in foro externo
scilicet Papam, Concilium Generale, Provinciale.

Cardinales, Episcopos, Vicarios Inquisitores, Abbates, Generales, Provinciales, Priores religiosorum, et alios, de quibus Cap.º sequenti loquetur, posse ferre sive applicare Censuras.

Prima Prob. prob. ex cap. grave. de off. Ordi. Ut Explicat Covarruvias in cap. alma Mater 1a p.te § 11. n.º 1. Prob. 2º: quia Summus Pontifex cui a Deo data est hec potestas ferrendi Censuras, propter suas occupationes non valet per se ipsum semper applicare Censuras. Et contra ergo. ergo indiget aliis, qui habeant Iurisdictionem ordinariam vel delegatam, ad applicandas Censuras contra Contumaces. ergo omnes habentes aliquam Iurisdictionem ex duabus predictis possunt ferre, id est, applicare Censuras.

Probatur 3: quia applicatio Censure est applicatio Ecclesiastice pene. ergo non potest applicari nisi abhente Iurisdictionem Ecclesiasticam, vel ordinariam vel delegatam. Prob. 4: quia huiusmodi pena privat usu bonorum spiritualium, que supra hec sunt hec Ecclesiastica; ergo non potest applicari nisi ab habente Iurisdictionem Ecclesiasticam. Prob. 5: quia illa privatio bonorum spiritualium est etiam in foro externo; ergo non potest applicari nisi ab habente Iurisdictionem in foro externo. Cap. 2. Quinam habeant Iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam in foro externo ad ferendas, sive applicandas Censuras?

Vidimus, in illis omnibus

Cap. 3.

Vidimus, in illis omnibus, et solis esse potestatem ferendi Censuras, in quibus est potestas Ecclesiastica

in foro exteriori, sive ordinaria, sive delegata.
Videamus nunc, in quibus existat iurisdictio ordinaria?

Invenitur in Papa, qui est visibile Ecclesiae
Cap. in Patriarchis: in Primatibus, in Archie-
piscopis, cum suorum Diecesanorum. in vero Die-
cesanorum Episcopi illi suffraganei, nisi in quibus-
dam casibus relatis a Silvestro verbo Archiepis-
copus. Invenit etiam in aliis Episcopis habentibus
subditos proprios, quamvis non consecratis, sed in
confirmatis. Probatur: quia hi omnes ex proprio munere
instituto, et ex iure ordinario habent exteriorem
iurisdictionem Ecclesiasticam.

Invenit etiam iurisdictio ordinaria in
Legato a latere summi Pontificis in sua provincia:
quia in illa est ordinarius, et habet iurisdictionem Epis-
copalem exteriorem ex vi sui muneris instituti ex
iure ordinario Ecclesiastico. Invenit etiam in Car-
dinalibus in suis titulis, sive Ecclesiis; quia in Car-
dinalibus reperitur iurisdictio Episcopalis perpetua
in suos Parochianos. reperit insuper in Abbati-
bus, et in aliis prelatis non Episcopis, a iurisdictione
Episcopali exemptis, et gaudentibus iurisdictione Epis-
copali, seu quasi Episcopali perpetua. Probatur: quia
iurisdictio, quasi Episcopalis est ordinaria in foro ex-
terno.

Invenit etiam iurisdictio ordinaria in Con-
cilio Provinciali Archiepiscopi, et in Diecesano
Episcopi, ad ferendas censuras medio statuto. De-
inde invenit in Capitulo Cathedrali sede va-
cante; quia succedit in iurisdictione competente Epis-
copo, seu Archiepiscopo iure ordinario: et etiam
invenit in Vicariis vniusque Capituli, sede va-
cante: Item in Vicariis sive Provisoribus Epis-

copi s. Archiepiscopi, qa idem e tribunal Vicarii et Episcopi, sive Archiepiscopi. Inveniunt insuper immediate Archidiaconis et etiam in Archipresbiteris, sive speciali institutione ordinaria, sive consuetudine habere vim iuris ordinarii.
Reperiuntur praeterea in Concilio generali et in Provinciali et in synodo diocesana. Et in congregationibus seu capitulis religiorum a sede Apostolica approbatarum et in superioribus earundem religionum, adhuc conventualibus, seu immediatis usque in Guardianis, Prioribus etc., qui superiores religionum adhuc immediati, ex privilegio pontificio ordinario constituti sunt prelati ecclesiastici, sive iudices et Pastores in foro exteriori: quamvis in aliquibus religionibus sit prohibitum superioribus immediatis peculiari prohibitione ipsarum.
Rogabis 10: An etiam Parochi habeant iurisdictionem ordinariam in foro externo ad ferendas censuras? Affirmant aliqui, immo eam in iure illis concedi ad excommunicandum pro casu furti, et rapinae, docent Silvester, et Soto. Immo sunt qui existiment Parochum habere iurisdictionem ordinariam ad ferendas censuras, maxime ex vi canonum, pro quibusdam casibus adeo notoriis, ut non indigeant iudiciali indagatione. Probant ex cap. Cum ad ecclesiarum §. [illegible] off. ordin.
Contraria opinio communiterum et theologorum Suarez, et q. Navarrum, quos referunt et sequuntur Basilius q. 2. art. 2. n.o 19. Hurtado hic dificultate 5.a n.o 12. et tract. de excommunicatione disp. 12. difficultate 1. n.o 2. et P. Avila de excommunicatione cap. 3. disp. 1. dub. 2. Communis tamen opinio docet Parochos curatos, qui in aliquibus

Regionibus vocant Abbates, in aliis Rectores, in aliis Priores, et habent etiam ex iure iurisdictionem ordinariam, sive ad excomunicandum, sive ad ferendas alias Censuras in foro externo sive contentioso; sed tantum in foro interno. Probatur 1°. quia ex nec munere, neque ex iure, habent tribunal, in quo adsit actor, reus, et iudex, in quo iurisdictio contentiosa exercetur, et consequenter potestatem seu iurisdictionem in foro contentioso. Probatur 2°: quia Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de reformatione, statuit excomunicationem proferendis a solo Episcopo esse ferendam.

Ad fundamentum oppositae sententiae respondetur tripliciter. 1° quod ille textus, concedens quidem Plebanus sancti Pancratii excomunicet suos subditos, intelligendus est de Plebano, qui erat sicut praelatus alicuius Ecclesiae Collegiatae. Ita Glossa. — Per 2°. textum intelligendum esse quod Parochus habeat iurisdictionem ordinariam in foro externo quod quidem stando in iure communi, sed 1. ex privilegio Sedis Apostolicae, 2. ex consuetudine, 3. ex praescriptione adiunctis iusto titulo, bona fide, et continuata possessione; Ita cum Panormitano, et Navarro Avila Hurtado, et Bassaeus adducti. Per 3°. quod licet dato omnes quod possent iure communi tamen generaliter loquendo per contrariam consuetudinem esse abrogatum, ut cum Soto docet Avila.

Rogabis 2°. An mediata iurisdictio ordinaria competat Episcopis, et Archiepiscopis de iure divino? Affirmat Suarez. tom. 5. sect. 2ª nº. 7. eo quod Deus dans ipsis clavem ordinis Episcopalis, dat et communia ad ordinem quod est iurisdictio ordinaria. — melius vero Bellarm. de Romano Pontifice lib. 4. cap. 25. probat pendere tamen frui mediate iurisdictionem a Summo Pontifice. 1°, quia regimen Ecclesiasticum est Monarchicum; quo omnis iurisdictio est ab uno, et ab alio ad alios derivatur. 2°. quia haec opinio est conformior Concilio Tridentino,

sessᵒⁿᵉ 24. de Sacramento Ordinis, Canone 8. ubi probat Episcopos pendere a Papa.

Ad fundamentum Patris Suarez R. quod Iurisdictio ordinaria habitualis est de Iure divino, ut probat ratio a Suarez adducta: sed Iurisdictio ordinaria actualis pendet omnino a Papa, sicut docet Navarrus in cap. 1ᵒ n.º 2. de poenitentia distinctione 6. in Sacerdote, quoad potestatem absolvendi a peccatis, esse habitualem esse a Deo, actualem a Papa. Et sicut potest Episcopus concedere facultatem absolvendi, reservando sibi casus, ut patet ex Concilio Tridentino sessᵒⁿᵉ 14. Cap. 11. de Sacramento Poenitentiae, ita potest Papa concedendo Episcopatum, reservare sibi auctoritatem ferendi Censuras. Cap. 4. Quae conditiones requirantur, ut quis possit delegare Iurisdictionem, aut eam habere, sive ordinariam, sive delegatam?

Prima dico: quatuor requiruntur copulative ad delegationem huius Iurisdictionis Ecclesiasticae ad applicandas Censuras. Primum, ut delegans habeat voluntatem delegandi. Secundum ut delegatus habeat voluntatem acceptandi; etenim delegatio humanus actus, qui duorum perficit consensu. Tertium requirit in delegante potestas delegandi non impedita, quia enim actus applicatus supponit potestatem illius non impeditam. Et hinc ad praxim: quamvis delegans habeat potestatem delegandi, attamen si est Excommunicatus per Sedulones, vel per publicam Clerici percussionem, tunc nulla est delegatio; quoniam effectus huius Excommunicationis, vel suspensionis, est impedire usum Iurisdictionis. Quartum requiritur, quod delegatus sit capax delegationis; actus enim activorum (ut dici solet) est in patiente bene disposito.

Ad 10: Ut quis sit capax vel active
vel passive Jurisdictionis, sive ordinariae sive delegatae
genere Ecclesiasticae, variae sunt copulative quinque con-
ditiones. 1a Ut sit homo viator. 2a Ut sit compos
mentis. 3a Ut sit masculini sexus. 4a Ut sit
Baptizatus. 5a Ut sit Clericali saltem tonsura
insignitus. Quae conditiones probandae sunt. Et in nu-
llae quaestiones decidendae, quae his conditionibus plurimum
annectuntur.

1a Igitur conditio ad tenendam Jurisdictionem
ordinariam, aut delegatam vel ad eam Jurisdictio-
nem alteri committendam, est, quod homo sit viator pro-
batur: quia Jurisdictio Ecclesiastica est ad regendam
Ecclesiam visibilem, et Militantem; ergo est exercen-
da per ministros visibiles, et Militantes ac pro-
inde viatores, sive qui sunt in via, non in Patria.

Objicies: Ecclesia visibilis, et Militans
gubernatur per Constitutiones veterum summorum Pon-
tificum; sed hi sunt viatores, non autem in via
Militantes; ergo etc. Respondeo quod aliud est applica-
re regimen imprimendo virtutem suis Constitu-
tionibus, et hoc factum fuit tempore quo summi Pontifices
erant viatores; aliud inferre effectum; et hic po-
test inferri per virtutem impressam, quamvis tem-
pore illationis effectus sint mortui Pontifices. Si-
cut experientia patet, in causis naturalibus, et in vir-
tute impressa lapidi projecto, qui saepe perseverat
in motu, destructa causa, quae impetum impressit.
Unde in forma distinguo minorem: sed hi sunt in
[illegible], quando dant effectum applicationis virtutis suis de-
cretis, concedo minorem; quando data fuit applicatio
suae virtutis, nego minorem. Et eadem distinctione
potest uti in praedicta maiori, et consequente.

2a Conditio: Ut quis possit habere Jurisdictionem
vel eam delegare est, quod sit compos mentis. Probatur:

qa non compos mentis non solum est incapax usus Iurisdictionis, quia ille usus est actus humanus, quo caret non compos mentis, verum etiam est incapax eam delegandi, eam acceptandi delegationem, quia haec non est actus humanus.

Obiicies: Iurisdictio est in dormiente, et ebrio .l. 1. §. Furioso. ff. de iis, qui sunt sui vel alieni iuris. ergo compos mentis est capax iurisdictionis. Resp. quod aliud est retinere iurisdictionem, aliud est uti iurisdictione; primum concedit, secundum negat ei qui non est compos mentis. Unde informa resp. obiectioni: Iurisdictio acquisita est quoad retentionem in dormiente et ebrio, verum; est quoad usum, falsum.

Instabis: non compos mentis habet usum intellectus et voluntatis in qui sunt actus humani; ergo potest habere usum iurisdictionis, qui etiam est actus humanus. Resp. ex dicendis in tractatu de actibus humanis, cum dist. antec.: non compos mentis habet usum intellectus et voluntatis sine libertate, omitto antecedens; cum libertate nego antecedens: ad actum autem humanum requiritur libertas, quae oritur ex perfecto iudicio, quo caret non compos mentis, ac proinde non habet actus humanos, et consequenter nec habere potest usum iurisdictionis, qui debet esse actus humanus.

3a conditio nimirum debere esse masculum, qui habeat iurisdictionem ordinariam vel delegatam. Prob.: quia femina est incapax clavium ex iure ordinario; quid vero tenendum sit ex plenitudine potestatis Papae, dicam disp. sequenti. Primum clavis ordinis, quia viris tantum fuit dictum, Quorumcumque remiseritis etc. Secundum clavis iurisdictionis cap. de Monialibus de sent. excom. et cap. Nova de poenit. et remiss. Quoniam viris tantum fuit dictum Quodcumque ligaveritis etc. et Quodcumque solveritis etc.

Obiicies 2o: Abbatissa cum sit Praelata Ecclesiastica habet iurisdictionem ordinariam in foro externo,

in suo monasterio; quia femina est capax iurisdictionis: Quod illam iurisdictionem non esse actum spiritualem clavium, sed esse actum regiminis domestici ad gubernandum, et puniendum, qualem habet mater familias in filias. Ita cum Victoria Pasqualius q. 2. art. 3. no. 9. Et Diana p. 5. tract. 9. resolut. 26. cum D. Tho. Et Gaspare Hurtado.

Addit autem idem Diana ibi cum Rodriguez, Lezana, Humogono et Cornexo, quod licet femine ex iure communi sint non capaces ordinis clericalis, et ecclesiastice iurisdictionis, possunt ad suae ferre precepta, que vim legis habeant, sicut episcopi, et ceteri prelati ecclesiastici, quibus subditae teneantur obedire, non solum iuxta gravitatem materiae, sicut matres familias possunt imponere precepta filiabus, que ad domesticam gubernationem, et scilicet monialium pacem conducant; sed etiam obligent sub precepto obedientiae. Ita Rodriguez, Salas, Azor, Cornexo, Mallius, et alii apud Dianam ibi.

Dices 2o: Abbatissa suspendit ab ordine clericali subiectos suae iurisdictioni cap. dilec. de maior. et obedi: sed suspensio est species censurae, que ad iurisdictionem clavium spectat: ergo etc. Ad hoc argumentum respondet idem Pasqualius cum Abbate, illam suspensionem non esse speciem censurae, quoniam si post suspensionem subditus celebraverit non efficitur irregularis; sed esse speciem precepti, quo precipit, ne predicti sui subditi celebrent, donec satisfecerint.

Quarta conditio quod sit homo baptizatus: hoc liquet ex iure communi. An vero ex plenitudine potestatis, et ex dispensatione Papae, possit homo non baptizatus ferre censuras dicemus sequenti dicam. Ratio autem conditionis: quia qui non est membrum ecclesiae,

e incapax clavis iurisdictionis ecclesiasticae; sed
non baptizatus non e membrum ecclesiae; ergo etc.

Obiicies: Baptismus e ianua omnium sacramentorum; sed clavis iurisdictionis non e sacramentum; ergo non baptizatus e capax clavis iurisdictionis.
Resp. baptismum non solum esse ianuam sacramentorum, sed etiam clavem iurisdictionis ecclesiasticae 1a Corint. 6.

2a Conditio ut sit saltem clericali tonsura insignitus. Prob. 1o: quia vicarius fert iurisdictionem ordinariam ecclesiasticam in foro externo, ut supra diximus; sed ad hoc ut quis possit esse vicarius requiritur saltem ut iam habeat tonsuram, cap. in nova 16. q. 7. ergo sufficit 1a tonsura.
Prob. 2o: quia si saltem 1a tonsura non requireretur, laicus esset capax iurisdictionis ecclesiasticae in foro externo; sed hoc dici nequit quia laicus e incapax negotii ecclesiastici cap. 2. de iudiciis, ergo etc.
Confirmatur: quia iurisdictio ecclesiastica spectans ad claves ecclesiae fuit tradita cap. 16. Mathei Petro, tempore, quo erat effectus clericus per electionem in sortem Domini.

Prob. 3o: quia ad iurisdictionem ecclesiasticam non e necessarius caracter ordinis ut probat Barbosa ex Abbate, et ex cap. transmissam de electionibus. Et quia huiusmodi potestas fuit tradita Petro tempore, quo non habebat caracterem ordinis, illum n. habuit in Cena per illa verba, hoc facite in meam commemorationem; ergo solum requiritur 1a tonsura.
Ex hac autem 2a conditione infert, capitulum religiosorum non habentium saltem in maiori parte iam tonsuram, non posse sine dispensatione Papae applicare censuram. Ita Barbosa ubi supra, et Abbas in cap. dilect. no. 9. de maior. et obed.

Obiicies 1o. contra hanc quartam Conditionem, quod in Cap. præter 32. distinct. ubi Glossa in verbo Quis, potestas Ecclesiastica traditur laico. Resp: id esse ex privilegio, et dispensatione Papæ, ut potius dicam, non ex potestate ordinaria. Obiicies 2o. Tonsura insignitus est non capax iurisdictionis Ecclesiasticæ, Cap. Sane. et primero ubi Abbas de clerico Coniugato. Resp. id verum esse in clerico Coniugato, et hoc ex iure com. secus autem in non coniugato. An vero Clericus coniugatus possit ex dispensatione Papæ ferre Censuras, dicam disputatione sequenti. Cap. 4. In quibus inveniatur potestas delegata?

Invenitur potestas delegata, seu comissa, ad ferendas Censuras, in iis omnibus, et solis, quibus alias capacibus, fuerit delegata, seu commissa ab habente potestatem ordinariam. Prob. quia iure potest eam alias capacibus delegare ut patet ex Cap. Cum Episcopus 7. de off. Ordin. in 6. Dixi alias capacibus: quia potestas ferendi Censuram non potest licite, nec valide iure ordinario delegari, nisi viro, et non femina, ut deduxit ex Cap. dilec. de Maior. et obed. et non nisi Clerico, ut patet ex Canone in 9a. 16. q. 7. et non clerico Coniugato ut patet ex Cap. Sane de Clericis Coniugatis, quæ autem Conditiones requirantur in habentem iure ordinario ad delegandam activo, et passive iurisdictionem, dixi Cap. præcedente.

Ubi notes quatuor. 1um Omnem potestatem delegatam ferendi Censuram, et generaliter iudicandi in foro exteriori dependere a potestate delegantis. Ut quando potestas delegantis deficit, vel morte, vel translatione,

aut impedit excōicare aut alr. etiam desinat aut impediat potestas delegata, qdo res ē integra, id ē qdo res, seu causa nō ē inchoata. Vide P. Gaspar Hurtado hic difficult. 4a nº 14. Et P. Avila pte. 2. disput. 2 - Cap. 3. dub. 3. Cum Silvestro,

Nota 2um, quod delegatus, cui revocata ē iurisdictio, valide fert censuras et iudicat, quousq ad eum seu ad eius notitiam perveniat revocatio. Ita Patres Avila et Hurtado ibi. Hoc limitat idem Avila cum Silvestro, et Panormitano, nisi delegans intendat per revocationem sic auferre potestatem delegato, ut quidqd fecerit irritum sit et nome; tunc n. applicatio censure erit nulla. sed hic modus revocationis nō ē praesumendus, nisi constet aperte de intentne revocantis. Unde si revocatio fiat simplicitr, nihil aliud exprimendo, valida erunt gesta per delegatum, antequam revocatio ad eum perveniat.

Nota 3um, potestatem ferendi censuras sive ordinariam, sive delegatam, nec licite, nec valide exerceri ab excōicato, neq suspenso nō tollerati in quo doctores conveniunt; qa sunt privati usu iurisdictionis, quandiu possunt ab ecclesia. an vero similiter excōicatum, aut suspensum tolleratum, etiam nō valide illam potestatem exercere, etiam qdo provocatr a fidelibus: qa excōicatus, aut suspensus tolleratus nō obligat suo precepto, aut quasi precepto, cum licitum sit subditis nō cōicare cum illo, saltem in actibus iurisdictionis, quibus ē privatus: ac proinde nec ligat suis censuris; qa incursio censure supponit inobedientiam, quae nō reperit, quamvis nō impleatr praeceptum excōicati, aut suspensi etiam tollerati. Ita P. Hurtado ibi nº. 19.

Nota 4um ex eodem auctore nº 26, qd quamvis excōicatus, aut suspensus nō tolleratus nequeat

licite

licite, nec valide, nam iurisdictionem exercere, nec delegare; quia utrumque est actus iurisdictionis, cuius usu est omnino privatus: Potest tamen valide quando est tolleratus (etiam quando id facit illicite, et quando ipse se ingerit ad id) nam iurisdictionem delegare: quia eo ipso, quod Ecclesia eum tollerat in favorem fidelium, relinquit illum sufficientem, ut possit validos efficere actus, scilicet delegandi iurisdictionem, absolvendi a censuris, dispensandi, et alios similes actus (excepti praecepti ob rem supra dictam) sub conditione tamen, si ab ipsis fidelibus cum quibus communicant praedicti excommunicati, vel suspensi tollerati, ad eos actus accipient. Dico 7a

In nulla quaestione resolvit circa conditiones requisitas ad habendam iurisdictionem ferendi censuras. Cap. un.

An femina sit capax iurisdictionis ordinariae vel delegatae

La sa afirmat feminam nec iure communi nec commissione Papae posse ferre censuras. Ita S. Tho. et communiter. Paludanus, Ledesma, Silvester, et Soto, quos refert et sequitur P. Avila parte 2. disp. 6. Diana parte 3. tract. 9. resolutione 26. et parte 8. tract. 2. resolutione 39. ac . sed hic pro curiositate etc. Probant tamen ex cap. dilecta de maior. et obed. probant tamen quia capitiales iurisdictionis spiritualis ordinariae a clave ordinis, scilicet ab remittendum peccatum. et haec ordinum excilla, et ideo solum est hominis, qui habent clavem

ordinis .1. possunt habere; sed Mulier e omnino incapax, etiam stando in iure Dno potestatis ordini: ergo et iurisdictionis spiritualis. Probant 2o eandem 2am p[ar]tem: q[ui]a nec Xptus, nec Ecclesia contulit unquam hanc potestatem ulli foeminae; ergo q[uia] incapaces illius sunt.

2a est vera s[ententi]a docens foeminam ex iure coi incapacem esse ferendi censuras, ut hinc probat sa[epe]. Ex commissione vo Papae posse eas ferre, ac ponderi esse iure Dno incapaces. Ita Laires, Filiutius, Bonila, Alterius, Cardinalis de Lugo, Laiman, Bonardus, Hugolinus, Henriquez, Suarez. Bap[tist]a ponderor noxo, Sotus, Navarrus, quos refert Diana 9. p[ar]te trad. 9. resolut. 16. et p[ar]te 8a trat. 7. resolut. 79. referunt vo Mequinez[?] et Gaspar Hurt. hic difficult. 4a no 23 et Diana p[ar]te 8. trat. 1o. resolut. 39. eandem opinionem vocant probabilem Paludanus Silvester et Bonacina apud Dianam illa resolut. 39. p[ar]tis 8a. Prob. q[ui]a foeminae sunt incapaces praedictae potestatis ex iure solo Ecclesiastico; q[u]a[e] non e fundamentum ut dicant incapaces ex iure Dno; sed in iure Ecclesiastico Papa dispensare potest cum sit superior illo; ergo quilibet ordinarius ex Papa dispensat[ion]e potest iuam iurisdictionem foeminae delegare. Nunc adversariorum argumenta ramus.

Ad 1am probationem 2ae p[ar]tis oppositae s[ententi]ae, respondeant Haeretici Cathafrigae, Paeudiani, Gnostici, Luterani, aliique nostri temporis sectarii, quibus assentiunt aliqui Catholici apud .S. Bonav[entur]am in 4o distinct. 29. art. 2. q. 1. dixerunt, unquam foeminas esse capaces recipiendi ordines: quo ruerer argumentum. Probant id exemplo Joannae Anglicanae, quam adhuc nunc sacerdotium fuisse asundam dicunt. Sed q[ui]a de fide, ut probat Leander tom. 2. de Sacramentis

Vrat 6. disp. 9. q. 1.) feminas n. esse capaces ordinis maioris; qa iure divino, et definitione, ab ordinum maiorum subiecto excluduntur. Ideo iam aliam, meliorem, et catholicam solutionem mox exhibebo. An vero Ioanna Anglicana vere fuerit ad summum Pontificatum evecta? affirmant praedicti Heretici et ex Catholicis n. pauci nimirum Martinus Monacus Cistercienses, Marianus Scotus, Petrus Mathia, Platina, et alii apud P. Henriquez. affirmantes, hanc Papissam habitam pro Ioanne 8o (inter Leonem 4um et Benedictum 3um) duobus annis regnasset. sed multo verius, talem feminam n. fuisse ad Pontificatum evectam, sed rem esse fabulosam. ut de Monsant Mallo Gallus, Florimondus, Belarminus, Baronius et alii apud Filibertum, et Henriquez. Vide Leandrum q. 2.

Sed dato et n. concesso, rem hanc Historicam fuisse, certum est, talem feminam nullo modo Pontificem fuisse, ut bene Leander ex Filiberto. Qui ex Onufrio Panvinio addit, rem hanc fabulosam a nefandis Ioannis 12i moribus, ortum habuisse. Qui in Pontificatum electus, adeo sordidam vitam ducebat, ut tres inter alias habuerit concubinas, Stefaniam, Reyneram et Ioannam, quae ultima cum in pontificatus administratione primas partes haberet, capit vulgo Papissa nuncupari; vita paulatim vires acquirente fama Ioannam feminam, inter veros Pontifices, imperiti scriptores enumeravarunt.

Ideo igit Catholice, et dupliciter, ad sam probatam illius 2a partis opposita etc. Primo potestatem iurisdictionis spiritualem, ex iure coi

ordinarii ad clavem ordinis non vel ex natura rei et ex iure pleno: proinde ac iure communi non possit femina censuras ferre, sicut non potest absolvere a peccatis; unde non ex Papae commissione censuras ferre, sicut non possit etiam ex Papae dispensatione absolvere a peccatis. Probo 2o cum S. Tho. Albo, Silvestro, et Diana illa resolutione 29. quia duplicem esse clavem, scilicet ordinis, et iurisdictionis. Et illius omnino incapacem esse mulierem iure Christi institutionem: huius autem posse esse capacem, saltem ex commisso et quoad exercitium; sicut et mere laicum capacem esse dicimus;

Ad 2am probationem eiusdem partis, pro nobis opposita, nego consequentiam; Christus non et Ecclesia numquam contulere talem potestatem feminae, non quia haec sit incapax ex natura rei; sed quia neque expediens, neque decens fuit, ob plures causas: quae tibi rudiori occurrent.

Ubi notes 1o, ex traditionum occasione, et pro curiosis, feminam esse incapacem iure divino, non solum ordinis maioris, sed tonsurae clericalis; et ideo non posse ad eam admitti, etiam ex indulto Papae; quia licet 1a tonsura non sit ordo, est praeparatio praevia et gradus, quo tendit ad sacerdotium; sed huius est incapax iure divino femina; ergo et illius. Est communis opinio. quam sequitur Diana parte 2a tract. 10 resolutione 29. Leander tom. 2o tract. 6. disp. 9. q. 2. et alii apud ipsos. Etsi Paludanus, Hurtadus, Ludovicus Carpentii, docuerit ex Papae indulto admitti posse feminas ad 1am tonsuram clericalem. Quos auctores citat Diana ibi, et eandem sententiam probo

babilem censet.

Nota 2°, Palaclanum, et Hurtadum docere, posse faeminas ex dispensatione Pontificis minoribus Ordinibus initiari. 1°: quia inquiunt Minores ordines non sunt sacramenta vera, et veri ordines. 2°: quia sunt mere ex institutione Ecclesiae. Oppositam sententiam est certissima. 1°: quia licet non essent vera sacramenta, adhuc sunt gradus, quibus tenditur in sacerdotium. Cum autem saltem ex institutione Ecclesiae faeminae non sint capaces sacerdotii, nec ex institutione Ecclesiae capaces erunt similis gradus, et praeviae dispositionis. 2°: quia adeo certum est minores ordines esse sacramenta vera, ut Nunus, Sotus, Vasq. et Sanchez, putent oppositum asserere esse temerarium, et errori proximum. Vide Leandrum quae 3. ex suo octo corruunt argumenta contraria. Cap. 2. plures alias quaestiones deltrat.

Secunda quaestio: an de plenitudine potestatis possit summus pontifex committere laico potestatem ferendi Censuras. affirmative tenet Castelius quaestio 2. fol. mihi 38. Gasp. Hurtado disputatione 4a no 23. Diana parte 2a tract. 4. resolutione 39. S. Avila parte 1. dub. 6. q. 2a 3c° et citat pro se citans Silvestrum, Covarrubiam, et Navarrum. Supponit 1°, mere laicos, sive non habentes tonsuram non posse ferre Censuras iure communi; quia ut constat ex iure laici ex iure communi spiritualia tractare non possunt; sed ferre Censuras est spiritualia tractare; ergo laici non possunt ferre Censuras iure

Coi. Et verum e licet sint religiosi professi. Ut recte notat P. Avila. Bene tn potest me re laicus ex commissione solius Papae ferre Censuras, ut tenent prae alegati auctores.

Probatur: qa ta tonsura solo iure positivo e requisita ad ferendas Censuras, in quo iure Papa dispensare potest. Dixi solius Papae; qa n sufficit dispensatio Episcopi, ut pote inferioris. Nam solus Papa iuri coi superior e, et ideo is solus potest in hoc iure dispensare. Cap. Cum inferior. de Maior. et obedien. Unde qdo Cobarrubias ait, quod laicus e incapax iurisdictionis ad excomicandum intelligendus e de incapacitate proveniente ex iure coi, n ex iure Dno, sicut e incapacitas feminae ad ordines maiores.

Hinc sequit 1o: qa mere laicus n hens tonsuram n potest constitui Vicarius Episcopi, nisi ex commissione Papae. Ita Panormitanus, Felinus, Cobarrubias, quos refert, et sequit P. Avila ibi. Sequit 2o: qd iurisdictio ad ferendas Censuras, stante incapacitate, a laico n potest praescribi, licet possit a laico acquiri per summi Pontificis privilegium. Ita Castellus cum Abbate ubi supra.

2a quaestio. An pontifex possit laico infideli, sive n baptizato potestatem ferendae Censuram[?] committere ex plenitudine potestatis? negant Suarez, Suarez[?], Bonacina, Henriquez. Riccioll[?] apud Dianam p. 2. tract. 1. resolut. 39. Rõ e: qa n baptizatus n solum iure Ecclesias[?]

tico et positivo, sed Iure Com̃ Pro. 2o malo quod
anmodo, e incapax Iurisdictionis Ecclesiasticae. asserunt
Vo et merito Hugolinus Suarez Alterius et
G. Hurtado, quos refert, et Fabius ñ. dissentit idem
Diana ibidem. Probant: qa ñ Baptizatus ẽ in
capax predictae potestatis ex solo Iure Ecclesiastico
Cuius Papa superior est. Ideo quilibet Ordi-
narius ex Papae dispensare potest suam Iurisdictionem
delegare Laico ñ Baptizato. Et 2o sine pater
ad oppositae parti fundamentum. /

3a quaestio: An Clericus Coniugatus possit
ferre Censuras? Resp. negative. attento Iure Com̃,
quamvis Clerici Coniugati habeant quatuor minores or-
dines. sic Panormitanus, Ioannes Andreas, Co-
varrubias, quos refert et sequitur P. Avila ib. Pr
prob. ex Cap. tunc et primero de Clericis Con-
iugatis. Ubi decernit, qd Clericus Coniugatus ñ ad-
mittatur ad Beneficia Ecclesiastica, nec ad ordi-
nes Sacros, nec ad negotia Ecclesiastica, sed ferre
Censuras e negotium Ecclesiasticum; qo etiam Po-
test ex commissione et dispensatione Papae. Vide
P. G. Hurtado illo nº. 23. Et in hoc Doctores
Conveniunt. Prob: qa Papa ñ clerico potest con-
cedere Iurisdictionem ad ferendas Censuras; qo mul-
to melius Clerico Coniugato.

4a quaestio: An oẽs qui ñ sunt Sacerdotes
dummodo habeant Lam tonsuram, possint Iure Com̃ fer-
re Censuras, supposito quod habeant Iurisdictionem in
foro exteriori? R. Resp. affirmative. Cum Com̃. et S.
Thoma, quem refert et sequitur P. Avila ibi. Prob
ex Cap. transmissa de Elect. Ubi decernit qd
Episcopus Confirmatus ñ dum Consecratus potest excom-
municare. Prob. 2o: qa potestas ferendi Censuras, ñ

e potestas ordinis, sed iurisdictionis. Maneat ergo ipso esse in tonsura initiatos, etiamsi non sint sacerdotes et dummodo coniugati non sint, esse iure communi capaces iurisdictionis ad ferendas censuras. Maneat 2o: foeminas, laicos non baptizatos, et clericos coniugatos, non esse iure communi capaces iurisdictionis ad ferendas censuras; ex commissione vero Papae, posse esse potentes tali iurisdictione.

6a quaestio: supposito, quod viri laici non possint iure communi ferre censuras, ut diximus supra q. 4. et disp. 6. cap. 3., Rogatur: An saltem incidenter, de censurae nullitate ex iure communi possit cognoscere; aut ordinare ut non servetur, et quod tollantur schedulones de portis ecclesiarum: et an Princeps laicus possit Episcopum vel Vicarium prohibere, ne aliquem excommunicent, nisi sibi prius censurae causam ostendant? affirmant Gabriel Pereira, Franciscus Mirabete, Corsetus, et Cobarrubias apud Dianam parte 5a tract. 1o. resolutione 93. Negant vero longe melius Matheus Peregrola, Antonius Atrianus, Morla, Ioannes Antonius Portocarrero, quos refert et sequitur Diana ibi. Ratio: quia haec omnia sunt actus iurisdictionis ecclesiasticae, quae in laicum cadere non potest iure communi.

7a quaestio: qua ratione possit adquiri iurisdictio ferendi censuras? Dico posse adquiri consuetudine, cap. dudum, de elect.: et praescriptione, cap. [illegible], et cap. cum olim, de praescriptionibus. Et ratio est; quia his modis mutantur iura, et dominia. Censet autem in his casibus concedi a Summo Pontifice, ut iurisdictiones ecclesiasticae eidem sint. Ita Mercerus, Gardonus, et Doctores communiter, quos refert et sequitur Diana parte 9. tract. 9. resolutione 72. qui advertunt, hanc potestatem hoc modo acquiri posse quo ad unam, et non quoad aliam: quia in censuras

n̄ ē connexio nēaria. Et Consuetudo, l. praescriptio circa actus unius generis, n̄ dat facultatem ad actus alterius generis.

3a quaestio: An pro eodem delicto incurri possit duplex Censura? Rñeo, qd si plures diversae potestatis ferant eandem Censuram, Papa v.g. et Episcopus, intendant utrq. novam Censuram imponere, Contravenientes incurrent plures Excommunicationes. v.g. Secus, si eandem Lex ab eodem superiore renovet. Rō ē: qa in 1o casu sunt plures superiores, et possunt, et volunt diversas imponere Censuras, alias ab aliis independentes. In altero vo casu, idem ē superior, qui n̄ intendit novam Censuram ferre; sed solum repetere, seu renovare antiquam; renovatio autem actus praeteriti n̄ hēt maiorem vim, quam ipse praeteritus actus.

Dº 3a. quae conditiones requirantur, ut ferendae Censurae ab eis valide ferendas? Cap. 1. Bº Conditiones nēariae sunt.

Quoniam n̄ solum requiritur Capacitas, et virtus productiva, sed etiam requiruntur Conditiones, sine quibus n̄ applicatur Censura valida. l. iusta. propterea explicandae sunt Conditiones, sine quibus n̄ valide applicatur Censura: hae autem sunt octo. 1a Jurisdictio Ecclesiastica, et quod haec n̄ sit impedita. 2a, ut n̄ sit exercita contra se ipsum, sed contra alterum. 3a, ut n̄ sit exercita in causa propria. 4a, ut sit exercita voluntate

declarata signis sensibilibus. 5ª ut sit exercita voluntate libera, de qua conditione cap. 2. iterum loquemur. 6ª, quod censuras ferens, ferat advertens, et intendens eas infligere. 7ª, quod eas ferens adhuc in suos subditos, sit intra suum territorium, seu intra locum suae iurisdictionis. 8ª quod recte, seu iuste iustitia morali, legali, commutativa, et distributiva, censuram ferat. De qua conditione cap. 3. iterum redibit sermo

1ª Conditio probatur: quia paria sunt non habere iurisdictionem, et habere impeditam. hoc autem impedimentum est multiplex. 1um scilicet per censuram denuntiatam per cedulones, scilicet per notoriam clerici percussionem. 2um per recusationem legitimam antequam censura incurratur. 3um per appellationem legitimam etiam antequam censura incurratur. 4um per superioris inhibitionem. 5um per excommunicationem aut suspensionem episcopi, quando vicarius, seu provisor illas fert. 6um per excommunicationem aut suspensionem, sive ipsius ferendi censuras, sive illius a quo dependet potestas ferendi censuras, ut per excommunicationem, aut suspensionem delegantis iurisdictionem, quando ferens censuras est delegatus, si res non sit inchoata. Omnia patent ex iure. Vide Baez, P. Hurtado hic difficultate 6. no 22.

Obiicies: non habens iurisdictionem potest illa uti, L. Barbarius. ff. de Officio Praetoris; ergo multo habens impeditam iurisdictionem potest illa uti. Resp. distinguendo ant: qui habens publice iurisdictionem potest illa uti, nego ant; occulte carens iurisdictione potest illa uti concedo ant; quia lex propter publicam utilitatem tribuit iurisdictionem. Impedimentum autem de quo loquimur in 1a conditione est publicum, vel occultum.

2a Conditio prob. 1o: quia constat ex canone

2º. 4ª q. 4. prob. 2º: qª nemo potest esse agens, et patiens. Vta Glossa et Doctores in cap. quoties et primero 1ª. q. 7ª. Prob. 3: qª censura, et ipso de pena, tantum potest ferri ex vi coactiva in subditum, et nemo ē sibi neq. suae legi subditus quoad vim coactivam: ac proinde Iudex prohibens aliquid sub censura eam n. incurrit, quamvis quoad vim directivam teneat. sua prohibitione, cui annexuit censuram. Prob. 4º Suarez, qª haec iurisdictio n. exercet. nisi in subditum, ut docet S. Thomas 2.2ª. q. 67. art. 1. sed ~~nego~~ nemo ē sibi ipsi subditus; ergo etiam

Obiicies 1º: quod quamvis Episcopus n. possit excoicare se ipsum, propter roem praedictam, n. si coicat cum excoicato a se, incidit in excoicatiom minorem; ergo Episcopus in casu dicto excoicat se ipsum, ac proinde potest quis exercere iurisdictionem in se ipsum. Resp. nego coam; qª illa excoicatio minor ē lata a summo Pontifice; unde Episcopus n. se excoicat, sed ipsum excoicat Pontifex.

Obiicies 2º: Capitulum potest ferre censuram contra singulos de capitulo. Cap. irrefragabili de off. ordin. ibi doctores. ergo ferens censuram potest illam ferre contra se ipsum. Nego coam: qª singuli de capitulo subiiciunt capitulo, ac singuli sunt diversi a capitulo. Unde hoc ferens censuras contra singulos de capitulo, n. fert illas contra se ipsum.

3ª conditio probat: qª nemo potest esse iudex in cª propria. Cap. inter querelas. 23. q. 4. ubi Glossa.

Obiic. Ad ad repellendam vim in cª propria potest applicari censura. Cap. dilecto de sent. excor. in 6.

ergo quilibet potest ferre Censuras in causa propria. Resp. nego consequentiam: quia repellens vim vi non procedit ut Iudex, sed ut defendens se ipsum. Potest igitur quivis habens potestatem ferendi censuras eas uti in causa propria, ut violentiam sibi factam repellat, seu per modum defensionis.

Ubi primo notes cum Diana p. 2. tract. 9. resolut. 92. cum Innocentio 4° cap. dilecto filio. de sent. excom. in 6. Hanc conditionem esse intelligendam de Praelato non potente ferre censuras in propria causa per modum iudicii, non per modum iustae defensionis in [illegible]; quia omnia iura vim vi repellere permittunt. Quo casu etiam si censura habeat rationem poenae, non eo ipso non infligitur ut vindicet delictum, sed ut praecaveat maius malum, quod iure impedire possumus."

Notes 2um cum eodem Diana ex Mercero et Abbate ad caput cum venissent. de Iudiciis. Licere uti potestate censurae in propria causa, etiam per modum iudicii, ubi causa est adeo manifesta, ut nec negari valeat, nec examinari oporteat. Notes 3um cum eodem Diana, et Mercero, quod etiam si nemo potest incidere in censuram a se ipso latam, potest in occasione censurae a se latae incidere in aliam censuram, quam alius tulerit. Ut si Ecclesiam Celebrando in Ecclesiam a se interdicta, fieret irregularis irregularitate lata a iure; et communicando cum eo quem ipse excommunicavit, incidit in excommunicationem minorem a iure latam.

4a Conditio prout applicatio censurae est

Invasorem

actus mali inter homines; ergo requirit voluntas expli-
cita per signa sensibilia; homines enim occulta non penetrant,
sed dumtaxat cognoscunt sensibilia ipsis nota. Obijcies:
ex defectu voluntatis dumtaxat invalida est Censurae ap-
plicatio; ergo posita voluntate etiam sine signis sensibili-
bus valida erit applicatio Censurae. Concedo antecedens, et nego
consequentiam; quia ad destruendam applicationem sufficit unus de-
fectus; ad applicationem vero introducendam requiruntur
omnes conditiones.

5a Conditio probatur: quia applicatio Censurae est actus
humanus; ergo requirit voluntatem liberam. Obijcies: Vi-
sio beatifica est actus humanus, et tamen non habet libertatem
quoad specificationem et exercitium; ergo non ex eo quod Censurae
applicatio sit actus humanus opus est, quod cum libertate fiat.
Per concesso antecedenti negando consequentiam, quia Censura est actus hu-
manus moralis, et propterea indiget libertate. Visio
autem beatifica est actus humanus physicus, aut metaphysi-
cus, et propterea non indiget libertate. Ita Avilesius cum
Medina.

6a Conditio probatur: quia si Iudex non advertat quid
agat non feret Censuram validam; quia non agit ut homo; imo re-
quirit quod advertat plena advertentia, alias sufficienti ad
mortale; quia alias ea pronuntiatio Censurae non erit simplici-
ter humana, et si non ferat Censuras intendens eas infligere
non fert illas validas: quia intentio est, quae dat valorem acti-
bus humanis ex cap. cum voluntate de sent. excom. Et
praeter dictam advertentiam, et intentionem requirit etiam
expressio exterior dictae intentionis verbis, aut scriptis, aut
nutibus ~~facta~~ facta; alias non erit sensibilis, et humana ut
dictum est in 4a condit.: nec sine talibus ~~et~~ signis sensi-
bilibus sufficienter exprimetur latio Censurae huius aut illius.
haec omnia docent P. G. Hurtado disput. 6. no 23.
et alii.

1a Conditio patet ex Clementina unica de foro Competenti: quia iurisdictio contentiosa, qualis est adferendas Censuras, exercetur pro tribunali; in quo nequit quis extra suum territorium sedere. Unde Episcopus existens extra suum territorium non potest valide ferre Censuras adhuc in suos subditos. Et confirmatur ex cap. Novit de sent. excom. Ubi Pontifex salvat Censuram latam a Legato contra regem Galliae; quod nondum fuerat extra suae Legationis egressus; ergo si ~~ess~~ esset egressus non valeret Censura. Nec enim Clementina concedit Episcopis ut expulsi a suo Episcopatu, ut in loco ei viciniori suam iurisdictionem exerceant, petita (quamvis non obtenta) licentia ab Episcopo loci. Ut notat idem Hurtado n° 29.

Rogabis: An saltem, quando res est adeo manifesta, ut non requirat cognitionem causae, possit licite ac valide Episcopus existens extra suam Dioecesim excommunicare suum subditum? Negat P. Ioannes praepositus apud Dianam parte 9a tract. 9. resolut. 39. probat 1°: quia iurisdictio contentiosa, qualis est adferendas Censuras, clauditur territorio: unde Episcopus eam in casu dicto non habet tribunal, sed est veluti quidam privatus, postquam Dioecesim suam est egressus. probat 2°: ex cap. Novit de officio Legati, verbo extra. Ubi Pontifex non aliter salvat Censuram interdicti a Legato contra regem Franciae latam, quam ex eo quod nondum fuerat extra suae Legationis egressus; quod si tum esset extra ~~[illegible]~~ illos, Censura illa fuisset nulla.

Affirmant vero, et verius, P. Avila, Navarrus, Silvester, Bizozerus, Petrus Comezo quos citat et sequitur Diana ibi. Probant: quia

licet Episcopus existens extra proprium terri-
torium non possit subditos suos excomunicare, quia iurisdictio
contentiosa, qualis est iurisdictio ad excomunicandum,
non potest exerceri in alieno territorio; quando vero
crimen est adeo clarum, et publicum, ut non requirat
cognitionem causae, cessat ratio prohibitionis, proindeque
potest Episcopus sua potestate uti, sicut si esset in
proprio territorio. Quod intellige, modo moni-
tiones praemittat. Et pro hac parte referri potest P.
Hurtado proxime adductus.

Ad 1um fundamentum oppositae sententiae
respondeo iurisdictionem contentiosam non claudi territorio,
quando crimen est adeo manifestum, et monitiones
praemittuntur. Ad secundum dico, in nostro casu non fuisse
adeo clarum causam, ut non requireret cognitionem
illius; atque proinde Papam, ad asserendum valo-
rem censurae, eo recurrisse, quod legatus non dum fuisset
egressus extra suae legationis.

4. conditionem toto cap. 2. exponemus.

Cap. 2um. de libertate requisita inferente censuram, ad maiorem explicationem conditionis 4ae.

Suppono 1o. libertatem esse duplicem; unam quae non
habet admixtum involuntarium, alteram habet admix-
tum involuntarium per metum cadentem in cons-
tantem virum. propterea, cum diximus in 4a
conditione, ferentem censuras debere eas ferre vo-
luntate libera, quaerit utrum haec conditio sit in-
telligenda de voluntate libera 1o modo, id est non
habente admixtum involuntarium; vel de voluntate libera

ro suo, id est, hinc quidem admixtum involuntarium.

Suppono 2o, esse discrimen inter vim et metum: nam vis est impetus extrinseci agentis, cui resisti non potest; metus autem est trepidatio animi de imminenti periculo. Utrumque metus aliquando cadit in constantem virum, ut quando est de periculo, de quo trepidant viri constantes; ut est metus mortis: aliquando non cadit in virum constantem, ut quando est de periculo, de quo non trepidant viri constantes, ut est metus de exigua amissione pecuniae.

Suppono 3o; vim inferri non posse actui elicito, sive actui interiori, sive intellectus, sive voluntatis, licet possit inferri actui imperato extrinseco. Itaque nulli potest inferri vis, ut velit ex animo ambulare v.g.; inferri vero potest, ut exterius se ambulet; et cum exterius significet se velle ambulare, licet revera interius non habeat voluntatem ambulandi sed ambulationem coactus (id est contra propriam voluntatem) exerceat.

Suppono 4o, quod metus cadens in virum constantem non tollit voluntarium, licet habeat admixtum involuntarium. Ita Aris. 3o Ethicorum cap. 1. et S. Tho. 1a 2ae q. 6. art 6. Sed vis, seu violentia tollit omnino voluntarium; nam violentia fit a principio extrinseco, at voluntarium fit a principio intrinseco. Non igitur quaerimus in praesenti, an censura applicata per vim sit invalida; patet enim esse invalidam; cum nil voluntarii tunc remaneat: sed quaerimus, an valeat applicata per metum cadentem in virum constantem; constat enim cadentem in virum non constantem non sufficere ad invalidandas censuras.

Suppono q. aliud esse applicationem Censurae, quae est privatio quorundam bonorum spiritualium; aliud esse absolutionem Censurae, quae est restitutio bonorum spiritualium, quibus Censura privat. Non quaerimus, an absolutio Censurae facta per metum cadentem in constantem virum sit invalida; constat enim esse invalidam, per cap. unicum de iis, quae vi, metuve causa fiunt in 6°. Sed quaerimus, an applicatio Censurae facta per metum cadentem in virum constantem sit invalida. Neque etiam quaerimus an huiusmodi applicatio possit invalidari ab Ecclesia cum huiusmodi metus; sed directe inquirimus, an sine declaratione sit ipso facto invalida.

Prima sententia docet applicationem Censurae esse in huiusmodi casu invaliditatem ipso iure. Ita Sairus Tomo. 1. lib. 1. cap. 26. n° 9. probatur 1°. quia pari passu ambulant absolutio, et ligamen; ut dicit textus in cap. Verbum: de poeni. distinctione 1a. sed absolutio facta per metum est invalida; ergo etiam invalidum ligamen. Probatur 2°: quia odia sunt restringenda, et favores ampliandi cap. odia de regulis iuris in 6°. sed absolutio, quae est favorabilis, est invalida propter metum; ergo a fortiori ligamen propter metum, quod est odiosum, erit invalidum. Probatur 3°. quia dolus dans causam actui annullat actum; ~~lege~~ l. 1. § eleganter, in principio ff. de dolo; sed huiusmodi metus infert dolum; ergo annullat ligamen.

Secunda sententia docet applicationem Censurae in dicto casu esse ~~in~~validam [illegible]. Ita Glossa, Egidius Coninch. et communiter doctores, quos referunt et sequuntur P. Hurtado hic difficultate 6. n° 24. et [illegible]

q.e 2. art. 9. Et si ~~ex~~ iniuria Typografi abiit Titulus
articuli. Probant 1o. qa coacta voluntas, voluntas est,
Lege Similiter §. Si metu l. Vlegundo ff. qd metus
causa. Probant. 2: qa inclusio unius est exclusio al-
terius, l. Cum Praetor. ff. de Iudi. Sed in nulli-
tate n' connumerat applicatio Censurae, neq. in dicto
unico, neq. in iuribus citatis ab Azorio lib. 2 Institution.
moralium Cap. 22. Sed solum in nullitate includit seu con-
numerat absolutio Censurae facta per metum; ergo applicatio
Censurae facta per metum excludit a nullitate. Prob. 3. qa
actio facta ob Deum propter metum huiusmodi est peccamino-
sa, Cap. Unic. de iis, quae vi, metusve causa fiunt; qa actio
est humana moralis, quae sufficit ad validitatem Censurae.
Probant 4o: qa Censura sic lata nullo iure ir-
ritatur, et in iis n' iure naturali; qa quamvis eo metu
~~filia~~ fiat est simpliciter voluntaria. deinde n' iure
aliquo positivo; qa nullum est quo irritet, etiam si
absolutio a Censura, quamvis favorabilis ipsi absol-
vendo irritet in dicto Cap. Unico de iis, quae vi me-
tusve causa fiunt, in 6o: qa ad hanc irritandam
fuit maior ratio, quam ad irritandam lationem Censu-
rae; qa frequentius crebrius contingit absolutionem fieri me-
tu, quam lationem Censurae; praesertim qd nulli-
tas absolutionis metu ~~extorta~~ est favor potestatis
Ecclesiasticae, quae maxime infirmaretur si absolu-
tio sic extorta maneat valida, n' vero si latio Censu-
rae alias iusta; et magis prospiciendum est favori
potestatis Ecclesiasticae, quam delinquentis indigni fa-
vore; His praemissis circa placita Doctorum,
1a Conclusio sit: de iure naturae, neq.
Censura, neq. absolutio Censurae, neq. alter actus,
factus ob metum cadentem in virum constantem, est
invalidus. Prob. in iis Conclusio ex quatuor rationibus
factis pro 2a sententia cui absolute ut veriori assentior.
Prob. 9o: qa Summus Pontifex in dicto Cap. Unico

evacuat absolutionem datam per talem huiusmodi metum; quae iure naturae non erat evacuata; alias summus Pontifex declarasset tantum esse de iure naturae nullam. Prob. 6.: quia facta per dictum metum sunt simpliciter voluntaria, cum tamen omnes circumstantiae in actu sint voluntaria.

Prob. 7.: quia vel actus fit cum voluntate, et tunc voluntati internae non potest inferri metus, et tunc validus est; vel fit sine voluntate, et tunc actus est invalidus ex defectu voluntatis. — Obiicies: Potest indirecte inferri metus voluntati, ut si quis dicat, nisi applices de voluntate applicare censuram, ego te interficiam. Resp. quod nec in casu dicto infertur metus voluntati; quia applicationem physicologice potest iudex vere sine mendacio se ferre voluntatem, sub intelligendo internam, si id licite fieri potest.

Secunda Conclusio: de iure positivo invalida est absolutio censurae data per metum cadentem in constantem virum. Prob.: quia summus Pontifex in dicto cap. unico evacuat sive annullat eiusmodi absolutionem.

3a Conclusio: de iure positivo non fuit evacuata applicatio censurae facta per metum cadentem in virum constantem. Prob. ex 2a ratione 2ae sententiae cui ut veriori subscribo: et simul ex ratione sententiae patet ratio disparitatis, cur absolutio censurae metu gravi extorta, iure positivo sit invalida, et non latio, sive applicatio censurae metu gravi extorta non sit invalida ex iure positivo.

Ad 1um fundamentum 1ae opinionis resp., adesse paritatem inter ligamen et absolutionem quoad potestatem, sed adesse etiam duplex discrimen internum. 1um: quia absolutio facta per

medium tollit gladium Ecclesiasticum; applicatio autem Censurae facta per medium non tollit huius modi gladium, et ideo applicatur valide, non vero absolutio: quia maxime prospiciendum favori potestatis Ecclesiasticae. Dum dicimus: quod absolvendus potest, et solet, inferre metum, ut absolvat; sed censura ligandus non infert metum (nisi insipiens, aut delirus sit) ut ipse censura liget. ad

Ad 2um vero nego ligamen censurae esse omnino odiosum; est enim favor Ecclesiae, cum sit eius gladius, et favor ligati, cum eius medicina. — ad 3um vero, quod in dolo non adest consensus decepti, cum dolus est occultus; secus cum est manifestus, nam consentire videtur, qui manifeste se decipere permittit. In metu adest consensus eius, cui fuit illatus metus; ut vidimus in 1a conclusione, etsi metus manifeste infertur; unde sicut tali metu censuram quis fert, seu applicat, consentit in lationem, seu applicationem Censurae, ac proinde eam fert valide. Cap. 4. de rectitudine Censurae; pro maiori explicatione 3ae conditionis.

Suppono 1o duplicem esse rectitudinem: unam moralem, quae dici potest iustitia generalis, et collectio omnium virtutum; Xa. S. Chrysost. homilia 12a in Matthaeum. Ratio est: quia illa est iustitia generalis, quae plene conformat nos legi regulae; sed collectio omnium virtutum plene conformat nos legi regulae; ergo est iustitia generalis. Altera est rectitudo iustitiae specialis. Et haec est virtus per quam reddit unicuique quod suum est, lege. 1a. de Iust. Altera:

sicut in. Iustitia generalis respicit omnes virtutes, quae specialis respicit tantum virtutem reddendi unicuique quod suum est. Atque cum haec reditio possit impediri per timorem imminentis paupertatis, iustitia specialis auxilio fortitudinis temperat hunc timorem.

Suppono 2º: Hanc particularem iustitiam esse triplicem legalem, commutativam, et distributivam. Legalis est virtus perquam cives servant sancita per legem reipublicae. Distributiva est virtus perquam servat aequitas inter proportionem demeriti, et proportionem poenae; l. inter proportionem meriti, et proportionem praemii. Ita ut si meritum unius excedat meritum alterius in duplo, etiam praemium unius debeat excedere praemium alterius in duplo. Commutativa est virtus perquam servat aequalitas inter res, et res civium. Probatur sufficientia divisionis: quia in qualibet republica sunt tres habitudines. La totius reipublicae ad singulos cives, et tum hanc constituit iustitia distributiva, perquam distribuuntur dignitates civibus. Secunda est habitudo civium ad totam rempublicam, et tum hanc constituit iustitia legalis, perquam cives servant reipublicae leges. Tertia est habitudo inter cives; et tum hanc constituit iustitia commutativa, quae ponit aequalitatem inter debitum, et creditum, inter cives.

Nota tamen aliquando posse simul laedi duas iustitias. Ut si quando illi inter quos est facienda distributio, sunt illi qui in beneficiorum concursu sunt magis idonei, qui vigore constitutionis Pii Quinti trigesimae 2ae, possunt in iudicio petere beneficium sibi esse conferendum: nunc si non servet aequalitas inter proportionem praemii

sedit Iustitia distributiva et commutativa; commutativa quidem ratione iuris ad rem, distributiva vero ratione meriti. Unde aliqui dicunt, quod Canonicos eligentes Canonicatum minus digno, cum ipsum minus dignum videlicet eligendum, teneri ad restitutionem faciendam magis digno [illegible] non electo. In titulo igitur verbum rectitudo seu Iustitia, stat pro rectitudine et Iustitia morali, legali, commutativa, et distributiva. Itaque

1a Conclusio sit: ad rectitudinem seu Iustitiam moralem Censurae requiritur 1o ut illam applicans non moveatur ex pravo affectu. Cap. Iudicet. 3. q. 7. requiritur 2o, quod eo tempore non sit excommunicatus, vel suspensus ab officio etiam secrete, quoniam tunc praecipit ne iurisdictione utatur. Cap. Audivimus. 24. q. 1. requiritur 3o: ut non transgrediatur aliam virtutem; quoniam ad rectitudinem moralem non solum requiritur affectus Iustitiae, et obedientiae, verum etiam cuiuslibet alium virtutum, alias peccat applicans censuram Ecclesiasticam.

Secunda Conclusio: ad hoc ut censura habeat rectitudinem legalem, oportet ut illam applicans ferat in scriptis et causae rationem reddat, tradatque illius exemplar parti petenti; Cap. 1. de Sent. excommunicationis in 6. Probatur: quia rectitudo legalis est observantia legis; sed lex Ecclesiastica seu Canonica praecipit ea omnia servare in latione censurae; ergo etiam itaque ad formam censurae, sive ad rectitudinem legalem illius spectat, ut feratur in scriptis et non solo verbo, cum expressione causae. Et aliter facientes peccant mortaliter et incidunt suspensionem a divinis, et ab ingressu Ecclesiae per mensem: ut Card. Angelo, Navarro, et P. Avila, docet Diana 3. p. 9. tract. 9. resolut. 73.

Rogabis: an etiam praelati regulares mendicantes

dicentes teneantur ex legali rectitudine ferre censuras in scriptis? La opinio negat: ita Bonacina, Suarez, et Henriquez apud Dianam ibi. Probant: q[ui]a durum videtur ipsis servare hunc ordinem, cum ipsa censuras ferre debeant. Non placet tamen, q[ui]a ligneus, lapideus, imo ferreus est. Ut mihi videtur, nimis apparet durum scribere; quia adhuc videtur nimis censurarum penas in alios irritere. 2a opinio affirmat: q[ui]a textus cap. cum medicinalis de sent. excom. in 6. absolute loquitur; neque adest ratio sufficiens propter quam excipiendi sint Religiosi, etiam mendicantes, qui non debent temere, et ex levi ac impremeditata causa gravibus censuris subditos ligare.

3a verior, ac media sententia, supponit Leonem decimum concessisse Prelatis fratrum Minorum privilegium, ut scilicet, quando in capitulo excommunicarent subditum, non tenerent scriptis id prestare, sed sufficeret verbum: quo privilegio potiuntur reliqui ordines mendicantes, ex mendicantium privilegiis fruendis. Hoc supposito, 3a haec sententia defendit, adhuc standis privilegiis, non posse Prelatos Regulares ferre censuras sine scripto, quando illas ferunt per modum statuti, seu ordinationis, ad omnem religionem Provinciam, seu monasterium per totum novi Guardiani sive superioris trienium: posse vero, quando censuras ferunt per modum sententiae particularis contra aliquem. Ita Bordet, Rodriguez, Villalobos, quibus Diana ipse ibi assentit. Probatur: q[ui]a privilegium Leonis decimi apparet solum loqui casu quo censura ferat contra aliquem fratrem particularem: in reliquis vero casibus, standum est iuri generali, sive textui ex communi.

3a conclusio: adhoc ut censura habeat distributivam rectitudinem, oportet ut iudex publicus illam applicans servet aequalitatem inter proportionem demeriti et pene, in qua aequalitate consistit iustitia

distributiva: qa in eo sta servanda e iustitia distributiva; ita S. Tho. 2a 2ae q. 63. art. 4. ad 1um;
sed censura e ta qua privatr contumax bonis spiritualibus eiusd Ecclesiae. go in censura ratione servanda e a iudice publico rectitudo seu iustitia distributiva, ita ut censuram applicans servet aequalitatem inter proportionem de meriti, et pena.

fa 3o: ad rectitudinem iustitiae commutativae servandam in censura, opportet, ut illam applicans servet aequalitatem inter penam et delictum; ut decernit Deus in deuteronomio cap. 29. a no. 1. et praecipue no. 3. ubi habet, pro mensura peccati erit et plagarum modus. Et quidem ad hanc iustitiae commutativae aequalitatem petendam het ius, tum pars lesa, tum fiscus. Cap. 4um. Grave dubium, ortum ex doctrina capli praecedentis, decidit.

Dubitabit aliquis merito: an iniustitia censurae impediat incursionem illius? Conveniunt Doctores 1o; iniustitiam censurae provenientem ex defectu ordinis iuridici, et valorem requisiti, ut ex defectu monitionis iuridicae, impedire incursionem censurae. qa censuratio lata e nulla. Conveniunt 2o: iniustitiam censurae provenientem tantum ex defectu pronuntiationis censurae in scriptis, non impedire incursionem censurae; qa valde valida e, et si illicita, ut supponit in cap. 1. de sent. excomunicatis in 6. Conveniunt 3o: iniustitiam quae seu illicitudinem provenientem ex malo fine, aut pravo affectu iudicis, multo minus impedire censurae incursionem; qa etiam censura sic lata e

ē vere valida etsi sit peccaminosa.

Est 3ª difficultas: an iniustitia censurae proveniens tm̃ ex defectu causae, ut qdo vere n̄ ē culpa (nempe peccatum) ē tm̃ iuridice, & sufficient. probata impediat incursionem censurae: ita ut innocens per falsos testes ligatus censurâ possit cum bona conscientiâ ei n̄ obedire, seu n̄ servare censuram saltem in secreto, ubi n̄ adest scandalum. 1ª sñã afirmat obligare censuram sic illatam in utroq; foro, externo, et interno, ac proinde in conscientia, et quoad Deum, etiam in occulto. Ita Durandus, Corduba, et caet. canonistae, quos referunt P. G. Hurtado hic difficultate 26. Sairus, et Bonoquius apud P. Thesaurum p. 1. cap. 22. fine. Probant 1º. ex canone 2. q. 3. qui desumitur ex Sto Gregorio hom. 26. in Evangelia, dicente, Sñã Pastoris, sive iusta, sive iniusta, timenda ē. Prob. 2º. qa censura predicto mõ iniusta tantum ē iuridica, ten. [?] iuxta ordinem iuris; ergo vere ē valida, ac proinde ei obediendum etiam in occulto. Probant 3. qa in hoc casu ē predicta censura iniusta tm̃ iustitia distributiva et commutativa, ē tm̃ iusta iustitia morali, et legali; ergo illam tenet servare, etiam in secreto, qui eâ ligatus ē.

Secunda, et vera sñã absolute et simpliciter docet censuram dicto mõ iniustam esse validam pro foro externo; sed invalidam et nullam pro foro interno, ac proinde n̄ incurri in conscientia, nec quoad Deum obligare. Ita Soto, Conink, Navarrus, Suarez, P. Sanchez, Sairus, et theologi caeteri quos referunt et sequuntur P. Hurtado ubi supra nº 203. et P. Thesaurus etiam supra, et Bardellus sub finem q. 2ª. Prob. 1º: aut applicant censuram hēt voluntatem applicandi illam

quatenus est nocens; Et tunc cum sit innocens sequitur ligamen esse invalidum ex defectu voluntatis agentis; aut applicans vult applicare censuram etiam contra innocentem. Et tunc etiam est invalida ex defectu potestatis; cum n. censura sit per se loquendo pena, sequitur per se loquendo referri ad culpam; ergo ubi nulla adest culpa ibi nulla adest pena, et per consequens nulla adest censura.

Prob. 2o. nam censura non fertur valide, nisi ob contumaciam, seu inobedientiam veram ecclesie; quia tandem ad hanc reprimendam est instituta; ergo vere non incurritur nisi a vere contumaci, et inobedienti, idest a tali per falsos testes probato, sive et vere talis non est. Prob. 3o. quia tunc sententia censure fundatur in presumptione in casu particulari: ergo cum presumptio sit falsa, sententia illa est nulla, et in conscientia non obligat.

Conveniunt tamen inter auctores utriusque opinionis, ic. innocentem sic censuram patientem teneri coram eis, quibus sententia censure est nota, et innocentia ignota, se gerere ut censura innodatum, ratione scandali ne eis videatur censuram contemnere. Sed non tenetur ad id ratione obedientie: quia non obligat immediate ratione censure, cum hec non sit valida: nec ratione ullius prohibitionis a iudice superadditae ipsi censure: quia iudex nullam prohibitionem ponit, sed tantum fert censuram. Solum igitur tenetur ratione scandali vitandi. Nota tamen, quod quamvis ad id teneatur ratione scandali, imo licet admittamus teneri ratione obedientie, non fit irregularis celebrando: non solum quando in occulto celebrat, sed etiam quando in publico, et coram predictis. Ratio est: quia licet teneatur abstinere, non tamen ex

ri censura.

Ad 1um fundamentum opponit sa. reo: illum Canonem intelligendum esse de sa. iniusta valida, quae timenda est ob ipsam; et de iniusta nulla, quae timenda est ob scandalum: non tamen de iniusta nulla, absente scandalo, quae nulla roe timenda est. Ad 2um dico, qd quamvis sa. illa sit Iudicialis, qa non fundatur in praesumptione falsa in casu singulari, ideo vere est nulla, et non obligans. Ad 3um nego casum, si habeat scandalum: nam ex eo praecise qd talis censura sit contra iustitiam distributivam et commutativam; abest contumacia, inobedientia, et datur falsa praesumptio, et consequenter fit censuram esse nullam, et non obligare. Cap. 9. alterum dubium ex-ima de iudicio forensi, quod Cardiosco incidens movet, ac sedat.

Occasione decisionis superioris dubitatur, an iudex possit ex alegata et probata censuram ferre aut aliter punire grativ. ... morte nocentem, quem ipse ex privata scientia novit innocentem, et non possit absque scandalo processum in causa impedire? Sa. affirmative resp.

Prima sa. affirmative resp. cum S. Tho. Caietanus, Banez, Salonius, Aragon, Sotus, Valentia, alii Dominicani; item Sairus, P. Sprobersdorf, Covarrubias, et ex Societate Iesu Lessius, Turrianus, et Reginaldus, quos refert Diana p. 2e. tract. 4. resolut. 20. et P. G. Hurtado Tom. de iustitia et iure tract. de iudicio forensi disp. 1. difficultate 7. Pbo est: qa iudex in publicat

ut privata persona, sed ut publica, quo non potest sequi scientiam privatam notitiam sed tenetur publicam, seu iuridicam media informatione habitam sequi; quo non solum potest sed tenetur, probatum iuridice nocentem, quem certo scit innocentem, cum iure punire, et ad mortem condemnare.

2a sententia benignior id negat; quia si ex depositione officii (quod debet deponere Iudex si alia via non superest ad evitandam sententiam in innocentem) magnum damnum Iudici obveniret. Ita [illegible] Petrus Navarra, Malderus, Angelus, Adrianus, Bonacina, Nicolaus Lyranus, Panormitanus, Hostiensis, Caldarinus: et ex Iesuitis Lessius, Sa verbo Iudex, Laiman, Becanus, et Hurtado adducunt. Videatur Bonacina Tom. 2. disp. 10. q. 2. puncto 2. n. 2. et Lessius de Iustitia lib. 2. Cap. 29. dubit. 10.

3a sententia media inter duas praecedentes docet quod si ex depositione officii magnum aliquod incommodum Iudici esset obventurum posset is condemnare reum ex publica notitia talem repertum; non vero si grave damnum non timeat Iudex; quo casu ne innocentem damnet, debet officium deponere. Ita P. Filiucius et Diana adducunt; qui, et Hurtado, superiores afferunt auctores.

Prima Conclusio sit. Iudex in casu dicto tenetur omnes vias inire quibus absque scandalo possit innocentem liberare adhuc ordine iudiciario praetermisso; aut impediendo accusationem: aut monendo ut actor accusationem non prosequatur: aut litem protrahendo: aut per viros doctos persuadendo veritatem testibus, aut eos seorsim per intervalla diligenter examinando

super circumstantiis facti speciebus, partibus et
audientibus, ad deprehendendam variationem eorum;
ut ex variatione unius dicentis sub schino, alte-
rius sub ilice, deprehendit Daniel iniquam se-
num accusationem contra Susannam; aut denique
occulte aperiendo carcerem ut innocens impune
fugiat.

Item si Iudex sit inferior, et viderit pro-
futurum, remittat causam superiori; ut inducat
personam testis coram eo, quamvis a[illegible] id sit
narium exuere ad tempus personam iudicis.
Partibus autem praesentibus instantibus dicat iudex
inferior, se in ipsa causa difficultatem invenire
nec posse iudicare, sed eundum esse ad superiorem;
quem ipse secreto bene informet. Supremus vero
iudex ab eo iudice inferiore bene informa-
tus, dicat se ex causis sibi cognitis nolle illum
reum censuris, aut morti, aut mutilationi adiu-
dicare; reumque (si videbit expedire) suprema
sua auctoritate relaxet. Praeterea si videat
profuturum, iudex asserat se certo scire, quod reus
sit innocens, et quod testes falsum deponant. Di-
xi si videat profuturum, alioquin de teste ni-
hil dicat, ne difficultatem creet aliis nocitu-
ram, et reo nihil profuturam.

2a Dico pro 2a pa contra 1am et 2am.
Si iudex postquam omnes vias tentaverit ad
innocentem a morte liberandum nihil profecerit deponat
officium potius quam eum condemnet, etiam si a
principatu expellendus, omni re familiari privan-
dus, immo occidendus sit. Probatur resolutio:
quia per se et directe occidere innocentem est in-
trinsece malum, et minus quam occidere ad [illegible]
ut ob nullum finem, adhuc ob commune bonum, ob
liberandam suam civitatem ab exidio tyranni petentis

innocentem ut occidat, fieri possit, sicut nec accedere ad
non suam, sed condemnare innocentem ad mortem,
quamvis probatum iuridice nocentem, est per se et direc-
te occidere eum, qui vere est innocens. Ita ex eo quod iu-
ridice probatus sit nocens, non desinit esse innocens: ergo
id est ita intrinsece malum, ut ob nullum finem fieri
possit a iudice; sicut nec iudex potest sua sententia pre-
cipere aut cogere, ut quis accedat ad non suam, quam
certo cognoscit non esse illius, quamvis iuridice sit pro-
bata illius.

Ex dictis infra colliges. 1um. idem dicendum de
mutilatione alicuius principalis corporis membri v.g.
pedis, aut brachii, ob rationem dictam. Ita Lessius et
Bonacina, quos refert et sequitur P. Hurtado ubi
supra.

2um colliges, ob eandem rationem ministrum
iustitiae conscium innocentiae condemnati requirere talem
tam sequi, quamvis lata sit sententia allegata et probata, et
a iudice innocentiam condemnati: Probatur 1o:
quia sicut intrinsece malum est iubere occidi eum, quem
scis innocentem, ita malum est talem iussa sequi.
Probatur 2o: quia subditus si sciat certo bellum esse iniqu-
um non potest inservire, seu dare nomen militiae, et mi-
litare (quod est tam Principi contra hostes sequi) etiamsi
princeps iubeat; ergo similiter si minister iustitiae v.g.
carnifex sciat certo hunc v.g. Martirem inique dam-
natum, non potest tam sequi. Dixi si sciat certo. Nam si
non esset moraliter certus de iniustitia belli; et rei in-
nocentia, aut iniqua damnatione, tunc deberet credere
potius superiori quam sibi, ac proinde deberet potius militare
et occidere, quam a bello et occisione abstinere. Ita
Lessius. et P. Hurtado adducti.

3um colliges quid dicendum sit cum quando reus ab-
venerit, ut vitandum sit scandalum, eo quod populus
videat contra allegata et probata reum debere mori,

Et an Judicem velle stare allegatis et probatis?
Ibi non est tam difficultatem ex principiis generalibus de scan-
dalo esse desumendam: Et ratio est, quod si Judex nul-
lam inveniat viam ad suam excusandam, in tali casu
potest 2do sequi et potest probabili acquiescere, et vero in-
nocentem Juridice, vero nocentem probatum damnare.
Vel si adhuc 2a sententia adhaereat, putans adhuc sibi in con-
scientia non licere innocentem damnare; debent tamen Ju-
dex quam Ministri officia relinquere (quamvis ex depo-
sitione officiorum grave aliquod damnum sibi timerent) ad
vitandum scandalum, quod prudens conciperet videns
quod Judex suo officio non satisfaciebat, sententiam non ferens
iuxta allegata et probata, et quod Justitiae Minister sententiam
non exequeret, quam exequi debere ipse populus putaret.

Ad rationem quo primae adversariae opinionis
concedimus Judicem, ut personam publicam judicare et
semper teneri sequi notitiam publicam, quando ipsi non constat
eam esse contra veritatem; at quando ipsi constat,
non potest eam sequi, si sit circa materiam ita in-
trinsece malam, ut circa eam Respublica nec
habeat nec possit conferre auctoritatem, qualis est
directa occisio, et etiam mutilatio membri
innocentis, aut latio censurae, (quae res gravissi-
ma est) contra

Hic dispu[tari] poterat utrum in causis
civilibus, et in criminalibus levioribus Judex con-
scius veritatis possit contra eam ferre sententiam secun-
dum allegata et probata? Quod non est vero contra
rem nostram et ideo remittenda ad Patrem
Hurtado citatum difficultate 8a. ubi eam me-
rito affirmative resolvit. Et circa latiorem ali-
cuius poenae ecclesiasticae levioris, quam est censura, ob
paritatem affirmative etiam posset teneri. Hac-
tenus de causa efficiente, seu de ferente cen-
suras.

Sectio 3.ª

De causa formali Censuræ seu de modo ferendi illam

Post applicationem ā efficientis seu ferendi, et applicandi Censuram prærecta methodus petit applicationem eius causam formalem, seu modum quo debeat ferri, et applicari; quæ erit instantium disputationum materies. Disp. 9. V. tandem hominis quam iuris Censura applicanda sit certa forma præscripta? Cap. 1. duplex suppositum.

Disputatio. 9.

V. tandem hominis quam iuris censura applicanda sit certa forma præscripta. ?

Cap. 1.

Duplex suppositum.

Primum suppono discrimen duplex esse inter Censuram iuris et hominis. Primum: quia Censura iuris applicatur a conditore Canonis universaliter. Censura vero hominis applicatur a Iudice contra certas personas litigantes. 2um: Censura iuris perseverat, quousque ius non fuerit revocatum, quamvis conditor Canonis deperdiderit iurisdictionem, per cessionem vel decessum, vel aliter; hominis autem Censura non perseverat, nisi quousque perseverat

Iudicis Iurisdictio. Ita constat ex Iure. Vide Suarum Tom. 2. lib. 2. Cap. 4° n° 22.

Obiicies 1°: Utraque censura applicatur ab hoie, tam legislator, quam Iudex, hoes sunt, ergo male diuiditur censura in Iuris, et hois. Resp. ad antecedens, non considerari causam tam, sed causam immediatam; causa autem immediata censurae Iuris est lex; causa vero immediata censurae hois est Sententia: de roe autem legis est ut sit universalis cap. erit autem lex 4a distinct.: de roe autem Sententiae est quod proferatur contra litigantes Cap. forus. de Verborum sig.

Obiicies 2°: Idem Iudex, cum sit inanimatum non potest exequi censuram contra transgressores animatos; ergo non datur executio censurae Iuris. Resp. censurae executionem, si est latae sententiae, fieri ab ipsomet transgressore, ac proinde fieri ab animato non inanimato.

Instabis: quia non posset praecipi a Principe, ut idem exequatur poenam contra se ipsum; cum poena dicatur a patiendo; si autem executio a reo, idem esset patiens, et agens.

Resp. 1° Caietanus 2a 2ae q. 62. art. 3. duplicem esse poenam: unam, cuius executio consistit in actione; alteram, cuius executio consistit in negatione ut contingit in censura, quae est poena privativa. Et quidem concedit argumentum (si adeo placet) Caietanus Principem non posse iubere reo, ut ipse exequatur poenam actionis contra se ipsum, bene tamen poenam privationis. Haec Caietani ratio, sive argutia tanta quanta est non solvit argumentum: quia non potest imponi poena, ut quis non comedat cibum praeparatum, quo vitae fame pereat; cum sit magis, quam abscindere sibi bracchium: et tamen in poena non commestionis fit executio negativa.

Resp. 2° Sotus lib. 2. de Iustitia et Iure q. 6. art. 6 ad 2. duplicem item esse poenam: unam,

quae privat transgressorem bonis propriis transgresso-
ris; alteram, quae privat transgressorem bonis pro-
priis punientis, ut contingit in censura, quae pri-
vat bonis spiritualibus, quae sunt propria Ecclesiae
punientis. Concludit igit. sonus Principem non pos-
se iubere reo, ut hic exequatur contra se primam
poenam privantem bonis propriis puniti, bene in
poenam privantem bonis punientis. Sed nec hoc
modo solvit argumentum; nam non solum censura privat
spiritualibus propriis punientis, sed etiam tempora-
libus, quae sunt propria puniti, ut e. communicatio civi-
lis et forensis.

Reo igit. [illegible], et melius, cum P. Suarez
tom. 5. disp. 4. sect. 1. n.o 10. concedendo argumentum
sive instantiam in poena gravissima, a qua abhor-
ret natura; et ideo Princeps nequit praecipere sub-
dito, ut ipse illam contra se ipsum exequatur, ne-
gando vero in poena non adeo gravi, scilicet a qua (licet
alias gravissima sit) non abhorret natura, qualis est poena
medicinalis, imposita tum a Confessario, tum ab
Ecclesia per censuras.

Tum suppono praescriptam formam tam in
censura applicata a Legislatore, tum a Iudice, de-
bere esse sensibilem. Primo: quia omnes formae Eccle-
siae sunt sensibiles; id est, aliquo sensu perceptibiles, ut
inductive patet. Secundo: quia forma clavis iurisdic-
tionis, scilicet est a iure scilicet ab homine: si ab homine
oportet ut sit per scripturam, Cap. 1. de sent.
excom. in 6.o Scriptura autem sensibilis est: si a
iure, cum de eius ratione sit, ut sit lex universalis,
dicto Cap. erit autem lex 4.o dicit, et lex a
legendo dicatur, quia per communi scriptura requiratur, notante
S. Tho. 1.a 2.ae q. 90. art. 4. ad 3.um; sequitur, formam
iuris esse sensibilem.

3°: quia idem P.us in clave ordinis; nam in Concilio Trident. sess. 14. cap. 3. de partibus poenitentiae, ponuntur verba, quae sunt sensibilia pro absolutionis forma. Prob. 4°: quia censura e[st] specialis Ecclesiae ex Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3. in prin. quod debet esse sensibili cum forma, sicut sensibilis e[st] Ecclesia. — Non quaerimus igitur, an forma censurae sit aut debeat esse sensibilis; hoc n. certum e[st]. Sed quaerimus, an forma unica censurae consistat, f. in scriptura, f. in verbis tantum, ita ut per nutus v[erbi] nudi, et in valentis scribere non possit applicari censura. Cap. 2. aliorum sententias, cum suis fundamentis, refero.

Prima sententia docet non posse applicari censuram per nutus. Ita Suarez tomo 2. lib. 1. cap. 4. n°. 1. Prob. 1°: quia de essentia formae censurae tum iuris, tum hominis, e[st] scriptura v[el] verba; ergo non sufficiunt caetera signa. Prob. 1° ant., quoad scripturam circa censuram iuris; quoniam de essentia iuris e[st] scriptura, dicente Arist. in libro rhetor. ad Alexandrum cap. 1. Ius e[st] civitatis consensus in scriptis redactus. Deinde ius e[st] lex; sed haec dicitur a legendo, ac proinde dicit scripturam; ergo etc. Prob. idem ant. 2°, quoad scripturam circa censuram hominis; quia graviter punitur homo ferens censuram sine scriptura cap. 1. de sent. excom. in 6°.

Prob. 3° idem ant., quoad verba, tum in censura iuris, tum hominis: applicatio censurae e[st] applicatio poenae; ergo e[st] applicatio adiosa; ergo oportet ut sit certa, et expressa cap. odia. de regulis iuris in 6°; sed praeter verba, vel scripturam

Oia alia signa sunt ambigua et incerta; ergo nutus sunt signa ambigua, et incerta; ac proinde insufficientes, ut per ipsos applicetur censura.

Prob. 2o: eadem ratione, quia factum non sufficit sive ad applicandam, nec ad tollendam censuram, sed nutus reducuntur ad facta; ergo non sufficiunt ad applicandam censuram. Maior prob. ex praxi; iuxta quam non censetur Summus Pontifex excommunicare aliquem, ex hoc, quod non vult communicare cum illo: Ita Innocentius in cap. cum olim, in v. no. 4o. de privilegiis. Sicut e contra, non ex eo quod Papa communicat cum excommunicato, censetur illum absolvere Clem. fin. de sent. excom. Et non factum declarat mentem faciendi, Lege Paulus. ff. rem rat. hab. ergo in censura requiruntur scripta vel verba, et non sufficiunt nutus, aut aliae imperfectae significationes, seu facta imperfecta.

Secunda, et verior sententia docet de essentia formae censurae tam iuris, quam hominis, non esse verba, nec scripturam, sed sufficere nutus. Ita Suarez. lib. 1. in 3am p. disp. 3. sect. 2. no. 3. et Bonacina hic. q. 3. art. 1. Prob. 1o: quia in forma Sacramenti Matrimonii, in quo requiritur summa expressio, summa certitudo non est necessarium verborum, nec scriptum desiderat; sed in signum sensibile certe et expresse declarans mutuum consensum, quamvis fiat per nutus; ergo hi sufficient etiam ad valorem applicationis censurae, sicut sufficiunt ad valorem Matrimonii.

Prob. 2o: quoniam in iure divino Matthei 19. praescindit a scriptura. 1. a verbis dum dicitur quodcumque ligaveris super terram etc. et iure positivo non est de essentia formae iuris scriptura; cum iuris definitio abstrahat ab scripta et non scripta iuris secundum Gramm. Alexandrinum lib. 1. Priorum sub fine,

recta ratio iubens ea, quae facienda sunt, et contra prohibens, quae minime facienda sunt. Et ita tenent Patres, Cicero, Iuris Consulti, Theologi communiter, et alii apud Vazquez ibi. An autem de essentia iuris requiratur promulgatio, ubi, et quando sit promulgandum ius, quando incipiat obligare, an sit a republica acceptandum, et quando censeatur acceptum: videatur Valentia to. 2o. disp. 7. de Lege humana q. 9. puncto. 9.

Probatur 3o. eadem opinio quoad verba in utraque censura tam hominis, quam iuris: quia quamvis in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 3. de partibus poenitentiae, sit decisum esse de essentia formae absolutionis a peccatis haec verba, ego te absolvo etc., in nulla tamen parte iuris positivi est decisum, in forma censurae esse necessaria verba; quia haec scriptura non sunt sufficientia. Capite 3. sam... 2am quinque conclusiones defendo. quarum duas propono; et 2ae opinionis fundamenta everto.

Prima conclusio: non est necessarium de ratione verbum, nec de ratione scriptum, nec de ratione nutus, in forma censurae iuris vel hominis; sed sufficit quodvis signum. Probatur ex fundamentis 2ae opinionis, maxime ex primo, quae cap. superiori diximus.

Ad 1um fundamentum oppositae opinionis respondetur negando antecedens. Ad cuius probationem non valde tamen assero, ideo dici legem a legendo, et tamen esse —

consensum reipublicae in scriptis redactum, quod id solet fieri, non inde ex hoc sequitur id esse de essentia. Ad 2um probationem nego, quod quando scripta praetermissa est sine culpa, tunc non punitur iudex; Glossa in verbo temerarius, communiter recepta in cap. 2. de sent. excom. in 6o: quando vero ex culpa praetermissa est scriptura, utique punitur iudex; non tamen inde licet inferre rem fecisse irritam, sed prohibitam, et dignam poena. Ad 3am probationem nego praeter verba, et scripturam omnia alia signa esse ambigua et incerta; nam saepissime nutus aeque rem exprimunt, atque voces, et scripturae.

Ad 2um fundamentum dico maiorem factum ambiguum, sive actio non satis declarans mentem facientis, non sufficit ad applicandam censuram etc. concedo maiorem: factum cum certo declarans, non sufficit etc., nego maiorem. Falsum ergo universale est, quod factum non sufficiat ad censuram valide ferendam. Fateor equidem, quod factum ambiguum et incertum ad id non sufficiat; poterat enim summus Pontifex antiquata quadam communicare cum illo hoc est excommunicato non tolerato; sed si esset signum expressum, et certum, ut si ad alterius interrogationem, an velit aliquem excommunicare, capite annueret et manibus exprimeret excommunicationem in valvis ecclesiae affigendam, et in scriptis redigendam, valida esset censura, quamvis non valeret illam subscribere, neque verbum exprimere propter infirmitatem. Itaque illa regula, factum declarat mentem facientis, non est vera de facto ambiguo, sed de facto certo orto ex tali mente.

Dico 10o: de essentia formae censurae non sunt praescripta determinata verba, sed sufficiunt quaelibet declarativa censurae non continentia repugnantiam. Probatur indeterminate

conclusio trimembris est; Et 2a pars, scilicet debere esse formam censurae non esse praescripta determinata verba, ostenditur quia in iure non sunt varia verba, ut diximus; ergo nec sunt varia determinata verba.

Secunda pars suadetur: quia formam repugnantem ut excommunico, non excommunico, et formam quae non nisi ab amente proferri potest; amens nullum actum moralem valet efficere; ergo nec valide applicare censuram continentem similem repugnantiam. Et propter eandem rationem essent duae formae invalidae, si quis diceret excommunico, absolvo, quoniam ut inquit Glossa in cap. si quis. in verbo. Cogi. 11a q. 3. amentis est proferre actum sine utilitate; sed sine utilitate est excommunicatio, quam immediate sequitur absolutio; ergo etc.

Probatur 3a conclusionis pars scilicet ad essentiam censurae sufficere quaelibet verba declarativa censurae non continentia repugnantiam. Probatur 4a quam, 3a haec conclusionis pars: quia forma censurae debet esse determinata quoad speciem infimam, forma enim censurae efficit quod significat; quod enim est ligatum in terra, est ligatum in caelo; sed efficit effectum in genere, sed in individuum effectum constitutum in specie infima; ergo verba debent esse determinata quoad individuum effectum constitutum in specie infima; ergo debent non habere indeterminationem.

Dices 1o non obstare, quod verba habeant indeterminationem individui, quia possunt verba determinari ex intentione tantum proferentis. Sed non sufficere determinationem ex sola intentione proferentis, quia intentio sine signis sensibilibus neque physice, neque morali in alium operatur.

Dices 2o, si quis dicat excommunico talem sine expressione excommunicationis maioris, vel minoris, valida est forma censurae, cap. si quem de sent. excom. Et incurrit excommunicatio maior, etiam si non deberet, et

exprimat; ergo etiam si verba sonent indeterminationem, poterit in forma censuræ esse valida.

Respondeo concedendo quidem antecedens, scilicet excommunicationem non expressam de maiori, vel minori, intelligendam esse de maiori; negando vero consequentiam. Disparitas est: quia excommunicatio per antonomasiam pro famosiori, scilicet excommunicatione maiori; at censura non stat absolute, et per antonomasiam pro aliqua determinate: ac proinde si quis dicat excommunico, utique applicat excommunicationem maiorem; si vero dicat applico censuram, tali indeterminate nihil efficit, et nullam censuram de facto applicat.

Reddunt alii cum Sairo lib. 1. cap. 4. n.° 29. aliam disparitatem: scilicet, quod excommunicatio est nomen analogum ad maiorem, et minorem, sicut ens, utique, ad substantiam, et accidens; analogum autem intelligitur de 1.° analogato; et propterea, concludunt excommunicatio intelligitur de maiori. Non tamen sic est de, si quis dicat applico censuram; quia censura, utique, univoce prædicatur de singulis ipsius speciebus. Hæ disparitates vix in alio differunt, nisi quod 1.a rhetoricam, 2.a dialecticam sapiat, et in stilum, ea 2.a, qua non analogum dicit.

Cap. 7.

Alias tres conclusiones statuit.

Dico 1.°: forma censuræ data sub disjunctione alternativa, sive est sub disjunctione, inter duas censuræ species, ut si dicat, aut suspendo aut excommunico; vel præcipio hoc sub pœna excommunicationis vel suspensionis, est valida. Glossa in cap. Latori in verbo ab officio in fine de clerico excommunicato ministrante. Ita etiam Suarez illius hic q. 3. art. 2. n.° 8. Item Alterius Suarez, Turrianus, Cornexo, quos

refert et sequitur Diana p. 5. tract. 9. resolu. 63. contra Navarrum, Sairum, Henriquez, Augustinum, Barbosa et Gorbonum.

Prob. 2a pars 2a; quoniam affirmativa posita inter duas species privativas equipolet copulativae cum quidam quoditate de verb. sig. sed species censurae sunt privativa, ergo idem est ubi ea affirmativa, ac si diceret excommunico et suspendo. Ma. patet tum ex iure adducto, tum etiam quia evidens est ita contingere in prolatione negativa, dum sic dico, nemo legat aut scribat tali tempore; tum demum quia disiunctiva potest aliquando verificari pro omni utriusque parte, ut ipsa Petrus currit vel dixit; quod disiunctiva, dum alius in contractu dat intendens ferendis censuram, validaretur, et quoad utramque partem ligari.

Prop. 2a. Si ac aut applicans censuram declaravit se intellexisse alternativam pro copulativa, ita habet eventum, aut se intellexisse alternativam distributive, ut loquuntur canonistae. 1. ut loquuntur summulistae, declaravit se intellexisse alternativam pro disiunctiva, et tunc electio erit rei, 1. explicite cap. a crapula de vita et honestate clericorum, aut implicite contra veniendo in unam speciem implicite eligit alteram.

Prima electio rei, quia requiritur quod iudex determinate intendat speciem censurae, tamquam quod relinquat eam arbitrio ipsius rei, ut eligat quam maluerit. Et ex simili probatur: 1o quia satisfactio in foro conscientiae sacramentali sub forma disiunctiva arbitrio paenitentis relicta, est valida. Ut si quis confessarius imponat satisfactionem paenitenti hoc modo; 1. tali die ieiuna 1. fac talem eleemosynam: 2o quia in concessione indulgentiae

si Papa dicat, cum tibi concedo si nisi die ieiunaveris, aut Eleemosinam feceris. quod etiam in casu dicto erit valida censura sub disiunctione prolata, ex arbitrio rei relicto alterutrius electio:.

Debet autem reus electionem facere. l. si eam non fecerit, non tenebitur altera, quia non est maior ratio cur teneatur potius hac censura, quam alia; quia debet uterque (?) utraque censurae ex intentione illam ferentis: sed non ex ordo iudicii sic reddatur indefinitum (?). Ubi nota, superiorem hoc modo censuras ferentem, graviter peccare. Tum quia id non est in usu Ecclesiae; Tum etiam quia cum de ordine poena sit, quod in voluntarie incurrat, censura incurrenda arbitrio rei quod ammodo est contra formam quam iudices servare debent in poenis imponendis. Ita latio censurae sub praedicta, est illicita; quia est contra rationabilem impositionem poenae, quod relinquatur arbitrio rei: Valida tamen est, sicut valet poenitentia sacramentalis imposita sub disiunctione.

De suspensione lata disiunctive ut quis suspendatur ab officio, vel beneficio, docent esse invalidam formam Henriquez, [illegible] zozeras, et Bella apud Dianam parte 9. tract. resolutione ... Melius afirmat Glossa, Reginaldus, Gaspar Hurt. et Diana ibi. Probo est 1a; quia sine fundamento negat iudicem habere authoritatem ad sic ferendam talem poenam, ut obliget reum ad eligendum quam maluerit. 2a. quia sicut qui condemnatur ut exulet, vel ut solvat certam quantitatem pecuniae, obligatur unum aut alterum eligere. Ita in praesenti obligabitur reus abstinere ab officio, vel beneficio.

Rogabis: Quid sit dicendum si superior ferens censuram, nullam proprie declararet, dicens, praecipio

hoc sub pena excomicat. l. suspensionis; neq; eam determinatam relinqueret arbitrio rei; nec intelligere possimus, an ea locutione voluerit alternativam, aut copulativam. Reo qualicumq; n. esse maiorem rom unius, quam alterius; et cum dici nequeat neutram censuram valere, dn. q. utramq; ligare, ob superiorem iuris rnem, sequitur disiunctivam inter duas species privativas aequivalere copulativae.

Dices 1a. 2a. probationem dem: Reus n. potest eligere unam potius quam alteram; q. alternativa nunquam potest intelligi pro disiunctiva. Prob. ant: quia si reus eligeret unam potius quam alteram, sequeretur reum applicare illam contra se ipsum; sed hoc nequit fieri, sicut potest quis censuram v.g. excomicationem contra se ipsum applicare, aut se suspendere; q. etc. Respondeo nego ant. ad maiorem probationis, nego sequelam; quia censura applicatur ab agente, n. autem ab eligente.

Dices 2o. cum Navarro cap. 27. alternativa n. significat determinate utramq; speciem, neq; unam tm. determinate, cum n. sit maior ro de una, quam de altera; q. nihil efficit, cum ois effectus sit determinatus; q. etc. Resp. cum forma sit propter operari, invalida est forma latae substantiae alternativa, modo dicto. Prob. aut alternativa stat copulative, et sic utraq; pars determinatur; aut stat distributive, ut loquuntur canonistae, seu disiunctim, l. disiunctive, ut summulistae loquuntur. Et tunc adest maior ro de una quam de altera propter electionem unius explicitam, l. implicitam.

Fa 3o: forma censurae debet aeque esse determinata quoad certam personam. l. per nomen l. per circumscriptionem; et ita oportet, ut dicere

excōicationem valem-l. vale faciendum: Prob., qa for-
ma censurae efficit qd significat, sed n̄ potest efficere
aliquid, nisi circa determinatam personam; cum actio effecti-
va sit circa singularia ex Arist. 10 Metaph. ergo
etc. Prob. 2o. qa sicut se hent formae sacramentales
ad effectum sacramentalem, ita formae censurae ad
effectus (liceat sic eloqui) censurales; sed formae
sacramentales sunt invalidae, nisi determinent ad
certam personam, ut ego te absolvo, ergo etc. dicendum,
qd idem dicendum est in censuris; utraque n. forma e ope-
rativa, et operatio ad singularia tendit.

Dico 2o. forma censurae applicatae debet
determinari quoad tempus praesens; si autem determinet
quoad tempus futurum erit invalida: et ita oportet
ut dicat excoico, n̄ autem excoicabo. Prob.
1o. qa tempus futurum suspendit effectum; ergo pro nunc
hic et nunc n̄ e applicata censura ergo n̄ e invalida.
Prob. 2o. qa sicut formae sacramentales sunt invali-
dae per tempus futurum, ita et censurae formae. Et
quidem invalida e forma sacramentalis, ut ego te
Baptizabo, qa pro tempore praesenti n̄ producit bapti-
zandi effectus, cum pro praesenti n̄ significet Baptis-
mum, nec pro tempore futuro producit baptizandi effec-
tus, cum in tempore futuro n̄ adsint signa sensibilia
quae debent esse simul cum effectu sacramentali.

Dices: Graeci baptizant per verbum futu-
rum dicunt n. Baptizet servus Xpi; ubi fit ver-
bum e futurum imperativi, et baptizant valide.
ergo forma sacramentalis, et consequenter forma censurae determinata
quoad tempus futurum e valida. Resp. aliquos 1o. ne-
gando min., quoniam verbum Baptizet, inquiunt, n̄
e ibi imperativum practicum futuri, sed imperativum
practicum praesentis. Resp. 2o. et dicitur negando min., nam
Graeci n̄ ea voce baptizant (ut aliqui Graeci sermonis
ignari asserunt eis imponunt) sed hac voce Baptizatur ser-
vus Xpi etc. quemadmodum in tract. de SS. in g.
n̄ tem et notavi.

Disputatio . 10.

Duplicem Quaestionem resolvit.

Cap. 1.

Quibus Verbis inducatur Censura latae vel ferendae sententiae?

Quoniam Censurae forma per Verbum prae-
sens est latae sententiae, et per Verbum futurum est feren-
dae sententiae; propterea cum dupl. anteriori actum sit de
forma Censurae, et Verbis quibus applicari debet
recta nostra methodus exposcit, ut inquiramus, quibus
Verbis inducantur, seu applicentur Censurae tam latae quam
ferendae sententiae. Et licet hoc super re afatim verborum
fecerimus sect. 1. disp. 4. Cap. 1. placet tamen eadem hic
repetere, et alia addere necessaria.

Siquidem ex ibi dictis liquet, quid sit Cen-
sura latae sententiae, quid ferendae: nempe illam dari, quando
eo ipso, quo quis transgreditur praeceptum Ecclesiae, ligat
Censura, non expectata alia sententia: istam vero dari quando eo ipso
quo quis transgreditur praeceptum Ecclesiae non ligat Censura
sed expectatur sententia ferenda; ad cognoscendum autem quando
sit Censura latae, quando ferendae sententiae duas regulas Doctores
proponunt, et varios Canones: debeo tamen ad plures re-
gulas, vel tantum reducere . Prima igitur regula sit : quando
in forma tum Iuris, tum hominis apponitur applicatio
Censurae. ideo Verbum praesens modi indicativi est
latae sententiae Vg. qui hoc fecerit excommunicatur: Ratio
est quia huiusmodi Verbum statim ligat praecepti Eccle-
siastici transgressorem.

Secunda regula : quando in forma Censurae apponuntur
una ex his particulis ipso iure, ipso facto, statim, mox,
et huiusmodi, est latae sententiae; quia huiusmodi particulae sig-
nificant, quod eo ipso, quo quis ecclesiasticum transgreditur
praeceptum, ligat Censura . Amplianda haec regula, ut pro-
cedat etiam, quando huiusmodi particulae iunguntur Verbo

futuro ut si dicat, excomunicet, excomunicatus late sententiae ipso facto. Ratio est quia verbum futurum non habet habitudinem ad transgressionem cum ad illam habitudinem dicta particula; sed habet habitudinem ad praeceptum. non est autem de ratione latae sententiae, ut eo ipso quod sit factum praeceptum, sit iniectum vinculum, sed ut eo ipso quod praeceptum transgressum est sit iniectum vinculum Glossa l. in fine. in cap. in poenis. de regulis iuris in 6.

2a regula: quando in forma applicatur censura per nomen adiectivum cum verbo substantivo significante factum, ut sit excomunicatus, sit anathema, tum censura est latae sententiae Clem. l. de poen. Ratio est quoniam verbum sit est praesentis temporis modi indicativi in sensu, et apud Philosophos, et theologos moles, et Canonistas quidquid Grammatici garriant, illud ad suos modos optativum et subiunctivum reducentes.

Obiicies cum Navarro Cap. 27. n.o 12. verbum, sit, significat etiam tempus futurum modi optativi; ergo dubium est an significet praesens, vel futurum; sed in dubio minor pars poenae est sumenda ex dictum Cap. in poenis; ergo sumitur pro tempore futuro, significante sententiam ferendam. Confirmatur ex Glos. fin. in Cap. 2. de fer. compet.

Respondetur verbum sit, abstracte sumptum esse aequivocum; concretum vero, sive relatum ad materiam praecepti significare tempus praesens, non modi optativi sed imperativi, cum praeceptum non optet, sed imperet. L. legis virtus ff. de legibus. Ad intelligendum est nisi ex aliis circumstantiis appareat verbum sit significare futurum: et ita intelligit Abbas dictam glossam finalem in dicto Cap. 2. n.o 23. Unde patet ad confirmationem ex nota, ad quod sit significat futurum; adhuc non esse optativi modi, sed imperativi; ob eandem rationem, scilicet quoniam praeceptum non optat, sed imperat.

4a regula: q[uan]do in forma apponitur applicatio Censurae per imperativum, vel significantis actionem, ut Excommunicationi subiaceat, est latae s[ententi]ae. Cap. unico in fine de Usuris in 6o. R[ati]o est: quia eiusmodi imperativum significat, quod eo ipso, quod transgreditur praeceptum imponit vinculum. — Hactenus de verbis quibus inducitur censura latae s[ententi]ae: loquamur de vocibus, quibus significatur induci censuram ferendae s[ententi]ae. §.

Prima regula: q[uan]do in forma fit praeceptum sub poena censurae, ut nemo percutiat sub poena excommunicationis, est Censura ferendae s[ententi]ae. R[ati]o est, quia poena censurae praescindit a lata, et ferenda; ergo capitur in minori significatu, quae est ferendae sententiae: d. Cap. in poenis.

Secunda regula: q[uan]do in forma applicatur Censura per verbum futurum, ut excommunicabo, est censura ferendae s[ententi]ae. d. glos. 1. in d. Cap. in poenis. R[ati]o est: quia futurum suspendit applicationem de praesenti tempore transgressionis; ergo censura applicata per verbum de futuro, non est latae, sed ferendae s[ententi]ae.

3a regula: q[uan]do in forma ponitur applicatio Censurae per verbum similitudinis, ut sicut excommunicatus vitetur est ferendae s[ententi]ae. Ita cum Abbate Bartelius hic q. 1. art. 2. R[ati]o est: quia similitudo censurae v.g. excommunicationis, neque est censura, nec excommunicatio; ergo etiam si incurratur similitudo censurae, non incurreret aut applicaretur censura.

5a regula: q[uan]do in forma aponitur indignatio omnipotentis Dei, ut Beatorum Petri et Pauli est ferendae s[ententi]ae. Ita Bartelius ibi cum Felino. R[ati]o: nam sicut absolutio Papae non est absolutio a censura, Clem. fin. de sent. excom. ita nec maledictio importata per indignationem huiusmodi est censura latae s[ententi]ae. Ex his regulas

delligenda e sit doctrina, et eventus praealegata disp. 4a cap. 2. in sect. 2. cap. 2. Vtrum valida sit forma censurae latae subconditione?

Duplex est ratio dubitandi. Prima, quia pendente conditione suspenditur effectus, et sic videtur esse invalida, cum non sit latae sententiae. Secunda ratio dubitandi, et ista magis explicanda; quia cum censura latae sit, ut sit, quasi est apositum verbum futurum (ut capite anteriori vidimus) quod futurum suspendit effectum; et in censura lata sub conditione suspendatur effectus, videtur applicari quasi per verbum de futuro; propterea merito dubitamus, an forma censurae latae subconditione sit valida &c. ad resolutionem

Supporo, conditionem aliquando esse omnino pertinentem ad causam censurae, ut excomunico te, si infra biduum non restitueris: aliquando esse omnino impertinentem, ut excomunico te, si es nobilis: aliquando esse mixtam, seu partim pertinentem, partim impertinentem, ut excomunico percussorem si non est cardinalis. haec enim est conditio impertinens ad culpam, (nam licet non esset cardinalis culpabilis esset percussio), sed est pertinens ad exceptionem a censura. Dividitur autem similiter conditio pro condicione, videlicet pertinente, impertinente et mixta. Hoc posito

Dico 1o sit: forma censurae sub conditione pertinente, sive sit conditio de praesenti sive de praeterito, sive de futuro, est valida cap. praeterea. et ca. de apelationibus. Ratio est: quia censura est one

medicina, quae est etiam praeservativa, quae habet habitudi-
nem ad contumaciam etiam futuram; quae valide potest applicari; et in futurum transgrediatur praeceptum, operit latae sententiae, si applicatio sit eo modo, quo dictum est circa censuram latae sententiae.

Obiicies duo. Primum cap. Romana § Caveant. de sent. excom. in 6o. ubi praecipit non esse ferendam censuram pro culpa futura. Item: quia homo non cognoscit delictum futurum, quae non potest ferre censura poenam sine illudo. Respondeo ad primum: id verum esse, nisi latio censurae pro culpa futura sit causa rationabilis praeservans a contumacia, ut ibi inquit Textus. Ad 2um dico, quod licet homo non cognoscat sive cognitet commissionem delicti futuram; cogitat tamen, seu cognoscit homo, delictum futurum esse dignum tali poena.

Dico 3o: forma censurae latae sub conditione omnino impertinente, vel mixta, de praesenti, vel praeterito, est valida. Ratio est quoniam conditio de praesenti vel de praeterito (quae est purificata, seu de facto posita, vel adimpleta, vel de facto non posita, nec adimpleta) habet ac si non esset apposita; quare illico censura habet effectum ac si non esset lata sub conditione. Confirmatur: quia sicut conditio impertinens de praesenti, et praeterito non vitiat formas sacramentales: ut docet Suarez [illegible] Item dixi [illegible] lect. 3. et nos attigimus tract. de SS. in genere lect. 9. disp. 20. cap. 3. § 6a quaestio etc. ita nec vitiat formam censurae.

Excipit a prima generali [illegible] nimirum si conditio impertinens de praesenti involvat perplexitatem: ut si duo invicem excommunicantes dicant, ego te excommunico si alius te non excommunicet; nam utrique excommunicationes invalidae [illegible] excommunicatio generalis [illegible] conditionalis de sola sententia prolata: tunc est invalida

ob n. adimplementum condit. ex utraq. re s. intelligitur conditionali de valore sive sive illius legitimitate quatenus s. posita sint oia requisita, et conditiones, ad valorem sue: et sic e invalida ob perplexitatem; nam utraq. excoicat valide, idest, ponit oia, quae sunt sufficientia ad valorem censurae, et neutra excoicatio hic et nunc tenet ob defectum purificatae conditionis.

Ve. s. utraq. invalide excoicat, et sic nulla tenet. - s. unus valide, et alter invalide excoicat: et nunc si sensus e. ego te excoico, si alius valide n. te excoicat, excoicatio valide excoicantis tenet. si vero sensus, et intentio e, ego te excoico, si alius n. te excoicat sive valide, sive invalide; neutra excoicatio tenet: n. alias valida, ob defectum purificatae conditionis; n. invalida, qa talis. - s. deniq. incertum e an utraq. valide excoicent, licet re vera unius excoicatio valida, et legitima sit iure, uterq. tn ignorat. et sic neutra ligat; qa cum n. sit maior ro de validitate unius, quam alterius propter incertitudinem, erit utraq. invalida.

Ro: forma sub condit. impertinente de futuro e oio invalida ut excoico te si cras cucurreris. Ro e: qa continet intolerabilem errorem, ob quam continentiam e invalida censura. Vide Glossa in cap. ult. de sn. excoi. in 6o. et Avellinus hic q. 3 art. 3. fine. Item P. Suarez. Hugolinus, et Corneio, quos refert Diana p. 9. tract. 9. resolut. 64. Quam satn probabilem putat ipse Diana, sicut et contrariá quam tenet P. Furrianus de censuris lib. 1. disp. 3. dub. 3. et alii: quorum ro e; qa iudex potest facere suum consensum pendere a qualibet conditione.

Ro vero nostrae sententiae contra dictae conclusionis, e: qa is modus ferendi censuram, continet in

tollerabilem errorem, quo quam continentiam est in-
valida censura. Contra hoc ans.: quia actus spiritualis
potestatis non debet dependere a futuro impedimento
eventu: unde praedicta ratione ferre censuram, esset ab-
usus spiritualis potestatis. Scio a Patre Turriano non
iudicari efficacem hanc rationem; quia ex ea, inquit, so-
lum sequitur talem modum ferendi censuram esse illici-
tum etc.
Ideo a Diana utraque sententia censetur probabilis: quod et ego
praesto: iudico quod tamen opinionem praevalere auctoritate,
tamen ratione. Cap. 3. in nullas quaestiunculas circa censu-
ram latam sub conditione deveniat.

Prima quaestiuncula: an censura ferri possit sub con-
ditione. Credo affirmative, idque in superioribus supposui.
Patet ex pluribus iuris locis apud Dianam parte
9. tract. 9. resolutione 64. Et nota censuram ita
latam non incurri, nisi post impletam conditionem;
nec ideo est dicendum, censuram fuisse suspensam usque
ad adventum conditionis; quia solum habuit vires
ad quod conditio stetit, et tunc censetur proferri a iudice
in quo tempore pronuntiationis. Ita Diana ubi cum Cabar-
ruvias et Hugolino. Hinc patet ad rationem dubitan-
di, quam posui capitis praecedentis. Deniaque si dubium sit
an conditio sit impleta, non incurrit. Ita Diana parte
4a tract. 3. resolutione 79. cum Emanuele de Moura.
2a quaestiuncula: an quando censura fertur sub
conditione ad instantiam partis, v.g. excommunicatus es si intra
triduum non solveris, possit creditor terminum prorogare, ita
ut adveniente conditione censura lata non incurratur, quando
instantiam procedit quando absolvit sub conditione ad instantiam
partis v.g. absolvo te si intra triduum solvas. Ne-
gat Hugolinus posse creditorem terminum prorogare,

ita ut ad veniente conditione Et 2o quod a Iudice concesso Censura non obliget, aut absolutus incursam non recidat elapso termino Iudicis. Melius quod asserit Diana p. 5. tract. 9. resolutione 22. et 69. Communicata nobilissima verbo absolvere no. 79. cum Abbate, Decio, Felino, Rebuffo, Covarrubias, Suarez, Hurtado, Cornexo. Ratio est: nam terminus Iudicii datus fuit in favorem rei, qua promissa prorogare illum poterit.

3a quaestiuncula: An si debitor non solvat elapso 2o termino pro rogato, recidat in excommunicationem absque novo consensu Iudicis, ex vi praecepti a principio facti; vel necesse sit aliam excommunicationem ferre? Respondere verius ferent doctores, non incurrere debitorem talem Censuram, si prorogatio facta fuit a Creditore, Iudice ignorante. Secus si sciat, non quis sit, et tacet consentire videtur. Ratio eorum est: quia prorogare aut suspendere censuram est actus iurisdictionis, quam non habet Creditor; quod debitor nequit incurrere censuram elapso termino prorogato; nam illam non incurrit quia violat praeceptum ~~debitoris~~ Creditoris Creditor enim nullum praeceptum imposuit; nec quia violat praeceptum Iudicis, quia hoc valuit tantum pro tempore assignato a Iudice. Ita Silvester, Navarra, Pedraça, Ioannes Gutierez, Henriquez. Hugolinus, Sayrus qui alios plures alios referunt; eos vero citat Diana illis resolutionibus 22. et 69.

Verum ego oppositum iudico probabilius, scilicet debitorem in dicto casu incurrere in censuram absque novo consensu Iudicis, ex vi praecepti facti, Citationis seu excommunicationis, quin necesse sit aliam repetere. Ita Villalobos, Hurtado, Ioannes Henriquez, Thom. Sanchez, Suarez Cornexo quos refert et sequitur Diana ibi. Probatur: nam Iudex non posuit terminum ad finiendam obligationem

relationem excommunicati, sed tantum ad fruitendam permissionem aut licentiam differendi solutionem, in gratiam debitoris; quo si creditor gratuito proroget solutionis tempus, post terminum positum a Judice, prorogatum in a creditore, adhuc perseverat praeceptum Judicis, et incurrit excommunicatio a debitore contumaci: in qua pars directe et positive id faciat, sed indirecte, suspendendo scilicet obligationem realem in actu 2o vgo solvendi, cui Judex praecipit satisfieri a debitore: et consequenter creditor indirecte differt. et suspendit praeceptum Judicis, et relationem excommunicati ei annexam. Hinc patet ad fundamentum oppositae sententiae.

4a quaestiuncula: An apellatio post sententiam excommunicationis latam sub conditione, si fiat ante completam conditionem suspendat excommunicationem? afirmo cum P. Hurtado, P. Avila, et Gutierrez, quos citat et sequitur Diana ibidem resolutione 64. qui addunt hanc doctrinam procedere etiam si Judex dicat, nisi vgo satisfeceris intra mensem Petro, ex nunc sit excommunicatus; nam licet verbum ex nunc, sit praesentis temporis denotat tamen futurum effectum.

5a quaestiuncula: An haec apellatio possit fieri toto tempore, quo conditio non est impleta; vel solo intra decem dies, ut fieri solet aliarum sententiarum apellatio, ex cap. quoad consultationem, de re judicata. Abbas et Hugolinus apud Dianam illa resolutione 64. dicunt, faciendam esse intra decem dies; quia jus illud apellandi est generale. Sed contrarium docet, et merito, idem Diana ibi cum Glossa, Navarro, Suarez. Cornexo, Turriano et Avilla. et ratio est: quia licet ab aliis sententiis apellandum sit intra tempus a jure praefixum scilicet intra decem dies: at vero ab excommunicatione sufficit apellare ante impletam conditionem, quamvis apellet post tempus praefixum a jure ad apellandum. et ratio dis

criminis e: qd ad excoi^{em} requirit contumacia, qua requirit tempus impletae condit^{nis} etn retro trahit ad tempus in quo prolata e sta: Ita P. Avila.

Ubi q^{do} Censura fert sub condit^{ne} de futuro hat locum apellatio, nam si iudex dicat: ex nunc ~~sit~~ sis excoicatus, nisi Cras etc^{a}. nam illud ex nunc ut dixi, denotat in praesenti effectum futurum; ut aiebat Diana in q^{e}. 4. Diana cum Sayrodo, Avila, et Gutierez. et licet ab aliis sis iudicialibus, in quibus n intervenit aliqua Censura, appellandum sit intra decem dies; a Censura in, erga excoicare, licet apellare infra totum tempus propositae conditionis; tum q^{a} sta censura sub condit^{e} n e proprie sta antequam impleat conditio, sed sim quid; tum etiam q^{a} ad incurrendam excoicat^{em} requirit contumacia, quae n dat nisi adimpleat conditio, et postea det inobedientia.

6^{a} quaestiuncula: An si pendente conditione, reus, sive ille, in quem Censura lata e, forum mutet, impleta condit^{e} censuram nihilominus incurrat? Rdeo afirative. — 7^{a} quaestiuncula: an si condit^{e} pendente, iudex moriat, adhuc reus liget censura prius lata? Rdeo negative cum Cornexo, et Diana, illa resolute 67. et quidem ad Dianae resolut^{em} fundandam plures rat^{es} videre poteris in Cornexo t 3^{a}. p^{te} tr. 8. de Censuris in g^{e} disp^{e} 4. dub. 4. 9^{e} 3. et 5. disp^{o} 11. de accidentalibus antibus fram Censurae, maxime monit^{e} canonica

Disputatio 11.

De accidentibus antecedentibus fram Censurae maxime monitione Canonica

Cap. I.

Circa monitionem Canonicam generalem quandam regulam statuit.

Accidentia circa censuram fram: quaedam sunt antecedentia fram ut monitionem, quaedam Consonitantia fras ut scriptura, expressio causae censurae et ipsius traditio exempli parti petenti; quaedam sunt subsequentia ut denuntiationes, de quibus omnibus suo ordine erit agendum et primo de antecedentibus. Quaerimus igitur Quanam ante fram censuram praecedere debeat canonica monitio?

I quidem admonitio est duplex, una non canonica, et est praeceptum iuris vel hominis generale prohibens futura et de hac non loquimur. Certum est non censuram sine hac admonitione non solum esse iniustam, verum etiam invalidam, quoniam ut probat Suarez tom. 5. disput. 4. sect. 9. non potest ferri Censura pro peccato praeterito, nisi intercedat Contumacia vel tale peccatum sit contra praeceptum Ecclesiae dicitur in Matthaei 18. si Ecclesiam non audierit sit tibi etc. Minus ergo oportet ut Ecclesiastica praecedat monitio, per quam Contineatur praeceptum iuris vel hominis; ergo sine monitione (saltem non canonica) applicatio Censurae est invalida ex potestatis defectu et iniustitia contra legem Dei praescriptum in dicto Cap. 18. Matthaei.

Alia est admonitio Canonica et de ea in praesenti loquimur, estque actio regulata per quam superioris auctoritate admonet reum personaliter formaliter vel virtualiter debitis praescriptis ut a culpa in admonitione explicata resipiscat. In qua descriptione continentur plura requisita ad Canonicam admonitionem, quorum praecipua sunt quinque. Primum quod admonitio superioris auctoritate facienda sit. Probatur hoc requisitum: quia admonitio est talis ut si admonitus non resipiscat sit Contumax; sed nemo fit Contumax nisi transgrediendo superioris praeceptum; ergo admonitio facienda est superioris auctoritate continente praeceptum.

2um requisitum: quod reus personaliter admonendus sit: quia 3a obedientem et innocentem non aplicatur censura; sed nisi reus personaliter moneatur, non potest certo sciri, an sit vere contumax, et inobediens, ergo personaliter admonendus est, nisi in aliquibus casibus explicatis a Covarrubias in cap. alma mater. p. 1. §. 9. n.º 4. — 3um requisitum quoad tertium probatur per caput, sacro. de sent. excom. — 4um requisitum quoad trinam monitionem probatur ex cap. constitutionem §. statuimus. de sent. excom. in 6º. — 5um requisitum quoad culpam inferendam in ipsa monitione probatur: quia censura est medicinalis: ergo inferenda est culpa et explicanda, a qua debet admonitus resipiscere. Glossa in verbo servatis, in dicto cap. constitutionem. Hic possim,

Regula sive 1º sit: admonitione canonica omissa, censura contra hominis particulariter lata pro praeterita contumacia est iniusta, scilicet legalis. Probatur: ante excommunicationem huiusmodi debet de iure praecedere canonica monitio dicto cap. sacro. 2: ante suspensionem huiusmodi debet de iure praecedere canonica monitio, cap. reprehensibilis. de appellationibus: ante interdictum huiusmodi debet ex iure praecedere canonica monitio, cap. statuimus de sent. excom. in 6.: vera igitur est nostra regula in 1º in omni censura. Confirmatur: censura ferri non potest ab homine particulariter nisi ob contumaciam, dicto cap. 48. Mattei; sed nemo a iure praesumitur contumax, nisi prius canonice moneatur, et deinde ecclesiam non audierit; vera est igitur regula, et 1º.

Dixi pro praeterita contumacia, nam quoad ante peccatum tam praesens, quam praeteritum, non

fuit facta admonitio censura hois prolucit lata pro tali praesenti l. praetextu contumaciae, nō praemissa monit.e canonica, invalida e. Ad validam nō pronuntiationem censurae, vg.a excōicationis, tam generaliter, quam specialiter pro futuris culpis nulla in iure fit mentio admonitionis distinctae ab ipso praecepto, cui excōicatio annectit. Ut dicam cap. 3. §. 2a falentia cita.

Quod etiam indicat in cap.e reprehensibilis. de appellationibus dum dr: Ut nec praelati proferant sent.a suspensionis vel excōicat.is, n.i praemissa canonica admonit.e: Nisi talis sit culpa, quae ipso genere suspensionis l. excōicationis: id e annexa sit iuri, aut praecepto, ipso facto incurrenda: Ubi supponitur posse incurri suspensionem, aut excōicationem annexam iuri, aut praecepto, nulla canonica monit.e praemissa.

Hinc colliges praxim iudicum (qui dum censuras ferunt, tam generaliter quam specialiter imediate praecepto pro peccatis oio, aut aliquo mō futuris, admoneri addendo, trina canonica monit.e praemissa) n.e esse variam, quamvis sit optima. Ita P. G. Hurt. hic difficult. 28. nō. 78. admonitio igit. canonica tantum praerequirit, et praemittenda e, ut ferat censura ab hoie, tam generaliter quam specialiter, media nova 2a post peccatum iam oio commissum pro ipso.

Obiicies 1o contra praedictam regulam. S. Paulus 1a Corint. 5. excōicavit sine admonitione publicum fornicatorem. Cap. Cum sit Romana. de praeterea. de appellationibus. ꝑ omissa canonica monit.e censura hois parlavit lata propt. praeventam contumaciam iusta e, etiam legata. Resp. quod ibi Apostolus n. admonuerit in illa epist.a admonuerat tn in alia scilicet. S. Joan. illis verbis: scripsi vobis ne commisceamini fornicariis notoriis. Ita tene Coninck. in dicto §. 9. nō 6. n.i sufficit ad terminandum

Censuram peccatum notorium, quia requiritur etiam super contumacia praeterita.

Obiicies 2°: quia similiter sine admonitione canonica fuit suspensus Archidiaconus. Cap. Cum litteris. In fine. de testibus. — Resp., quod quamvis ille Archidiaconus sit suspensus sine admonitione, illa tamen suspensio erat Censura Vindicativa, quae erat solum vindicativa falsitatis: secus vero dicendum est in suspensione prout est Censura fr̃alis, quae est pena medicinalis requirens Canonicam monitionem. Ita Bvardelinus hic q.e 3. art. 4. n.º 6. Cum P. Suarez.

Obiicies 3°: Cives innocentes Civitatis interdictae non possunt canonice moneri, cum non habeant culpam, a qua debeant resipiscere; et tamen interdicuntur; ergo omissa Canonica monitione, Censura hominis particularis lata propter praeteritam Contumaciam iusta est, etiam legalis. Resp., quod licet innocens Civitas possit interdicto supponi, seu subiacere, absque principis Contumacia. Cap. Si sa. de Sent. excom. in 6°. Princeps tamen peccaminosus in quem proprie et rigorose fertur Interdicti Censura, admonendus. dicto Cap.º Statuimus

Cap. 2.

Ampliationes praedictae nostrae regulae, ac Conclusiones.

Diximus Cap. anteriori duplicem esse admonitionem. Unam non canonicam alteram Canonicam: et quidem utraque sit. Statuimus Censuram non posse ferri ab homine particulariter, nisi ob contumaciam. Subiunximus, peccatum notorium non sufficere ad ferendam Censuram absque Contumacia. Subnexuimus Censuram malam posse ferri absque admonitione. ac tandem hanc regulam statuimus. S. iniustam esse legaliter Censuram hominis particulariter latam pro praeterita

culpa sive inobedientia, omissa admonitione canonica. Quam regulam, quia in nullis casibus firmavimus, ea in nonnullis patitur nullas fallentias, sive exceptiones; et insuper plures ampliationes ad casus speciales, extra assignatos: Ideo ampliationes dabimus hoc cap; sequenti vero fallentias sive exceptiones.

Prima ampliatio: admonitio Canonica in censura non parcitur, et necessaria etiam cum periculum est in mora. Ita Suarez ubi supra n.o 20. Cum Sairo, Filliucius. Prob: Nam si adest tempus ferendi Censuram; ergo adest tempus admonendi delinquentem. Confirmatur: quia in cap. Constitutionem in fine. de sent. excom. in 6o. in casu necessitatis non datur facultas praetermittendi admonitiones sed illarum tempus minuendi conceditur facultas; ergo nostra regula procedit regulariter, etiam quando periculum est in mora.

2a ampliatio: applicans censuram ad sui defensionem tenetur facere canonicam admonitionem, sive illam applicet ut iudex, sive non ut iudex, sed ut persona privata seu non per modum iudicii, sed per modum defensionis ad defendendum ius proprium. Et etiam opus est facere canonicam admonitionem, quando censura fertur a Praelato spoliato sua Ecclesia ad defensionem sui iuris. Ita G. Hurt. difficult. 20. n.o 76. et Covarrubias, Vasquez, Suarez, Turrianus, quos refert et sequitur Diana p. 9. tract. 9. resolut. 23. et Suarez n.o 22. Contra Hugolinum, Salonium, et alios Canonistas praetendentes, in hoc casu non esse necessariam monitionem. Sed nostra resolutio probatur 1o: quia pars pro sui defensione potest admonere turbantem sub censura. 2o: quia in dicto cap. sacro. prohibetur iudicibus inferre censuram sine admonitione

sed vult, ne quis in aliquem censuram ferat sine admonitione.

Obiicit Felinus in dicto Cap. Sacro fieri mentionem de parte, quae non nisi a iudice profertur quod ille tamquam procedit in iudice, non accedens pro se defendente. Respondeo: quod quotiescumque sententia stricte feratur a iudice large non potest dici ferri ab alio; nam caput dilecto. ubi datur authoritas parti se defendendi censuram ponitur sub titulo de sententia excom. in 6o. etsi censura, quam se defendit pars dicitur sententia.

Confirmatur amplicatio nostrae regulae, scilicet hanc procedere etiam quando censura fertur a parte se defendente, ac proinde etiam tunc faciendam esse admonitionem: confirmatur, inquam, quia aut se defendens applicat censuram contra turbantem, quia turbans peccat; et tunc procedit ut iudex vindicans peccatum, non ut spiritualis medicus applicans censurae medicinam, ut aegrotus resipiscat a peccato. aut quia turbans est contumax: ergo oportet, ut tunc praecedat monitio; formalis non vero contumacia oritur ex transgressione monitionis. aut quia non peccat, neque est contumax; et tunc non potest contra eum valide aut licite ferri censura.

Obiicies: turbans est in manifesta contumacia, quae in contumacia materiali: ergo monitione omissa adhuc potest esse contumax et consequenter monitione omissa potest ligari censura lata ab homine. Respondeo: contumaciam materialem non sufficere ad ferendam censuram, sed requiri formalem, quae absolute dicitur contumacia. formalis vero contumacia, quae requiritur ad censurae applicationem, non oritur nisi ex formalis monitionis transgressione. Maneat igitur nostram regulam procedere etiam quando censura fertur a parte se defendente.

3a ampliatio: admonitio Canonica e facienda, etiam contra contumacem iuris minantis censuram ferendae sententiae. Ita Guarellius n.º 14. Cum Covarruvia: Nam si ante censuram latae sententiae oportet, ut praecedat monitio Canonica. Nec sufficit illa monitio sub poena ferendae sententiae: quia in capite reprehensibilis, de appellationibus, prohibet applicatio censurae sine monitione canonica, nisi talis sit culpa, quae ipso facto poenam inducat; non ergo sufficit poena ferendae sententiae: culpa enim ipse non illico inducit poenam, quia non illico ac adest culpa, adest hanc poenam, quia

Dices: ergo adhibitum deservit iuris monitio sub poena ferendae sententiae. Nego consequentiam: quia deservit tantum ad poenam vindicativam, tantum medicinalem praecedere debet monitione medicinali. Maneat igitur praedictam nostram regulam procedere, quamvis feratur censura contra contumacem iuris minantis censuram ferendae sententiae.

4a ampliatio: admonitio canonica e necessaria in censura quae fert ab homine quamvis sit iuris latae sententiae. Ita P. J. Hurt. difficultate 18 n.º 77. cum Valq. Contra non nullos alios. Probatur: quia nova haec censura hominis fundatur in contumacia commissa contra hominis; ergo requirit hominis monitio; igitur non sufficit monitio iuris sub poena censurae latae sententiae. Illa enim solum sufficit ad iuris censuram. Constat ergo nostram regulam procedere etiam quando fert ab homine censura contra illum, contra quem e applicata censura a iure latae sententiae propter idem delictum.

Rogabis, et quidem satis tempestive: an si a iure decreta sit excommunicatio, vel alia censura, non latae, sed ferendae sententiae, ut qui tale crimen commiserit excommunicetur, suspendatur etc. an aliquam in tali eventu iudex contra eum convictum possit procedere ad excommunicationem infligendam, sine alia monitione? Affirmant Panormitanus, P. Sanchez. P. Avila

Covarrub. Bonacina, et hanc sententiam probabilem putat Cornexo cuius fundamentum videre poteris in Diana p. 3. tr. 9. resol. 49. sicut et auctorum allegationes. Melius vero negat idem Diana ibi cum eodem Cornexo, P. Hurtado et Castro Palao. Prout (aliis omissis ibi videndis) quia censura haec actualiter non fertur a lege, sed ab homine, ergo non sufficit legis monitio, nisi hominis monitio praecedat.

Nota: Quod etiam stando in hac opinione, iudex talem reum non poterit excommunicare sine citatione, dando ei terminum ad allegandum pro se. Ita idem Diana ibi cum Soto. Et adeo verum est, ut etiam quando lex excommunicat ipso facto, non possit iudex declarare excommunicatum transgressorem sine citatione, ut cum Decio, Navarro, Covarrubias et aliis tenet ibidem Diana. Qui insuper cum Navarro et Covarrubias limitat, nisi delictum esset notorium. Denique tenet Diana cum Covarrubias, Navarro, Avila, et Bonacina, adeo verum esse requiri citationem ad declarandum transgressorem incurrisse excommunicationem iuris ipso facto impositam, ut si aliter fiat declaratio sit nulla.

Cap. 3.

Fallentiae, sive exceptiones contra superioris regulae.

Prima fallentia sive exceptio, ex Patre Hurt. hic disput. 20. et communi theologorum: admonitio canonica non est necessaria in censura solius iuris habere locum. Primo: quia sufficit admonitio non canonica contenta in iure. Secundo, quia criminosi particulariter ignorantur: unde non possunt personaliter canonice admoneri.

2°: quia si esset necessaria admonitio canonica, nunquam esset censura latae sententiae: quia si post admonitionem canonicam reus resipisceret, non applicaretur censura, si autem non resipisceret, esset contumax contra admonitionis canonicae factae ab homine; non autem contra admonitionis non canonicae factae a iure. Maneat igitur nostram regulam fallere, seu non loqui, nec procedere in censura latae sententiae iuris, sed in censura hominis particulariter lata, in qua necessaria est admonitio canonica praecedens latae sententiae iuris:

3a fallentia, sive exceptio: canonica admonitio non est necessaria in censura hominis latae sententiae, generaliter lata pro futuris culpis. Probatur: quia in hac fallentia militant omnes rationes allegatae in 1a. 1° quia potius illa admonitio non canonica continetur in promulgatione talis censurae hominis latae sententiae generaliter pro futuris culpis. Quam ob rem facile potest aptari. Maneat igitur admonitionem canonicam non esse necessariam in censura hominis latae sententiae generaliter latae.

Obicies: caput Romana de sent. excom. in 6. ubi prohibetur censuras hominis proferri generaliter sine admonitione praemissa. Respondeo illum textum procedere de generalitate quoad personas, et de delicto individuato, de qua generalitate, et individuitate procedit regula; non autem de generalitate personarum delicti de qua procedit haec exceptio; potest enim omissa monitione canonica applicari censura hominis lata generaliter quoad personas, et quoad delicta futura; omissa admonitione canonica non itaque potest applicari censura hominis lata particulariter contra personam, aut delictum; necnon etiam lata generaliter contra personas, et particulariter contra delictum.

4a fallentia, sive exceptio: admonitio canonica non est necessaria in censura summi Pontificis. Probatur 1°, quia admonitio canonica est de iure canonico, ut patet ex dictis in regula citata: sed Papa potest dispensare in iure canonico, cap. in censura de [illegible]

... Prob. 2o. quia ad Rei defensionem quae est de iure naturali, sufficit monitio non Canonica; ergo hac supposita potest Reus sufficienter esse contumax, et Censuris ligari a Papa, omissa, sive dispensata per Papam monitione Canonicam.

3a fallentia sive exceptio. admonitio Canonica non est necessaria, quando contumacia est commissa in praesentia Iudicis. Prob. quia haec admonitio fit, ut Iudex cognoscat an velit Reus resipiscere; sed quando in ipsa Iudicis praesentia Reus est contumax, videtur quod nolle resipiscere; ergo quando in ipsa Iudicis praesentia in facto seu dicto ipsius Rei non adest moralis spes resipiscendi, seu resipiscentiae non est necessaria haec canonica monitio. Ita Brasillius n. 11. cum Covarrubias.

Obiicies cum P. Suarez. disp. 2. sect. 4. n. 8. Contumax potest fieri non contumax per huiusmodi monitionem; ergo omissa tali monitione, etiam si contumacia commissa sit in praesentia Iudicis, et hic ac nunc ante monitionem moralis non sit spes resipiscentiae, adhuc omissa monitione non erit iusta, legalis Censura. Resp. ant. esse verum, quoad actum primum et forsan remotum; attamen quoad actum 2um posse aliquando deesse spem emendationis et tunc Censuram esse iustam, etiam omissa canonica monitione.

Ita, non solum iusta est Censura omissa Canonica monitione, quando contumacia est in praesentia Iudicis; sed etiam quoties non est spes resipiscentiae. Et hoc specialiter probatur: quia sicut non est necessaria medela, et correctio, ubi non adest spes salutis, et emendationis, ita nec necessaria est Canonica monitio, ubi non est spes resipiscentiae, et in meliorem frugem reductionis.

Ad secundum Capitis. Quoad 1am et 2am fallentias et exceptiones, vere tales non esse, sed speciales doctrinas, nec amicas, nec contrarias nostrae regulae; haec non loquitur de Censura lata ab homine, at 1a fallentia fuit de Censura lata a iure. Deinde nostra regula agit de Censura

hois parlarit lata, et 2a fallentia tractat de censura hois gratis lata. Vides has fallentias nec nrae regulae obesse, nec prodesse; et Coens. n. fixe das fallentias aut exceptiones regulae: cas. in ita vocaui, iubat. n. loqui cum multis, sentire cum paucis.

Cap. 4um

An omissio monitionis Canonicae causet invaliditatem censurae hois parlarit latae pro contumacia praeterita?

Diximus Cap. 2. in nra regula, ac sc. omissionem Canonicae admonitionis facere iniustam legaliter censuram hois parlarit latam pro contumacia praeterita. Nunc quaerimus an etiam faciat invalidum. Et quidem respondendum e negative, ac proinde validam esse huiusmodi censuram omissa monit. Canonica, etsi iniusta legalit. sit, ut dictum manet in loco praealegato. Ita Bonacina citatus. et Diana p. 9. tr. 9. reso. 19.

Probat: nam nullo Capo. sive iure divino, aut humano, huiusmodi censura e invalida; go. etta. Probat ans: qa ex iure nat. n. requirit Canonica admonitio, ut sufficiet pro defensione citatio. neq. ex iure Evangelico, seu positivo divino requirit illa admonitio; cum Capo. 18. Mathei n. dicat si ecclesiam Canonice monentem n audierit etta. sed solum dicat, qd si Ecclesiam n audierit. nec deniq. ad validitatem praedictae censurae requirit illa admonitio in dicto Capo. sacro: qa ibi dr. qd si praemittat Canonica monitio, quavis sa sit iusta iustitia s. commutativa et distributiva; et si iniusta sit legalit, ut e dictum in superioribus tamen punit applicans; si go e iusta, et e valida

qa sa iusta, absᵉ e sa. Propᵒ n. de 3ᵒ adiacente va. afirativa, ubi verbum adiacens nᵉ distrahens, supponit ipsam veram de 2ᵒ adiacente; sed si sua invalida nᵉ e sa. L. 4ª §. Condemnatum ff. de re iudicata. qa invaliditas e adiacens distrahens rationem formalem sae sicut mors distrahit rationem formalem hois. gᵒ si Censura lata sine monitᵉ e sa, utique e valida.

Explico amplius dinamᵈ, sᵉ nihil salebrosa. Si hec ppᵒ hec e sa iusta (quemodo supponit eē de 3ᵒ adiacente; et iusta 3um adiacens s. iusta n. distrahit 2um nempe sa a proprio significato, sed potius illud supponit et confirmat) e vª debet enim verificari hec de 2 adiacente, hec e sa; gᵒ et ista, hec e invalida nam sic sa si vere sa e valida e; sed in dicto Capᵒ dr, quod omissa canonica monitᵉ adhuc sa e iusta, ab proinde e sa; gᵒ e valida sa.

Ex hac 3ᵒ ppᵒ de 3ᵒ adiacente, hec e sa invalida, n. recte infert altera ppᵒ de 2ᵒ adiacente, 3a gᵒ hec e sa. qa 3um adiacens negativum nempe invalida, distrahit 2um adiacens sa: sicut n. valet, Petrus e homo mortuus; gᵒ Petrus e hō; qa 3um illud adiacens aliquo modo negativum mortuus distrahit enim rationem 2i adiacentis, ult homo ad significandam rationem quae fuit homo et modo n. e hō. ad adveritatem huius ppis de 2ᵒ adiacente, Petrus e, sive existit hō, requirit determinate, n. quod existerit, sed quod actualiter existat homo. Quo quae dicta solae accipit vim 2ᵒ et innixa predicto Capᵒ Sacro.

La sollentia, seu exceptio ex duabus (quas petit superior dictᵃ) sit: qdo iudex applicat modo dicto censuram hois contra participantes cum excoicatis atc, vel sine participantium monite, nunc dubio valij censurae nulla

sive invalida e. Resolutio e Cois Excepte Stanimus. Ubi glossa, et doctores, de sa Excommunicationis in 6°.

Secunda nra 3cli fallentia sive exceptio in qdo aponit Censura sine monit one scripta invalida, tunc valet Censura apositio etiam e invalida. Ita Bonacina q. 3. art. 5. n° 3. Cum Navarro. Rō e: qa Censura in hoc casu e quid accessorium ad scripturam invalidam, non censura sequitur scripturam; sed accessorium sequitur principale; go Censura accessoria sequit invaliditatem scripturae prialis.

Cap. 9.

Duas alias quaestiones dilucidat.

1a quaestio qualis debeat esse monitio Canonica praerequisita ad rōem Censurae a Iudice. Rēo moniti Canonica praerequisita ut Iudex ferat Censuram, qud faciendā e ab ipso, in ii debet esse Iussio; cum nōe comprehendit praeceptum tam negativum, quam affirmativum. Rōr; qa licet canonico praerequirit monitio ut str censura inferat, nisi contra inobedientes Ecclesiae cum ipsi censuram ferenti; aut cuī antecessorij sed ii ii erunt ei inobedientes, nisi monitio sit iussiva sive praeceptiva; go etc.

2o. debet haec monitio praerequisita ad latronem censurae a Iudice esse Iuridica; ide, n privatim facta, sed ordine Iuris, et noe Iudicis, et ipsi reo, nisi malitiose abscondat; qa tunc sufficit qd fiat in domo propria rei, -f. in alio loco unde praesumat quod ad eius notitiam pervenies, dum modo in perveniat, alias n erit inobediens ipsi Iudici.

3o. debet esse trina; -f. una pro tribus, pro arbitrio Iudicis, et cum competentibus aliquorum dierum intervallis, nisi necessitas potulet temporum

intervala moderari. Ita in Cap. Consideran^dum^ de sa. Excoi. in 6.

4°: Debet fieri sub comminatione Censurae. Ut indicatur in Cap. Sacro. de sent. Excoi. Et confirmatur consuetudine Iudicum, qui nunquam infligunt Censuram, nisi supposita comminatione illius.

5°: Ut a iudice feratur Censura contra eos, qui comicant cum excoicato in locutione, et in aliis, ob quem iure incurrit excoicatio minor, prerequirit etiam Canonica monitio, qua ille, qui censura e ligandus, expresse, et nominatim moneatur: ut pro excoicatione maiori disponit in Cap. Constitutionem: et pro omnibus censuris, in Cap. Statuimus: saepe alegatis.

6°: Ut excoicatio feratur ab hoc prerequirit quod admonitio fiat coram personis quibus possit iuridice probari: ut disponit in illo Cap. Sacro. — Deniq. nota via. Primum predictum sex requisita, intimata esse in ista monitione Canonica definite, ut vidimus Cap. 2: placuit tamen minutius ac distinctius exponere sub presenti Cap°.

Tum ex dictis nota, seu collige, monitionem ut sit Canonica complete et competens (id est quibus prerequirit iure Canonico) pro ferenda quacumq. Censura, sive excoicatione, sive suspensione, sive interdicto requirere quinq. priores conditiones, scilicet quod sit prescriptiva, iuridica, trina, comminans Censuram, ac deniq. expressa et nominatim, quae fert contra comicantes, cum excoicato: at pro excoicatione ferenda, non solum requirunt illa quinque priores conditiones, sed etiam 6ª, videlicet ut monitio fiat coram testibus. Tum nota, Censurae sunt ferendae non premissa monitione coram testibus, interdicti ab ingressu Ecclesiae per unum mensem; et aliis paenis mulctandos

sivimum fuerit expedire: ut habetur in Cap. Sacro-
de Sent. Excoi. Pro cuius pene explicatione vide
Plem Thesaurum p. 2. verbo Censura cap. 1.
Adverte tamen, interdictum illud seu poenam non pro-
cedere contra Episcopos; quia de illis non est facta mentio,
quae fieri debet in speciali, ut alicui poenae subiace-
ant: Ita P. Thesaurus ibi ex Cap. quia periculo-
sum. de sent. excoi. in 6.: cum Sairo, Suarez,
et aliis.

Quaestio: qualis requiratur monitio Cano-
nica ad ferendam censuram a Iudice: Nimirum talis,
ut sine tali monitione solum invalide ferat Censuram.
1. an talis ut sine monitione Censura ferat invali-
de? Suppono, non omnes conditiones prerequisitas a iure
in monitione previa ad lationem Censurae a Iudice, de
quibus diximus in dilucidatione quaestionis praecedentis,
eodem modo requiri; aliae enim requiruntur ad valorem
censurae, aliae ad solam censurae rectitudinem; ~~ut~~
sequentibus patebit.

Dico igitur 1o: quod monitio sit praeceptiva, et
iuridica, et quod usque ad notitiam rei perveniat re-
quiritur ad valorem censurae: ita ut aliter lata
sit nulla iure naturali ecclesiastico. probatur: quia aliter
non fert Censura contra inobedientes Ecclesiae, aut
eius ministris; quod est contra eius institutionem, seu naturam
quam habet ex institutione Ecclesiae.

Dico 2o: quod sit trina, vel una pro tribus
et cum competentibus intervallis, etiam quando neces-
sitas non patitur ea moderari, non est necessarium ad valo-
rem Censurae, sed ut licite fiat. Ita P. Thes.
et Villalobos apud Dianam p. 9. tract. 9. reso-
lut. 28. a quibus ipse Diana non videtur dissentire.
Et P. Crespus. cum eum dicit probabile.

Prob.: quia ad valorem censurae, ex suo fundamento
requiritur ultra, quam Canonica monitio iuridica.

qd 2°. Verum quamvis censura ferat a Iudice dele-
gato; cum solum quando in delegatione non exprimitur
quod servet trina monitio: {in qua pro tribus cin-
que Auctores conveniunt} sed etiam quando id ex-
primitur; ut cum Patre Vasq. contra non nullos
advertit Hurt. difficult. 20. n. 89.

Neque quamvis unica monitio ad valorem
censurae sufficiat; ut tamen ferat licite, praemitti
debent tres, aliquo dierum intervalo distinctae.
nisi periculum sit in mora: in quo casu posset
Iudex unicam monit. praemittere, in illo
tamen temporis concedat quantum satem deliberationis suf-
ciat.

Dico 3°. quod monitio fiat sub comminatione
censurae, non est necessarium ad valorem censurae, sed tantum
ut licite ferat. Ita contra Patres Avilam, Coninh,
Dianam p. 5. tract. 9. resolut. 99. et alios, indicunt
Cobarrubias, et Vasq. quos refert, et sequitur P. Hurt.
ubi supra. Probatur: quod dicta comminatio non requirit
ad censurae valorem iure mere ecclesiastico, nam
nullum tale extat: nec iure naturali censurae ex
suppositia eius institutione (quod dici solet ius natale
ecclesiasticum) quia iure naturali sine natura ipsius censu-
rae, sufficit quod praesupponat contumacia seu in-
obedientia erga Ecclesiae, ad quam sufficit quod fiat
contra simplex ius, aut praeceptum Ecclesiae, seu mi-
nistrorum eius, absque comminatione censurae; ergo haec com-
minatio ex nullo iure, neque positivo, neque naturali,
requirit ad valorem censurae.

Dico 4°. quod praedicta monitio canonica mo-
neat nominatim, qui ligandus est censura excommunicationem
cum excommunicato in locutione, et in aliis, ob quae iu-
re incurrit excommunicatio minor, praerequirit ad valo-
rem talis censurae. Ita P. G. Hurt. illa difficul-
tate 20. n° 86. Et probat ex variis locis Iu-
ris Canonici; et praesertim, cap. Statuimus in cap.

conditionem constituit in cap. Statutum saepe alle-
gatis. Unico in litis ad valorem illius censurae etiam
requirit, quod sit canonica, seu competens. Mitto
alia iuris loca apud praedictum Doctorem legen-
da.

Ex quibus, ad valorem cuiuscumque censurae latae participantibus,
sive excommunicatio sive suspensionis sive interdicti obiici-
catur cum excommunicato in praedictis, ut probabilissimum
tenendum censeo requiri monitionem cum supradictis
conditionibus requisitis; hac distributione ad valorem
suspensionis et interdicti monitionem cum quinque prioribus
conditionibus; et ad valorem excommunicationis etiam
cum secunda extractis, in solidum quae in praecedentis.

Cap. 6.

Nonnullas quaestiunculas specialiter explicat.

Prima quaestiuncula: an ad formam censu-
rae pertineat ut reus admoneatur? Diana videtur
negare, sed est error typografi, ut notat in
summa novissima verbo Censura nº. 22. Indu-
bitanter enim respondendum est affirmative ex capit.
Romana, de sent. excom. in 6º. Et probatur;
quia nullus potest censura ligari, nisi ecclesiam non
audierit et sit contumax. Contumax autem
est quis tripliciter, quia scilicet aut vocatus ad iudicem
non comparet, aut comparet, discedit ante licentiam
s. sum iudicis, aut, si comparet, et expectat tum
iuris ~~et~~ non vult postea parere sententiae. Vide Diana
p. 2. 9. tract. 9. resolut. 99. cum seq. et Avila
ex Canonic. ordin. est d. 11ª q. 3.

2a quaestiuncula: an saltem censura ferri
possit sine monitione, quando absque illa constat de con-
tumacia rei, ut si ... cum iuramento asseveraret

se monicionibus Cu juri durum? Afirat Sairum male citans pro se Covarrubiam. Cur Thelonium. Melius negant P. Suarez, Cur Correxo, quos refert & sequitur Diana p.te 5. tract. 9. resolut. 19. fine. Imo nec posse reum cui iuri monitionis cedere putat Cornexo. Ego melius adhuc in tali casu non posse licite ferri Censuram sine monitione at si ferat, valide feret, (nam ut supra dixi, et infra repetam) monitio non requiritur ad valorem Censurae, sed ad rectitudinem, sive legalem iustitiam.

3a quaestiuncula: An praelati regulares teneantur in Censuris, maxime excomunicationibus, praemittere ordinem monitionum? Afirat Diana p.te 5. tract. 9. resolut. 20.a cum P. Avila et aliis auctoribus. Prob: quia licet praelati Mendicantium habeant privilegium ut possint ferre sententiam excomunicationis solo verbo sine scriptis, ut habetur in Compendio Minorum verbo excomunicatio § 7. non tamen habent privilegium ad omittendam Canonicam monitionem.

Hanc divisionem limitant ibi Cornexo et Sairus, ut intelligatur, quod praelati regulares praecipiunt aliquid quod non continetur in regula Ordinis, aut in regularibus observantiis, quas docere solemus ius regularis; secus vero quod id, quod praecipitur in illis continetur: quia tunc, inquiunt, optime possunt una et altera tantum monitione excomunicare. Sed melius videtur dicendum cum Diana ibi, attendendam esse consuetudinem talis Religionis, et si legitime fuerit praescripta, praevalebit contra ius commune tam antiquum.

4a quaestiuncula: An Censura ferenda essetur requiratur monitio? Prima sententia afirat. Ita Victoria, Sotus, Ledesma, apud Dianam p.te 5. tract. 9. resolut. 19. 2.a sententia negat requiri monitionem

ad Censuræ in com̄i: Etiam quia aliquando sine monitione valida est, ut sæpe diximus; et sæpe necessaria est. Idem Diana cui cum Panormitano, facchino, Cordula, Michaele de S. Ludovico, Almaino, Cornexo, Jordino, et aliis. Sed licet non ad omnem speciem Censuræ, nec semper monitio esse sit; ad aliquam in saltem in aliquibus eventibus, esse petit monitio: ut multis diximus.

Disputatio 12.

De accidentalibus concomitantibus ferentis Censuræ hominis.

Diximus de accidente ferentis Censuræ antecedente s. monitione Canonica. Sequitur de accidentibus concomitantibus ferentis Censuræ hominis videmus. Hæc accidentia sunt tria, ut constat ex cap. 1. de sententiæ excommunicationis in 6º. Primum quod scribatur Censura: 2um ut exprimatur culpa illius contra quem applicatur. 3um quod tradatur exemplar Censuræ parti petenti intra mensem. De quibus omnibus, quæ necessaria sunt, aestimo tradenius, et quidem non loquimur de concomitantibus Censuram Juris, hæc enim constans extrahitur de legibus: sed tantum quærit de ferente concomitante Censuram hominis, quæ ponit in dicto cap. 1. et ad quem ea tria requiri diximus.

Primum (s. scriptura Censuræ) quod requiratur ostendit: quia Censura debet esse determinata quoad speciem, quoad tempus, et quoad personam; sed hæc magis cognoscuntur per scripturam; ergo necessaria est scriptura; vel aliud quod equivalens. necessaria tamen, non in effectu sed accidentali ex juris dispositione: quatenus sine scriptura, Censura est quidem valida, sed illicita.

Objicies: scriptura est de esse sententiæ.

C. ij. fin. de re iudicata &c. quod scriptura non est forma accidentalis, sed essentialis. Sed eo enim non est verum in sententia seu Censura medicinali; si non esset de essentia scriptura in medicina, sequeretur ligaturum Censura sine scriptura, et sine expresione causae non esse absolvendum; quia privatio supponit habitum lege decem. diff. de verborum oblig. seu absolutio Censurae, supponit Censuram; sed est absolvendus, ut patet ex dicto c. 1. ergo scriptura et expressio causae, seu culpae non sunt esse sententiae, seu Censurae medicinalis.

Dum c. 1. expressio causae Censurae) quod requiratur, suadetur: quia Censura applicatur ut peccator resipiscat; ergo est explicanda culpa, a qua debet resipiscere. Confirmatur 1o: quia coicans in culpa, propter quam fuit excicatus coicat in crimine criminoso et propterea incidit in eandem excicationem, qualiter principalis Cap. Si Concubinae. de Sent. Exco.; ergo est explicanda culpa ne quis coicet in crimine criminoso. Confirmatur 2o: quia sic decet, ut Iudex reddens rationem censurae, magis sit cautus in illius applicatione. Confirmatur 3o: quia explicata culpa Iudex superior, ad quem habet recursus, maiorem habebit cognitionem, an sit infirmanda, vel confirmanda Censura.

Obiicies: non est exprimenda causa in sententia, cap. fin. de re iudicata, sed Censura est sententia; ergo in censura non est exprimenda illius causa, nimirum culpa.

Respondeo licet et ad alteram superiorem obiectionem, maiorem fallere, seu non esse veram in sententia medicinali, qualis est Censura; licet forsan vera sit in sententia vindicativa; de quo in praesenti non disputo, ideo nec annuo, nec abnuo.

Tertium c. 1. traditio exemplaris Censurae parti patenti) quod requiratur, convincitur: quia is contra quem est applicata Censura, innocens est defendendus, [illegible]

nocens vero dever resipiscere a culpa, sed hæc facilius fieri possunt, tradito Censura exemplo. ergo Convenien est illud tradere. Immo Ordinarium ex Iure Canonico ad Iudicialem achisse procedendum in lata Censura.

Obiicies: traditio exempli fit post applicationem Censuram; ergo non est forma concomitans ipsam Censuram, sed forma eius vera Censuram subsequens. Respondeo negando consequentiam: quia traditio exemplaris, post applicationem Censuram de proximo seu illico facienda est; et ideo communiter dicitur a Doctoribus forma Concomitans, per regulam iuris dicentem, quod de proximo fiunt, censentur inesse, lege secta. ff. si certum pet. Et hæc quoad formam accidentalem concomitantem Censuræ hominis.

Ad secundum nota, quod alibi dixi; nempe tales pertinere ad formam Censuræ, ut feratur in scriptis cum expressione causæ, et traditione exemplaris intra mensem petenti; ut alias temere facientes peccant mortaliter, et incurrant suspensionem a divinis, et ab ingressu Ecclesiæ per mensem. De quibus penitus bene agit Pater Thesaurus parte 1. verbo Censura Cap. 2. Ubi notat, Eius non incidere Episcopos, quia de eis non fit mentio expressa in eo Cap. 1. de sent. excom. in 6o. ubi prædictæ pænæ habentur.

Prælati vero Mendicantium habent privilegium ferendi excommunicationem contra personam particularem solo verbo, sine scripto, ut attingimus disputatione præcedente. 11. Cap. 6. in quæstiuncula 2. ubi docent Tholosanus, et Gemmentis, apud Patrem Thesaurum ibi Cap. 11. fine, licet ipse cum Navarro Hugolino, et Cardinali, oppositum teneat; sed immerito.

Disputatio 12.

De forma accidentali Consequente Censuram, nempe de nuntiatione.

In praesenti duplicem regulam de denuntiatione Censurae statuemus, et exceptiones et quasdam ampliationes. Igitur denuntiatio est publicatio Censurae facta in certam personam, ad hoc ut omnibus nota sit. Quae definitio omnia exigit ad rationem denuntiationis. Tum quod sit publicatio Censurae: patet ex Extravaganti unica, in fine, de sent. excom. Quod fiat in certam personam: patet ex Clemen. 2. de locorum. de poen.: ubi dicit Censuram debere esse declaratam quoad personam per Clericum loci ubi fit denuntiatio. Tum ut omnibus innotescat: quia finis denuntiationis est publica notitia. Hoc posito videamus, quae Censura et a quibus, ac quo modo sit denuntianda.

Prima regula sit: Censura hominis latae sententiae est denuntianda. Probatur 1o: quia est denuntianda excommunicatio, Cap. Parrochianos, et Cap. Conquesti, de sent. excom.; et est denuntianda suspensio Clem. 2. de poenis; et denuntiandum est interdictum Clem. fin. de sent. Ergo omnis Censura ex sufficiente partium enumeratione est denuntianda. Probatur 2. quia excommunicatio est denuntianda, ut excommunicatus excludatur ab Ecclesia, ad hoc ut propter rigorem ejus resipiscat; et ut cum eo, non in audiendo, quae contra se dicit, Extravaganti ad vitanda; suspensio similiter et interdictum, sunt publici actus exequendi; ergo sunt denuntiandi.

Secunda regula: Censura juris latae sententiae est denuntianda, facta scilicet declaratione per judicem cum causae cognitione praecitata, per quam declarat, certam personam incurrisse in hanc juris Censuram Cap. pervenit. § 1o ubi Doctores, de appellat. Regula continet duas partes. 1a suadetur: quia juris Censura non nominat certam personam; ergo illa est declaranda per

proprium Judicem. Et ostenditur: quia declaratio est actus judicialis; ergo publicus publicitate Juris; ergo facienda est cum causae cognitione parte citata; notitia non publica, quae parit publicitatem Juris, fit parte citata cum causae cognitione. Hae regulae non nullas fallentias, seu exceptiones, et insuper non nullas ampliationes patiuntur.

1 Prima exceptio: denuntiatio non est facienda in sententia nulla, cognita nullitate per scientiam publicam a mero executore. Probatur: quia non licet peccare mortaliter ad instantiam Judicis praecipientis, cum magis opporteat obedire Deo quam hominibus: ergo non licet exequi falsitatem, cum sit peccatum mortale, cap. 2. de Crimine falsi: sed denuntiare censuram nullam est falsitas cum reus non sit ligatus, et declarat censura ligatum, et sic est difformitas inter rem et denuntiationem; ergo est falsitas; ergo nulla censura sive hominis sive Juris, invalida, et cognita invaliditate, non est licita denuntiatio.

2 Secunda exceptio: denuntiatio non est facienda in censura (sive Juris, sive hominis) injusta commutative, cognita injustitia per executorem mera scientia publica, quae sumit processum. Probatur: quia executor hic est persona publica; ergo tenetur sequi scientiam publicam. Ita communiter docent Theologi cum S. Tho. 2.a 2.ae q. 67. art. 2. et Canonistae in cap.o Pastoralis. §. quia vero. de off. de leg. Sed ex tunc scientia censura est commutative injusta, ergo illam censuram denuntiare est cooperari in malo, quod non est faciendum ad superioris instantiam quantumvis efficacem, ferventem, et improbam.

3a Exceptio, complectens in indice ea, quae in duplici priori exceptione dicta sunt de executore, sit: denuntiatio non est facienda per Judicem, quando Judex principalis cognovit per scientiam

publicam invaliditatem vel iniustitiam commissi-
tiam censurae: Probatur: quia si iudex principalis exe-
queretur hanc censuram invalidam, committeret fal-
sitatem; et si censuram iniustam exequeretur conti-
nuaret in malo [illegible], sed non licet committere fal-
sitatem, nec continuare malum intrinsecum; ergo in
dicto casu non licet denuntiare. Hactenus de [illegible]
sentiis, seu exceptionibus praedictae duplicis regulae;
transeamus ad ampliationes.

Prima ampliatio utriusque regulae
sit: denuntiatio est facienda ab executore, in cen-
sura iniusta legaliter vel moraliter tantum provenienti-
bus defectibus ex solo iudice. Probatur: quia tunc
executor non cooperatur huiusmodi iniustitiae; nec
falsum dicit; non enim denuntiat illam censuram esse
legaliter et moraliter iustam, sic enim falsum diceret,
et consequenter peccaret; sed solum denuntiat censuram,
quae ex pravo iudicis affectu mala sive iniusta
est, quam iniustitiam ipse executor, nec agit, nec
coegit.

Secunda ampliatio: denuntiatio facienda est
etiam a iudice principali qui potest praecipere cen-
surae denuntiationem [blot] iniustae moraliter vel legaliter:
quoniam huiusmodi iniustitiae sunt transeuntes, et
tamen non perseverant, licet enim latio censurae fuerit ex
pravo affectu vel quia non praemissis debitis monitio-
nibus; at talis affectus et defectus iam tran-
sivit; ergo iudex denuntians, aut praecipiens de-
nuntiationem non continuat per huiusmodi praecep-
tum iniustitiam; de qua ipsum iam poenituit.

Tertia ampliatio: denuntiatio est facienda
ab executore, etiam quando censura est iniusta
secundum scientiam probatam habitam a iudice vel perso-
na privata, vel secundum scientiam divinam habitam in foro
confessionis; si executor timeat grave aliquod

damnum in vita, aut re familiari: et nequeat se excusare ab executione. Dico, et nequeat se excusare ab executione; quia si posset tenebitur se excusare, et denuntiationem illi exequi ne denuntiet innocentem ut nocentem, ita Guadellius q. 3. art 7. cum S. Thom. Cordubâ, et aliis Theolog.

Dixi insuper, si executor timeat grave aliquod damnum in vita etc. Prob. 1°: quia Censura levius malum est quam morte, infamia, et amissione rei familiaris; facile enim reparari potest per absolutionem ablata contumacia; ergo Censura infligi et denuntiari potest ex allegata et probata etiam contra privatam scientiam veritatis. Si vero [redacted] executor grave damnum non timeat omittens denuntiationem debet illam omittere; ne sine causa gravem Censuram pecans[redacted] in verè innocentem, et si iusta allegata nocentem. Prob. 2°: ex cap. Inquisitioni de sent. excom. ex quo constat per scientiam privatam impedimenti matrimonii illud dirimentis tenetur maritum exequi sententiam iudicis iustam secundum allegata et probata, ut reddat debitum cum Maria ut propria uxore; ergo similiter tenebitur executor obedire iudici praecipienti denuntiationem ex scientia publica, quando tale executor habet scientiam privatam de innocentia denuntiandi.

Obiicies: supra disp. 8. cap. 9. diximus non posse iudicem morte, aut mutilatione gravi, damnare verè innocentem etsi ex allegata et probata nocentem; nec posse ministrum exequi talem sententiam iudicis contra scientiam privatam de innocentia damnati; ergo similiter nec iudex poterit censuram infligere, neque executor illam denuntiare contra probatum iuridice reum, re vera, et ex certa privata scientia, sive iudicis, sive ministri insontem. Resp. concedendo antecedens; quia illa mala sunt irreparabilia

agravissa, quae ideo nequeant infligi in vera intentione: agnegato consequenti: quia Censurae non sunt adeo gravia mala, cum facile reparari possint per absolutionem ablatam communicationem. Ad hanc divinam intelligenda sunt, quae tradidimus loco proxime citato

Sectio 4a.

De causa materiali proxima Censurae, sive de Causa propter quam Censura incurritur, nempe peccato.

Materialis Causa Censurae est duplex: remota, et proxima. Illa est subiectum capax Censurae, de qua Sectione sequenti agemus. Ista vero est Causa propter quam Censura incurritur, nimirum peccatum. De hac in praesenti sermonem instituemus.

Disputatio. 14.

Faciliora promittit, ac difficiliora examinanda proponit.

Supponendum potius, quam disputandum est 1o. quod cum Censura sit poena spiritualis spiritualis medicinalis, non potest applicari nisi propter culpam ad quam habet habitudinem tum poenae, tum medicinae spiritualis ut innuitur in Capite 18. Mathei si peccaverit in te frater tuus etcetera si Ecclesiam non audierit etcetera. Quodcunque ligaveris etcetera Hinc fit culpam fidelis esse causam impulsivam movendam Ecclesiam

ad Censuram ferendam; eiusdem vero fidelis resipiscentiam esse proximum Censurae finem. Itaque adaequatam vocare poteris Causam impulsivam Censurae, scilicet ca[...] malam proximam, ea nempe est, quam Ecclesia per Censuram intendit curare, ac punire:

Supponendum est 2o id, quod ex proxime dictis sequitur, videlicet, non sufficere solam voluntatem [...] sed requiri quod praecedat aliquod peccatum. Ecc[...] Probatur 1o: quia [...], quae punit innocentem est omnino nulla, cum sit contra rationem; sed eiusmodi [...] Censura, sive [...], puniret innocentem; ergo etc. Probatur 2o: Nam potestas data Ecclesiae est in aedificationem, non in destructionem; sed si Praelatus posset prohibito imponere poenam Censurarum nullo praecedente peccato, esset in destructionem fidelium Ecclesiae; ergo etc.

Supponendum est 3o, illum, qui ponit Censuras, non posse illas imponere per solum actum interiorem, ut dicendo interius Volo et mando, quod qui tale delictum commiserit, maneat excommunicatus vel suspensus; sed requiri actum exteriorem quo manifestet suam voluntatem. Ita supponunt omnes doctores. Et probatur 1o: quia potestas Ecclesiae ad ferendas Censuras pertinet ad forum exterius; ergo etc. Probatur 2o. Nam ut Censurae comprehendant, requiritur quod ille, qui in eas incidit, possit cognoscere se incurrisse, ut [...] quaerat remedium; ergo requiritur quod imponantur aliquo signo exteriori. De hoc plura in superioribus dedimus.

His igitur positis, multa in praesenti examinanda occurrunt: Primo quaeritur An Censura ferri possit solum propter peccatum mortale, an etiam propter veniale. Secundo An ad Censuram ferendam sufficiat culpa praeterita, vel requiratur etiam contumacia. [...] Censura ferenda sit propter peccatum [...]

...ram an homini? ... An censuram ferri
possit propter culpam internam? 3um. An actus ex-
ternus per quem incurrit in censuram, debeat esse
in sua specie consummatus? 4um. An censura la-
ta contra facientes, etiam comprehendat consulentes,
et mandantes? et alia his annexa, nec insipida,
nec infructuosa versabimus.

Disputatio 19.

Propter quodnam peccatum ferri possit censura, mortale, an veniale?

Cap. 1.

In nulla praemittit. ...

Primum suppono ex S. Tho. 1a 2ae q. 88.
art. 1. discrimen esse a posteriori, seu ab effectu inter
culpam mortalem et venialem; quia s. mortalis
infligit poenam aeternam, venialis temporalem.
Et in hoc omnes conveniunt. De discrimine vero a priori,
inter Haereticos et Catholicos est dissensio, nam
Haeretici tribuunt causam voluntati Dei, som-
niantes, Deo ~~~ unam culpam esse gravem, alteram
levem, quia Deus ita illas ponderat; Catholici vero
recte dicunt, Deo voluntatem divinam magis odio ha-
bere mortalem culpam, quam venialem, quia maior de-
formitas est in mortali, quam in veniali.

Nec mihi placet discrimen Alexandri
de Ales, quod culpa mortalis est contra, et veni-
alis praeter praeceptum, nam venialis est etiam contra
praeceptum rectae rationis. Neque placet opinio Scoti,
quod mortalis est contra praeceptum, venialis contra con-
silium, quia contrahens sacramentum matrimonii non
peccat venialiter, si facit id contra consilium ab
Apostolo explicatum 1 Corint. 7. Neque placet
dictum Caietani, quod mortale est contra ...

finem, et veniali circa media ad finem; quia tam circa ultimum finem, quam circa media ad finem, potest esse culpa mortalis, et venialis.

Placet igitur opinio Patris Vasq. 1.2. disput. 143. cap. ultimo, quod mortalis culpa est contra praeceptum necessarium ad salvandam charitatem simpliciter, et ideo, quia est in una parte ex perfecto voluntario, et ex perfecta deliberatione. Venialis autem est contra praeceptum necessarium ad servandum fervorem charitatis, non autem ad servandam charitatem simpliciter, videlicet ex una parte, et ex imperfecto voluntario, vel ex imperfecta deliberatione.

Tum suppono constare inter Doctores, ut iam supposui disput. praecedenti, censuram stricte sumptam non posse ferri valide (et consequenter, nec incurri) nisi ob peccatum, seu culpam; quia censura est poena, quae necessario requirit culpam. Mitto alia ibi, et saepe alibi repetita.

Tum suppono constare etiam inter Doctores (et de hoc specialem postea conclusionem proponam) excommunicationem maiorem non posse ferri, et incurri nisi ob peccatum mortale, regulariter loquendo, minorem vero forte ob solum veniale. Quale autem deberet esse hoc veniale, scilicet an excommunicationem minorem latam a iure vel generaliter ab homine, quae facile a quovis Confessario absolvi potest; an contra latam specialiter ab homine in foro exteriori, quia gravis poena et difficilis ablatu, postea dicemus.

Tum suppono, difficultatem praecipuam esse de suspensione, et interdicto integre, et plene, ut communiter fiunt, an possint valide ferri et incurri ob peccatum tantum veniale. Dixi integre, et plene, quia si dividantur ab una actione, et ad breve tempus, ut ferri possunt more nostro iudicio, possunt ut poenae leves ferri, et incurri ob peccatum solum veniale.

Circa difficultatem 1am sa locet suspen-
sionem et interdictum etiam integre sumpta [illegible]
dictum esse posse ferri et incurri ob peccatum tan-
tum veniale. Ratio est: quia etiam excommunicatio minor po-
test, et tamen est maior poena, quam suspensio et in-
terdictum, adhuc plene. Communiter docent, ita
Caietanus, Navarrus, Henriquez, Avila,
Medina, quos refert et sequitur P. Avila parte
disp. [illegible] dub. 34.

Secunda et probabilior opinio negat
posse suspensionem plenam ferri et incurri ob veni-
ale. Ita P. Suarez, P. Valq. Sohy, Cornejo
Pi. Filliucius, P. Coninck, et P. Hurt. quos refert
et sequitur Diana parte 5. tract. 9 resolut. 47. fi-
ne, et tract. 10. resolut. 19. Addit eadem 2a
sententia, nec interdictum personale speciale posse ferri
pro culpa veniali. Ita Suarez 3. Valq. Coninck,
Laiman, Bonacina, quos referunt Hurt. di-
fficult. 10a no. 43. et Diana resolut. 78: quam
tamen ille sequitur, istam probabilem vocat.

Cap. 2um

Quaestionis dirimitur Conclusio triplex.

Prima est: Censura maior non potest
applicari nisi pro peccato mortali. Nomine Censurae
maioris intelligo excommunicationem maiorem sus-
pensionem et interdictum plene sumpta, et non veni-
aliter, et quia pro eo non altero dico; hac non ve-
niale ferri possunt etiam censurae maiores pro
culpa veniali, sic non poenae leves levibus culpis ap-
plicant. Insuper excipio interdictum particulare
personale parum (id est non communicandi cum [illegible]) ba-
num a divino [illegible] generaliter ab homine, et non reservatum.
Ratio: quia sic late interdictum potest auferri
a quovis confessario ordinario, et quia facile patet

auferri sit pena levis, contra proportionata levi peccato.

Probo tam 1o predictam dem quia da natura crudeliter applicaret medicus pro levi infirmitate medelam gravissimam, et similiter imprudenter appli[c]aret pro egritudine exigua medelam magnam; ergo crudeliter et imprudenter Ecclesia, seu iudex ecclesiasticus applicaret pro levi culpa magnam censuram, que est spiritualis medicina.

Probo 2o. quia Censura maior est ultimus gradus correptionis fraterne Cap. 18. Mathei. sed correctio fraterna non fit nisi pro mortali, pro quo corripiens lucratur correctum alias perditum. ergo censura maior non est facienda nisi pro mortali.

Probo 3o. quia suspensio et interdictum plene lata sunt ex obiecto gravia mala, et quia non possunt facile auferri, sicut aufertur excommunicatio minor, quod sint maior pena, quam excommunicatio minor; et quamvis non reserventur, adhuc non possunt auferri a confessario ordinario, sicut potest auferri excommunicatio minor; ergo non possunt applicari nisi ob culpam gravem. [Doctrina] huius 3e probationis patet ex cap. [quamvis] dedi[mus] de iudiciis ... et etiam probat da conclusio 1. illud interdictum facile ablatum ferri posse ob culpam levem, ob illam facilitatem ablationis fit censura minor, sicut et excommunicatio.

Probo 4o. et in speciali discurrendo per omnes maiores censuras; quia excommunicatio maior non datur nisi pro mortali; tum quia ita dr. in cap. Nemo Episcoporum 11. q. 3. tum etiam quia per illam tradi[tur] excommunicatus Satane 1a Corinth. 5. quod non nisi pro mortali est faciendum. et similiter suspensio, et interdictum, que sunt maiores pene, non nisi pro mortali sunt applicande; tum quia debet esse proportio inter culpam et penam Cap. felicis. [§] illud autem de penis in 6o.

Item etiam: quia inter meritum et praemium debet esse proportio, ut patet, et Iustitia praecipit; ergo etiam proportio esse debet inter poenam et culpam.

2a Concl.: Censura minor applicatur pro culpa veniali. Prob. 1o: quia sic proportionatur culpae poena. Prob. 2o: quia medicus pro levi infirmitate applicat medelam levem; ergo et Iudex Ecclesiasticus pro levi culpa censuram levem. Prob. 3o: quia excommunicatio minor contrahitur pro communicatione in humanis cum excommunicato denunciato, c. notorio Clerici percussore, Cap. nuper de sent. excom. sed haec communicatio ratione levitatis materiae est venialis; ergo Censura minor contrahitur pro culpa veniali.

3a Concl.: praecedens doctrina intelligenda est de Censura minori, quae facile possit auferri, scilicet a Confessario ordinario, sive sit lata a iure, sive generaliter ab homine. Et ratio est: quia omnibus pensatis est poena levis, nam licet ex obiecto sit grave malum, ob maximam tamen facilitatem, qua auferri potest, est levis. Si vero minor Censura, seu excommunicatio minor, specialiter feratur ab homine, ferri nequit nisi ob culpam gravem: quia talis Censura minor solum potest a Iudice in foro exteriori auferri; ac proinde tunc esset gravis poena, quae esset grave malum ex obiecto, et ex difficultate ut auferatur.

Cap. 3.

Obiectionibus respondet.

Obiicies 1o contra 2am conclusionem: si quis non compareat intra terminum coram Iudice Ecclesiastico etiam in re levi, excommunicatur maiori excommunicatione; sed sic non comparere est tantum peccatum veniale; ergo Censura maior valide ferri, et incurri potest ob solam culpam venialem. Consequentia tenet, minor patet. Maiorem tradit Glossa in Cap. Sacro. [illegible]

Resp. dupliciter. 1o cum [illegible] Mart.

hic dist. citatae 10. n. 41. negando maiorem quia licet contendunt Doctores, non parere superiori iure se in ius contrahenti coram illo in re levi, solum esse potest peccatum Veniale in re levi; at pro inde pro eiusmodi inobedientia ad summum potest incurri excommunicatio minor. Respondeo cum Pd. Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 1. et Avasdellio q. 4. art. 3. n. 8. omissa minori, nego consequentiam quia non comparens coram Iudice, dicitur, non committit mortalem culpam ob contumaciam inobedientem, seu inobedientiam contumaciam. Prior solutio displicet ob rationibus.

Obiicies 3o. Excommunicatio minor potest incurri ob peccatum tantum veniale; sed excommunicatio minor est maior poena, quam suspensio et interdictum, adhuc plene et integre lata; ergo suspensio et interdictum integre lata, et pro inde Censurae maiores, ferri possunt ob peccatum tantum veniale. Respondeo nego minorem, licet excommunicatio minor ex obiecto, quo privat aliquantulum gravior; at ex eo quod facile tolli possit, plurimum decrescit comparata cum suspensione et interdicto plene latis. Excepto interdicto personali particulari puro lato a iure et generali ab homine, non reservato ut dixi quod ferri potest ob culpam venialem, utpote facile ablatum. Ut hinc patet ad fundamentum 2dae.

Obiicies 4o. peccatum veniale maius malum est quam Censura maior; ergo Censura maior applicari valide potest pro peccato veniali. Probatur antecedens, quia licet peccatum veniale opponatur fervori Charitatis, opponitur etiam infinitae visioni Dei, et ei infinitae eius fruitioni; ergo privat aliquo modo infinito bono; ergo maius malum est quam Censura maior.

Respondeo concesso antecedente, nego consequentiam, quia non est facienda commensuratio inter culpam et poenam secundum aequalitatem, ut probat obiectio, sed secundum proportionem, ita ut maiori in ordine poenae respondeat maior in ordine poenae culpa, et minori in ordine culpae vel minori in ordine poenae. Cum autem Censura maior sit quaedam maior poena:

in ordine poenae debet esse maior in ordine culpae ac proinde peccato mortali non quo veniali, a cum hoc sit minus in ordine culpae illi correspondebit minor in ordine poena, quod deviatur non lapsit proportionem. Hoc ultima haec notanda est pro solvendis pluribus difficultatibus in alia materia.

Obiicies 4° contra 2am conclusionem: Ecclesia non applicat interdictum minus, et suspensionem minorem pro veniali; imo in utroque non est ea loquendum ergo Censura minor non applicatur pro culpa veniali. Respondeo dupliciter 1o omisso antecedente nego consequentiam, quia 2a conclusio loquitur modo de excommunicatione minori.

Respondeo 2o distinguendo antecedens: Ecclesia non applicat, nec applicare potest etc. nego antecedens; de facto non applicat interdictum minus etc. omisso antecedente. Et quidem voco interdictum minus, et suspensionem minorem, quae ferri possunt pro uno, vel altero die. Unum interdictum personale partiale puta non reservatum factum a jure, vel generali ab homine et communiter facile amovibile, quae suspensio et interdicta pro culpa veniali possunt ab Ecclesia applicari, quidquid sit an de facto in usu sit ea applicare sic.

Obiicies 5° contra eandem conclusionem 2am: Excommunicatio minor cum privet participatione passiva sacramentorum, privat etiam gratia sacramentali, et sic participatione divina et communi videtur malum infinitum, ergo non pro veniali est applicanda. Confirmatur, quia Excommunicatio minor, et reliquae minores Censurae sunt mala gravia, et poenae graves, cum privent rebus spiritualibus, quae sunt bona magna ergo non possunt applicari pro culpa veniali.

Respondeo cum [illegible] in 4o Sententiarum dist. 22 q. 1. art. 2. Excommunicationem minorem non privare gratia habituali sed sacramentali, quae non est absolute necessaria cuilibet fideli, quod si aliquando sit necessaria, vel expediens facile est remedium cum ab unoquoque Confessario possit facile tolli, quoniam non est Censura reservata, [illegible] in Cap. Nuper de sent. excom. Ad Confirmationem nego quod licet Censurae minores excommunicatio, seu [illegible] rebus quibus privant sint mala gravia, ob facilitatem [illegible], quae [illegible]

censend? leuia, prouidere valent fieri prout ista leui. Si vero difficiles sint, quae aufferant Centent ponas graves, tu Censur solum applicandas pro peccato graui ut dixi &c. 3.

Disputatio. 16.

Disp.

An ad ferendam Censuram sufficiat peccatum Commissum vel necessaria etiam sit contumacia.

Praeceptum superioris est duplex: unum praecipiens aliquid sine poena Censurae, immo sine praevia monitione. Alterum praecipiens aliquid praevia monitione, immo et sub poena Censurae. Et quidem transgressio ~~necessaria~~ voluntaria primi praecepti dicitur peccatum commissum; transgressio vero secundi praecepti communiter dicitur Contumacia. Inquirimus igitur ad ferendam Censuram satis sit peccatum Commissum praecise contra praeceptum superioris, ubi non praecedat monitio nec Comminatio ulla poena Censurae: vel insuper requiratur Contumacia seu peccatum Commissum contra praeceptum superioris, quod etiam Continet admonitio et comminatio?

1a Sententia docet: ad applicandam Censuram sufficere peccati novam commissionem, neque esse necessariam Contumaciam. Ita Cordula lib. 2. theologicarum Resolutionum q. 2. 10. Ratio: quia ecclesia potest punire poena vindicativa peccatum commissum externum sine Contumacia, cum sit intra latitudinem suae coercivae potestatis; ergo potest punire eidem peccatum poena medicinali, cum id solum sit intra latitudinem suae potestatis, sed sit poena proportionata peccato commisso. Probatur 2o ex Cap. Statui 86. distinct. ubi excommunicatur qui per duos menses ... pro peccato commisso sine Contumacia. Prob. 3o ex Cap. finali 2a q. 2. ubi imponitur Censura pro peccato Commisso sine Contumacia. Idem habetur in aliis Juribus.

2a et verior Sententia est Soto, Castrensis, Covarruv. et communior, quos referunt et sequuntur Bonacina hic

q.ª 4. art. 4. et Diana in summa verbo Censura nº 22. qui omnes merito docent, Censuram non esse applicandam pro peccato sine contumacia. Prob. 1º: et in Cap.º 18. S. Mathei, post fratris peccatum non applicatur Censura, neque eadem applicatur post fraternam Correptionem, quoniam nondum non superioris non dr transgresio Contumacia, sed applicatur Censura post contumaciam Commissam, non audiendo admonitionem Ecclesiasticam, ergo quia infertur Censura non sufficit peccaminosa Commissio, nisi det Contumacia

Prob. 2º: quia ante Censuram debent praecedere monitiones, ut diximus disp. 11.; ergo ante censuram debet praecedere Contumacia; aliquis enim efficitur frater Contumax propter monitionem superioris transgresionem seu quia voluntarie transgreditur praeceptum superioris admonentis, -f. comminantis, aut aliquid praecipiendi sub pena Censurae infligendis. Prob. 3º. ex Cap.º Certum. Undecima q. 3. ubi statuitur, non esse applicandam Censuram, nisi praecedat Contumacia.

Ad 1um fundamentum oppositae opinionis respondetur, ad applicandam penam medicinalem non solum necessaria esse ea, quae in argumento apponuntur, sed et esse necessarium, ut in institutione Censurae sit praescriptum, Censuram posse applicari pro peccato commisso sine Contumacia; haec enim applicatio est moralis, quae pendet ab institutione; sed, ut probatum est, in institutione Censurae praescriptum est Censuram esse applicandam contra Contumacem; ergo etc.ª

Ad 2um respondetur, non esse censuram sed penam vindicativam applicatam pro delicto commisso, idque colligitur, ex eo quod illa pena non tollitur per absolutionem, prout tollitur Censura, sed tollitur tantum per lapsum duorum mensium. Ita Glossa in Cap. nº 2 nobis. in vers. donec. de Sponsalibus. et sic intelligenda est de suspensione vindicativa: Ad 3um respondetur, illam penam non esse Censuram sed esse depositionem; dicitur enim ibi in praesentia deponi. et similiter respondetur ad alia iura.

Disputatio 17.

Propter quodnam peccatum ferri possit Censura, praesens, praeteritum, an futurum?

Peccatum actuale praesens est quod actualiter committit delinquens, quae si illud prohibuerit sub poena Censurae actualiter dabit propria Contumacia: peccatum vero praesens habituale est, quod commissum fuit et actualiter perseverat, nondum remissum, quod si contumaciam ab exordio contraxit, eandem censebitur dum habitualiter perseverat. Peccatum praeteritum est, quod olim commissum fuit: quod si nondum est remissum dicitur habituale; si vero iam remissum est, fuit peccatum sed iam non est, ac proinde dicitur peccatum praeteritum. peccatum futurum dicitur, quod nondum est, sed erit. Quaeritur ergo an Censura ferri possit propter quodlibet peccatum ex praedictis?

Suppono adhuc Censuram ferri pro peccatis futuris, (idem proportionaliter dic de Censura lata pro peccatis praesentibus vel praeteritis) quando annectitur iuri, aut praecepto, quo praecipit, ut in posterum fiat aliquid, aut quo prohibet, ne in posterum fiat aliquid sub hac aut illa Censura ipso facto incurrenda, quod est ferri pro peccatis futuris, sub conditione, si fiant sive subintellecta, quando si fert, qui furatus fuerit sit excommunicatus. sive expressa, ut quando dicitur, si quis furatus fuerit sit excommunicatus. Hoc posito:

Primo Convenit inter Doctores, Censuram valide et licite ferri propter peccatum praesens data contumacia, et similiter pro peccato praeterito, si praecessit, sed quod contumacia cessavit. Patet ex similibus in superioribus resolutis, maxime disp. 10. cap. 2. num. 1a et 2a, et disp. 11. cap. 1. et de modo ferendi Censuras pro peccatis praesentibus et praeteritis, et quomodo praerequisita sit Canonica admonitio dixi disp. 11. cap. 1.

2o Convenit inter Auctores Censuram valide et licite ferri iure, sive lege pro peccatis futuris.

Patet ex multis obviis Canonibus, et statutis Ecclesiasticis. Quod merito inter doctores convenit, quia latio Censurae medio Iure pro peccatis futuris nullo Iure prohibetur. hoc saepe sequitur in superioribus in causis, maxime disput 26. Cap. 2. et 11. cap. 4.

3º Convenit inter scriptores Censuram posse valide ferri ab homine, seu a Iudice tam generaliter quam specialiter pro peccatis futuris. Patet: quia id nullo Iure irritatur. Est igitur solum difficultas, an censura possit licite ferri ab homine, seu Iudice, pro peccatis futuris.

Prima sententia est multorum Canonistarum docentium non posse licite ferri. Probant ex Cap. Romana, de sent. Excom. in 6º ubi Innocentius quartus ait: Caveant, ne sententias excommunicationis, sive specialiter, sive generaliter pro culpis futuris proferre praesumant. sed verbum illud Caveant videtur significare prohibitionem ergo non potest licite ferri Censura ab homine sive Iudice pro peccatis futuris; Cum in hoc textu videatur prohibitum Iudicibus Censuram ferre pro peccatis futuris.

Secundo et verior sententia docet, id posse fieri licite. Ita Covarrubias, Vasq. Suarez. et communiter doctores, quos refert et imitatur P. G. Hurt. hic difficultate 26. nº 71. Probatur 1º quia id Iudices regulariter faciunt; quod eis licet, nefas non est Iudicare eos communiter efficere, quod non licet. Pro 2º. quia in Capitulo a nobis. 21. de sent. Excom. Et in Tridentino sessione 25. Cap. 3. de reformatione, supponitur id licite fieri. Probatur 3º: quia nullo textu prohibetur id fieri; ergo licite fit: antecedens probatur: et simul refertur duplici solutione quod fundamentum Canonistarum. Prima: quia vox Caveant non continet prohibitionem sed simplicem admonitionem seu consilium, ne id fiat.

Secunda solutio: omisso quod verbum Caveant contineat prohibitionem ne censuras ferant pro peccatis futuris, quod adhuc non prohibetur simpliciter et absolute, sed tantum quando non est rationabilis causa ad sic ferendas censuras

propter peccata futura. Moveor 1o ad hoc supplicandum: q^a in Cap. Romana Iur^o Cavetur, ne ferat Censura a Iudicibus pro peccatis futuris, ois^o (nempe qui tale fecerit sit excommunicatus) nisi q^do peccatum, seu Culpa praecedit, id e, nisi q^do peccata similia ei, quod vitandum fert Censurai fuerint Commissa; ergo si haec causa rationabili occurrerit, poterit ob peccata futura ferri Censura.

Moveor 2o ad id supplicandum: q^a in praedicto Cap. Romana Iur^o Cavet ne ferat Censura pro peccatis iam Commissis exigentibus satisfactionem ut fiat satisfactio; nempe, qui tale furtum fecit, sit excommunicatus, nisi intra tale tempus satisfecerit, nisi q^do mora praecessit, id e, nisi debita satisfactio iam sit in mora; aut nisi pro quolibet mo ex his duobus ferendi Censuras pro peccatis futuris, aut iam commissis, sit alia rationabilis causa praeter assignatam pro quolibet; ergo interveniente Causa rationabili ferri potest Censura pro peccatis tam futuris, quam iam commissis, et solum eo Cap^o Romana prohibebit, ne ferat Censura pro iis peccatis sine rationabili causa.

Disputatio 18.

An Censura possit valide ferri ob culpam pure internam?

Cap. 1.

Affirmativa sententia refertur.

Culpa pure interna dr quae nullo mo exiit in actum exteriorem; ut desiderium occidendi Clericum, et Haeresis mentalis, seu error mere interior Contra res fidei cum pertinacia absq ullo signo exteriori. Quaerimus itaq, an

ad validitatem Censurae sufficiat cuiusmodi culpa pure interior, vel requiratur, quod praecedat aliqua exterior?

1a Sententia docet, sufficere culpam pure interiorem ut valide contra illam ab Ecclesia feratur Censura: ista concedit Haereticum pure interiorem incurrere excommunicationem latam contra Haereticos: sic Glossa, Panormitanus, Tiraquellus, et alii Doctores Canonistae: item ex Theologis Adrianus, Medina, Corduba quos refferunt P. Avila tom. 2 p. 2. dub. 9. et P. G. Hurt. difficult. 22. n.o 73. et Carolus Antonius Thesaurus in praxi de poenis Ecclesiasticis p. 2. cap. 5. A quibus non dissentiunt, sed potius dirimendi procedunt Canonistae communiter docentes poenam latae sententiae posse inferri pro peccato interiori, et omnino occulto, non poenam ferendae sententiae nisi pro actu externo. Vide eundem P. Thesaurum.

Probatur 1o ista haec 1a Sententia: quia potestas Ecclesiae est spiritualis; ergo potest praecipere et prohibere actus pure internos et spirituales, et inobedientes praecepto, aut prohibitioni Censuris punire. Probatur 2o: quia Ecclesiae data est potestas gubernandi fideles, illos dirigendo ad Caelum, pascendo Joannis 21., ligando, et solvendo Matthaei 16. sed ad hunc finem est necessarium regimen fidelium, non solum quoad actus externos, ut audire missam; sed quoad internos, ut credere, amare et sperare; ergo Ecclesia quoad illos poterit fideles regere praeceptis, et prohibitionibus sub Censura.

Probatur 3o: quia de facto exercet Ecclesia potestatem et Jurisdictionem super actus internos illos praecipiendo, prohibendo, aut ab illis absolvendo; ergo etiam poterit excommunicare pro illis, si sint mali. Antecedens ostenditur, quia Ecclesia absolvit culpam internam, illam reservat, irritat votum internum, dispensat in voto interno, et quando definit aliquid de fide obligat ad interne credendum illud. ergo etc.

Probatur 4o: quia Ecclesia de facto punit aliquos actus internos ergo etc. Antecedens tradunt varii Exempli. Primum in Clementina 1a de Statu Monachorum imponitur excommunicatio

qa

Contra religiosos, maxime Monachos Benedictinos, qui absq licentia suorum Prelatorum pergunt ad Curias Principum animo eos accusandi, seu illis nocendi. 3o exemplo: In Cap. unica. de Schismaticis in 6. Excoicant, qui certas personas ibi numeratas habuerint pro Cardinalibus. 3o exemplo. In Canone siquis dist. 30. anathematizant qui in die dominica Jejunant in contemptu eiusdem diei. 4o exemplo: in pluribus Canonibus Conciliorum anathematizant, qui Crediderint [illegible], quod impii docuerint.

Prob. 5o. qa Ecclesia de facto praecipit aliquos actus internos; ergo habet iurisdictionem in illos. Ant. probatur Ex cap. dolentes. de Celebratione Missarum, ubi Clericis recitantibus Divinum officium Ecclesia praecipit attentionem aliquos actus internos. ergo habet iurisdictionem in illos. Ant. prob. 10 Ex Cap. dolentes de Celebratione Missarum ubi clericis recitantibus Divinum officium Ecclesia praecipit attentionem, et devotionem; eandem videtur praecipit Residentibus in Choro; unde per fructum substractionem punit Beneficiatum voluntarie distractum in horis canonicis. Prob. 2o Ex Clementina 1a. de Hereticis § Verum ubi Ecclesia praecipit sub excoicatione ne Inquisitores amore vel odio aliquid faciant, vel facere omittant.

Prob. 6. qa Ecclesia punit aliquando eos, qui omittunt actus externos; ergo nunc solum punit actum interiorem, quo vult homo omittere exteriorem actum. Ant. prob. in multis exemplis. 1o. Luteranus, qui Credit Corpus Christi non esse vere in Eucharistia non audit Missam, quamvis non aliter manifestaverit exterius suam Heresim incurrit excoicationem. 2o: qui non defendit Ecclesiam Contra hereticos, cum possit, et teneatur, ex iuridicum a percusione, cum possit, et teneatur ex iudicium incurrit in excoicationem Canonia, [illegible] etc. Cap. quanta de sent. Excoi. et ipsum Doctores [illegible] Coit ibidem. 3o: qdo in edicto Prelatorum mericipit sub excoicatione [illegible] denuntiari aliquod delictum; qui non denuntiat, cum teneat, incurrit ex

excuicadum

Excoibus: Dico nobis facili hanc ultimo formo. si Ecclesia non haret circa actus externos iurisdictionem, itaque erraret illam exercendo circa moralia, ut absolvendo, irritando, dispensando, praecipiendo, prohibendo, aut puniendo actus internos; sed dici nequit circa haec errare; quoad haec n. moralia sicut quoad ea quae sunt fidei Ecclesia est regula non errans propter spiritus sancti assistentiam; ergo recte procedit Ecclesia exercens potestatem, seu iurisdictionem erga actus mere internos; ergo si peccaminosi sint potest valide illos censuris ferire. ~~Cap.~~

Cap. 2.

Negativa sententia proponitur, et elligitur.

Sta ulterior sententia quae est negantem validam esse censuram latam contra culpam mere internam. Ita docent S. Tho. 2.2. q. 90. art. 4. Durandus 4o sent. dist. 17. q. 8. et 14. Item Faber, Samancas, S. Antoninus, Silvester, Sotus, Castro, P. Coninch, P. Suarez. P. Vasq. quos referunt, et sequuntur Pres Avila, et Hurtado ubi supra, item Masselius q. 4. art. 2. Diana p. 5. tract. 9. resolutione 48. et com. doctores. deducitur quod ex Canone erubescant, ex cap. sicut nobis, et ex cap. tua nos de Symonia: ut autem hanc sententiam duplici ratione exponam et rationem suadeam, nota duo:

Primum duplicit aliquod dici occultum. 1o mere per se, nempe illud quod non subditur sensibus hominum unde incipit [illegible] contra cogitatio et hinc ortum habet illud axioma; nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu, ut cogitatio interna occidendi, v. furandi. 2o mere per accidens; nempe illud quod licet subdatur sensibus hominum, caret omnino testibus, quibus possit probari: ut quod aliquis nullo alio audiente in cubiculo, v. in agro, manifestat

verbis hæresim, cui assentit interius.

Sum: nota: Ecclesiam duobus modis posse infligere censuras, 1o modo in cõi, per aliquam legem in cõi, v.g. hoc pacto: qui hoc fecerit, sit ipso facto excõicatus. Altero modo Ecclesia potest ferre censuras, nimirum per sententiam, in aliquem nominatim, vel in pastori. His positis.

sa 1o sit: Ecclesia non potest punire censuris peccatum occultum per se, id est, pure interius. Ita Doctores huius 2æ ac nrã opinionis. Prob. 1o quia Ecclesia non iudicat de occultis, sed solus Deus, ut constat ex pluribus iuris locis, quæ affert P. Silva citatus. Prob. 2o ex 1a ad Corinthios 4o. nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui revelabit abscondita etc. Prob. 3. ex S. Tho. 1a 2æ q. 91. art. 4 ubi ait: qd de his potest homo legem ferre, de quibus potest iudicare. Ergo iudicium humanum non potest esse de actibus interioribus, qui latent, ideo nulla lex ecclesiastica potest ferri de huiusmodi actibus, sed naturalis est lex divina.

Ca igit homo nequit actus pure internos cognoscere, nequit de illis iudicare, quamvis sit superior, nec eos præcipere, nec prohibere, ac proinde nec eos, nec eorum omissiones censuris, aut alia pœna punire. Cum hoc in stat, qd prohibito actu exteriori etiam indirecte, ex hoc per accidens maneat prohibitus actus interior efficax voluntatis, qa est causa actus exterioris prohibiti; et prohibito seu facto illicito actu exteriori, nequit non esse illicitum ad illum conari: nihilominus pœna imposita pro opere exteriori non incurrit ob affectum efficacem illius, si non fiat opus ipsum, qa pœna non derivatur 1o ex actu exteriori in affectum efficacem, sicut derivatur culpa, seu malitia.

Nota, qd potest Ecclesia, non ordinaria potestate superanda legis latoris humani, sed extra ordinaria vel speciali Christi commissione ac proinde finali gerentis vicem Christi D. iurisdictionem seu potestatem habere circa actus internos v.g. a peccatis pure internis absolvendo, et in votis pure internis dispensando. An autem adhuc nihil censibus

aliquid externum nesceat, ac proinde utrum in istis tunc Ecclesia iurisdictionem exerceat, postea determinabimus.

2a pars: Ecclesia bene potest punire per legem generalem poena censurarum peccatum, quod occultum per accidens, et non per modum se, et nominatim, quandiu manet sic occultum. 1a membris est ut patet. 2a pars ostenditur: nam qui exterius manifestavit heresim, cui interius assensit manet excommunicatus, quamvis ni occulte manifestaverit. Ita Simancas, et alii Doctores apud Avila ubi supra. Et probatur: quia hoc peccatum est occultum per accidens: ergo per se potest subiici Ecclesiae iudicio; ergo potest ab Ecclesia censuris puniri. 2a vero pars suadetur ex dictis omnibus factis pro 2a 1e.

Scio, quod Corduba in Regulam S. Francisci cap. 7. sect. 4. fol. 518. probabile esse censeat hereticum externum, qui denuntiari non potest, ac proinde occultissimum non esse excommunicatum. Sed hanc tam merito refellendam, ac reiiciendam putat Diana p. 6. tract. 6. resolut. 91. cum pluribus Fabundez, Suarez, Azorio, Hurtado de Mendoza, et aliis com. Suadetur 1o quia illa delicta sunt vere sensibilia et externa, contingereque potuit, ut aliquis adesset qui ea perciperet; ergo Ecclesia habet iurisdictionem ad puniendos censurarum poenis similes hereticos ob crimina sic occulta. Suadetur 2o quia secus nec ignotus percussor clerici ... etiam nonnulla exco... casu deveniret mortuo clerico percusso, ac proinde redditis per accidens impossibili denuntiatione. Imo et occultus homicida non esset irregularis: aliaque indigenus sequerentur absurda ex opinione Cordubensina.

Cap. 3.

Adversae opinionis rationibus satisfacit.

Ad 1am rationem, quod licet Ecclesiae potestas sit spiritualis, quia non residet in hominibus, debet exerceri humano modo, ita ut solum se extendat directe

ad ea, quae homines possunt cognoscere, ac proinde prius percipere per sensus externos.

Ad 2am dico, quod cum potentia, et obiectum debeant esse in eodem ordine, et propterea requiratur lumen gloriae ex parte potentiae ad visionem spiritualem, iuxta plurium opinionem, ut utrumque sit in ordine spirituali; et cum Ecclesia regens sit sensibilis, ideo debet habere potestatem super obiectum sensibile, ac proinde debet uti mediis [illegible], quam mediis sensibili; proindeque gubernare homines sensibiles, et eos moderari tam circa culpas sensibiles, quam circa bona sensibilia: circa insensibilia vero, seu actus pure internos, homines gubernantur a lege Dei, et rationis dictamine, gerente vices legis Dei.

Ad 2am dictum distinguo antecedens: Ecclesia exercet potestatem directe super actus internos etiam, nego antecedens; indirecte concedo antecedens. Nam Ecclesia non habet directe iurisdictionem in actus interiores, sed indirecte tantum, solum in ordine ad actus exteriores, quibus coniunguntur tanquam causa, aut occasiones eorum, scilicet conditiones modificantes ipsos actus externos; et in quantum sponte manifestantur, et de[...]rius, et subiiciuntur Ecclesiae iudicio, et hac ratione absolvit a peccatis mentalibus sibi manifestatis; potest etiam reservare peccata pure interiora, non quod ea habeat directe iurisdictionem erga illa, sed quia praelatus non vult concedere Confessario inferiori iurisdictionem ad ea absolvenda.

Potest etiam Ecclesia dispensare in voto pure mentali sibi manifestato, quatenus tamen sic subiicitur Ecclesiae potestati: et cum Ecclesia praecipit audire Missam, et recitare divinum officium, non praecipit directe attentionem, sed actum exteriorem audiendi, scilicet recitandi, cum tali modo, scilicet attente et devote, quem modum Ecclesia directe non praecipit, sed ius divinum naturale, nam [...], quod ea actiones

facienda sunt, Deus praecipit; ut religiose fiant ac proinde ex amore, et attente. Ut attigimus tract. de constitutivo, ac distinctivo peccati disp. 4. cap. 4. Similiter Ecclesia obligat ad credendum aliquid de fide, non quidem praecipiendo directe actum interiorem, sed explicando et continendo veritatem, quam definit, sub obiecto fidei, quod iure divino tenemur credere. Hinc patet ad antecedentis probationem.

Ad 2am resp. nullum actum interiorem contentum in illis exemplis puniri ab Ecclesia directe, sed ad summum indirecte, quatenus verbo, aut alio signo, exterius indicet, quem nunc re ipsa vere contingat cum exteriori actu. ac proinde in religiosis Ecclesia punit illum actum interiorem ut est causa exterioris. Unde si animus nocendi Praelato, nullo modo exiret in opus exterius, non incurreret excommunicationem, ergo si religiosus pergeret ad curiam ex obedientia Praelati, si ipse in ratione haberet istum animum, qui non prorumperet in actum exteriorem vel illius declarandi. Similiter nec excommunicationem incurrent illi, nisi per exteriora signa significant illos Cardinales, vel nominando illos Cardinales, vel exhibendo eis reverentiam Cardinalibus debitam. Nec anathematizabunt, qui in contemptum diei Dominicae ea die laborant; nisi indicent exterius id fieri in contemptum: Nec denique illi, qui interius discredunt, nisi exterius indicent animum haereticum. Ex dictis patet nullum actum pure internum ab Ecclesia puniri directe, sed ad summum indirecte, quatenus punitur, aut odio habetur vel prohibetur externus, cuius causa aut conditio est internus.

Ad 3am resp. numquam ab Ecclesia directe esse praeceptos actus internos. Ad 4am probationem patet ex dictis ad rationem 3am. Ad 5am resp. dupliciter.

10, Ecclesiam seu praecepto Inquisitoribus non prohibe-
re directe odium, s. amorem internum; sed prae-
cipere ac prohibere, ne exeat hic in actum externum
indebitum. S. s. cessando ab actu debito s. rum-
pendo in actum in actum indebitum in causa
fidei. Unde quamvis Inquisitor habeat intestinum
odium ad aliquem reum; si non vere se gerat in
procedendo ad illum, non incidet in excomunicationem. Dico
2o ad hanc 2am, et etiam ad 3am probationem
ex doctrinam sequendi disputationis cap. 4. quod
Ecclesia puniat s. prohibeat, dum pravam intentio-
nem Inquisitoris, dum distractionem indevotio-
nem Beneficiarii; quatenus prava intentio, distrac-
tio et indevotio informant actus externos; nempe
prava intentio sensibilem injustitiam; distractio, et
indevotio externam recitationem.

Ad 4am vero oppositae sententiae vero con-
tra ante, neg. consequentiam. Ad 5um probationem dico
ab Ecclesia in his eventibus non puniri actum ex-
ternum positivum, sed ipsas omissiones actuum ex-
ternorum. Vel concedo etiam illa regula in antis
suasionem adducta; exinde nihil evincitur contra
nos; quia tunc in illis tribus eventibus Ecclesia
non punit solum actum interiorem, sed omissiones ac-
tuum exteriorum, ad quos tenebatur homo: et pu-
nit ipsum actum interiorem, in quantum est causa
huiusmodi omissionis, ac proinde indirecte; puni-
ens enim effectum censetur punire peccaminosam causam
talis peccaminosi effectus.

Denique ex dictis toto hoc et ante cap. co-
patet solutio ad ultimam rationem - s. Ecclesiam non
errare in suo generali regimine; quia etiam quae-
cumque aliud praestat, eo non illa exercet, sancte, juste,
ac laudabiliter potest praestare.

Disputatio. 4a.

An saltem Censura possit valide ferri ob culpam in re pure internam;

Sed internam quidem informantem vero externam.

Cap. 2.

Duplicem sam refert unam sequitur, et alteram fundamentis satisfacit.

Culpa est quadruplex. 1a interna tm ut heresis tm mentalis. 2a interna efficiens, corrumpens, informans, et depravans externam adequate; ut heresis adequate prolata verbo, vel scripto. 3a interna informans externam inadequate, ut heresis interna informans deiunii fractionem, quae potest procedere, vel ex gulla, vel ex ~~[illegible]~~ heresi. 4a interna informans actum externum inadequate per illationem internam in malum, ut est heresis interna ex qua interne erit percussio imaginis, quae cum ipsa non est mala, potuit n. fieri ad excutiendum pulverem; at hic et nunc ex existentia heresis internae (exempli gratia in heretico, quem finximus negare adorationem imaginum) inferimus malam esse illam executionem tabulae depictae Vgs. Sti Petri, capit in titulo timite interna culpa omnibus predictis modis; aliter presens difficultas tracta non ut in superioribus, placuit ex professo eam modo discutere.

Prima sa docet, Ecclesiam non solum non habere auctoritatem super interna tm ut vidimus disp. ante, sed neque super interna, ullo expredictis modis informantia externum, quia hoc est secretum. Ita Durandus 4o Sentent. dist. 27. q. 8. art. 24. Quam tamen probabilem iudicat Cro-vtlepos, ut vidimus disp. proxima Cap. 2. fine. Prob. 1o: quia Ecclesia non potest prohibere id,

Quius transgressionem punire non potest, cum potestas directiva, et coercitiva, sint simul, ex S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 9. sed actus internus, quamvis informet actum externum secretum, non potest puniri ab Ecclesia, cum illum ignoret; ergo nec prohibere.

Prob. 2o: quia potestas data est Ecclesiae a Christo ad pascendum, prohibendo scilicet mala animae pabula, ministrando bona; arcendo a malis iubendo bona etc.: sed Ecclesia non potest pascere per actum internum, quia Ecclesia est sensibilis, ergo oportet ut pascat per sensibile; ergo fideles non possunt pasci quoad internum insensibile quamvis hoc informet externum secretum, quia ipsum adhuc est insensibile seu sensibus non perceptum. Prob. 3o. ex textu in cap. Cogitationis, et ex cap. Cogitationis poenam, de poenis dist. 1 ubi dicitur, internam poenam non mereri, quae ipso textu est intelligenda non de pure internis, tamquam si diceret, pure interna poenam non mereri; sed de internis informantibus externa, sive publica sive secreta.

Dicendum est, cum sit vera sententia docens, pure internum non esse sub potestate Ecclesiae, ut diximus disputatione praecedente: internum vero quatenus informat, afficit, corrumpit et depravat externum, sive publicum, sive etiam secretum, ecclesiasticae potestati subiacere. Prima pars probata manet disputatione praecedente. Quantum vero sufficienter fuisse ibidem cum 2a 3a; secundam eam roboro, et universaliter probo sic, tam de interno depravante externum publicum, quam secretum. Sic arguo: internum informans externum secretum est sub potestate Ecclesiae; ergo a fortiori internum informans externum publicum erit sub potestate Ecclesiae. Consequentia tam qui negaverit concesso antecedente

proprius desipiet. Ant. itaq. probatur, ex ibi dictis.

Prob. 2o idem Ant.: qa Ecclesia de facto punit saltem indirecte, ut supra diximus, pravum animum internum inquisitorum informantem externam iniustitiam secretam, Clementina 1. §. Verum. de Haereticis. Et distractionem internam beneficiatorum informantem distractionem externam Cap. dolentes. de Celebratione Missarum: Et sic de aliis; ergo etc. Prob. 3o, qa sicut se habet obiectum Civile ad potestatem Civilem, ita obiectum Ecclesiasticum ad potestatem Ecclesiasticam; sed homicidium non solum publicum, sed etiam secretum est sub potestate Principis secularis, ita ut quando adsunt probationes, etiam per partis Confessionem, possit illud punire; ergo haeresis externa secreta etiam erit sub potestate Ecclesiastica, ita ut quando adsunt probationes, etiam per partis Confessionem, possit illam punire.

Ad 1um fundamentum oppositae opinionis respondeo distinguo maiorem: punire non potest per se, quatenus delictum sit per se occultum, concedo maiorem: punire non potest per accidens, quatenus delictum sit per accidens occultum, nego maiorem. Et sub hac distinctione minorem nego: qa Ecclesia illud delictum non ignorat per se, sed per accidens. Itaque licet aliquid per accidens sit in foro externo incognitum, potest per legem communem puniri ab Ecclesia in foro externo. Illud vero quod per se est incognitum in foro externo, qa omnino est internum, non potest puniri in foro externo; potest tamen puniri in foro interno, qa ibi cognoscitur per confitentis externam confessionem.

Et video Haereticum pure mentalem, cuius
f. internus pertinax, nullo verbo, aut signo
extrinsecus prodiit, non incurrit in Excommunicationem
et alias poenas Iuris latas contra Haereticos:
nec possunt Illustrissimi Inquisitores talem
punire unquam haereticum; quia eorum puni-
tio pertinet ad forum externum, supponens
delictum externum. Ita docet Diana p. 2.
tr. 9. resolut. 1. et p. 4. tr. 4. resolut. 240.
cum P. Thoma Sanchez, et aliis 29. auc-
toribus apud ipsum.

Scio Panormitanum, Ioannem An-
dream (quem omniscium vocant Coit) Ananiam
Felinum, et ceteros Canonistas in cap. ultimo
de Haereticis, Toxar, Spino, et alios apud Dia-
nam p. 4. tr. 4. resolut. 240. qui nituntur contra
asserere haereticum pure mentalem incurrere in
Excommunicationem: sed pars negativa tenenda nobis, quia
Ecclesia non habet iurisdictionem in actu, qui nullo modo pos-
sit esse exterius cognitus, regimen in illius est visibile
quod debet versari circa obiecta visibilia.

Ad 2um fundamentum oppositae partis credo, quod
sicut Ecclesia potest pascere per externa secreta, et
per externam secretam prolationem formae in sacrificio Mis-
sae, aut in Baptismo secreto confectis coram mini-
stro, aut Baptizato surdis, aut caecis: ita potest
punire fideles propter externam culpam secretam, quod
ad pastum spectat; utpote cognitio a modo probabo.

Ad 3um fundamentum dico, illius sermonem esse de
interiori mentis; sed verum est quod cognitio ista non possit
puniri in foro externo; bene vero puniri valeat in foro
interno, quod cognitati in eo foro confitetur. Maneat ergo
puniri posse ab Ecclesia culpam internam informantem
seu modificantem externam, ac proinde non ipsas
[illegible] ferri Censuras.

Cap. 2.

Quaestiones tres proponit, ac solvit, proxime dictae multum affines.

1a Quaestio specialius inquirit: An opinio una proxime praecedens vera sit, quamvis externum informatum ab interno inadaequate repraesentet internum; seu quando per illationem internam externum repraesentat internum: 1a opinio negat censuram posse valide ferri ob culpam internam informantem inadaequate, seu etiam per illationem actum externum; sed solum ferri posse valide ob culpam internam informantem valide adaequate, vel declarate actum externum. Ita Navarrus Cap. 2. nº 102. Probat 1o. ex Cap. mandato. de simonia. Probat 2o, nam haeresis interna, quam illatio interna sit extra fidei latitudinem potestatis Ecclesiasticae, ut pote invisibiles, seu internae; ergo sive informent inadaequate externum sive per illationem non possunt censuris ab Ecclesia puniri.

2a sententia affirmat. Ita Medina Ill.a de poenis in quo de restit. q. 15. Probat: quia Ecclesia saepe punit actum externum per illationem internam ut dicto §. Verum et dicto Cap.o dolentes.

3a et vera sententia media inter allegatas docet: quod aut actus externus inadaequate seu per illationem informatus ab interno est bonus, aut malus, aut indifferens; de quibus dicta sunt dicta; sic bonus, seu in malus de facto et in individuo non potest puniri ab Ecclesia, ut homicidium factum ab amente, nam ubi non est culpa non potest esse poena. ergo etc.

Dices: Ante Clemen. Si furiosus, de homicidio si aliquis ut mortem evaderet occidebat agresorem, etiam cum moderamine inculpatae tutelae, erat irregularis et in ista occisione non erat peccatum, nam iure naturae vim vi repellere licet; ergo Ecclesia potest punire

actum n̄ malum, q. l. bonum. Ptr, qd ea irregularitas n̄ erat pena, sed defectus significationis, sicut in iudice occidente iuste malefactorem.

Aut rursus actus externus informatus inadequate .s. per illam ab interno e malus. et tunc potest puniri ab Ecclesia culpa interna, nam rõe istius actus mali externi sentit et punit ab Ecclesia ipsa culpa interna vgr heresis inmediatis .s. inadequate efficiens actum externum .s. per illam cognita et sensibilis reddita per actum externum. aut denique actus externus e indifferens. et tunc indubio presumit bonus .s. meritorius. et propterea n̄ potest puniri ab Ecclesia. Ita suarez. disp. 4. sect. 2. n.º 2. et Avila q. 4. art. 2. fine. Unde in concordiam ita revoco opiniones citatas. qd opinio Navarri e vera in actu bono .s. indifferenti, et opinio Medina e vera in actu externo malo.

3a q. An ho incidat in illam censuram, sub qua e prohibita malitia, quam her actus externus malus, casu quo hic producat, et n̄ actus internus a quo procedit n̄ habet talem malitiam? Exemplum sit: e imposita excõicatio contra Hereticos et aliqui metu mortis exercet actum externum infidelitatis, ut apud Sarracenos adorat Mahumedum, apud Paganos sacrificat Idolo retenta in interius fide. In hoc casu quaerimus, an in talis ho excõicatem incurrat latam in illum actum externum malum heresis quidem externe, qua malitia actus interior utique n̄ de.... Et questio procedit in foro conscientiae, nam in foro exteriori puniret sine dubio ut hereticus; ... Ecclesia n̄ iudicat de occultis nisi provet ... hac n. probata n̄ puniretur pena ordinaria Hereticorum.

Prima sententia affirmat, predictum hoem utique incurrere excõicationem. 2a et vera sententia negat, quam duobus rõe disputationem do — Prima est quia n̄ directe reus quatenus, sed tn n̄ oio absolute, sit: quoniam actus exterior

malus, v.g. adorans illa Mahumeti. Unificadio idolo, nisi sit voluntas ista, extrahat sed in causa, potest puniri ab Ecclesia, et de facto punit Censuris majoribus ad tale peccatum. Vide P. Avila p. 2. dub. 11. Cum Silvestro, Castro, Cobarruvias, Navarro, Cardinali Ancarrano et aliis. Id quod amplius sequentibus fiet manifestum. 1° Inebriat aliquis sciens, et advertens quod factus ebrius solet arma sumere, et percutere, aut ferire; si iste de facto percutiat Clericum erit excommunicatus, si similiter occidat aliquem erit irregularis.

2um exemplum sit: si aliquis, qui scit quod dormiens solet arripere arma, et ferire, sin adhibeat debitam diligentiam ad praecavendum homicidium, et occidat erit irregularis. Verum est quod non sufficit quaecumque ebrietas etiam culpabilis, sed requiritur quod homicidium vel meditatio sit praevisum saltem, et in exemplo posito, quo aliquis inebriatur sciens, et providens, quod inebriatus solet arma sumere, et ferire, vel minimum interpretative, et quo licet non praevideret saltem, tenebatur non praevidere. v.g. quo aliquis non scit ex experientia, quod inebriatus solet ferire, et vult inebriari non advertens, quod solet ferire, et idem servata proportione dic de dormiente.

Ad 3° directe resp. si sit quo actus exterior malus non procedit ab actu interno habente eandem malitiam, quae prohibet aliqua Censura, quamvis possit puniri ab Ecclesia de facto non incidit in Censuram impositam contra tale externum peccatum, ut in exemplo posito, qui exercet actum externum infidelitatis metu mortis. Vide P. Avila, ubi supra cum Soto et aliis contra Caietanum. Ratio patet suadere, nam tali actus est vere peccatum externum. Ratio liquet, quia excommunicatio lata contra haereticos, solum comprehendit eos, qui vere sunt haeretici, sed iste homo non est vere haereticus, nam abest error in mente contra fidem, et pertinacia, quae sunt de intrinseca ratione haeresis, et ideo dicitur haeresim consummari in actu interiori; ergo excommunicatio lata contra haereticos non comprehendit praedictum hominem.

Ad quaestionem, an actus vel omissio externa, per quam ferat Censura debeat esse signum actus interni? Diximus ob solum actum internum non posse imponi Censuram, sed esse necessarium actum vel omissionem externam: sed non satis explicatum est,

an actus, vel omissio externa debeat esse signum actus interni?
Difficultas igitur est an quolibet actus externus sit signum interni; sed peculiari ratione malitiae, ob quam imponit auctor Ecclesia censura incurratur: ut si imponat excommunicatio ob peccatum haeresis, et quis ex indicio haeretico exerceat actum externum, qui non sit signum haeresis, quaeritur: an propter talem actum incurrat poena imposita?

Pro quibus fuerunt plura quae habebitur hic disquirit, disput. 4. sect. 2. sed generaliter dicendum est cum P. Vasq. Hurtado, et Turriano quos refert et sequitur Diana p. 9. tt. 9. resolut. 49. necessarium esse ut opus externum sit significativum actus interni sub ratione, qua est prohibitus actus externus ab Ecclesia. Ratio est, quia actus exterior sub ea ratione malitiae solum est in cognitionem Ecclesiae, nam neque ex natura habet eam malitiam, neque est signum malitiae ex fine; finis enim Ecclesiasticus fuit, ut in operantis voluntate deliberet: ergo ne dicatur Ecclesia iudicare de occultis, seu de secretis cordium, actio seu omissio externa, propter quam fert censura debebit esse signum actus interni peccaminosi, et prohibiti, sub ratione, qua est prohibitus ab Ecclesia per actum externum.

Disputatio 20.

An actus exterior malus, ob quem quis ligatur censura, debeat esse in sua specie consummatus?

Cap. 1.

Tria premittit, ac quinque regulis quaestionem dirimit.

Suppono 1o culpam internam posse esse quatuor modis non consummatam in sua specie: 1o ex defectu ipsius actionis physicae, ut volens occidere clericum, illumque percutit sed non moritur. 2o ex defectu voluntatis, ut volens occidere feram, casu occidit clericum. 3o ex defectu veritatis, ut volens decipere Turcas, fingit se esse Turcam. 4o ex defectu modi, ut tradens temporale pro spirituali sine aliquo pacto praecedente.

Suppono 2o duplicem esse mali sensum: unum in ordine ad potestatem Ecclesiasticam; et hic sensus erit an Ecclesia possit punire censuris culpam internam non consummatam in sua specie? Alium sensum intendimus, an

qa sunt affirmativa et clara, culpam. Secunda, licet non consummata in sua specie est inviolatissima, nam frustra jurisdictio ecclesiastica quae in ordine ad usum ecclesiae, et ista sententia est consilii ecclesiae non puniri censuris culpas non consummatas in sua specie. Et in hunc ultimum sensum quaestio procedit.

Suppono 2o: constantem esse omnium auctorum sententiam tali peccatum esse cum malam censura, ut debeat esse in suo genere completum, et consummatum, unde quoties in iure fertur censura in aliquam culpam nisi aliud exprimatur intelligi debet de culpa completa seu consummata in suo genere, ita docent Suarez, Sanchez, Conink, Navar. quos sequitur Diana p. 9. tr. 9. resolut. 96. quod ex iure deducitur ex cap. perpetuo. sanctionibus de electionibus in 6. et ratio ostenditur, quia impositio poenae est odiosa, ergo stricte interpretanda, ut requirat culpam completam in suo genere et consummatam.

Confirmatur ex P. Thesauro in praxi ecclesiastica. p. 2. cap. 8. quia tametsi in criminibus sufficiat conatus delicto proximus ad poenam ferendae sententiae, ut probat ex iure civili in ad incurrendam poenam latae sententiae (de qua modo loquimur) non sufficit, sed requiritur actus consummatus, ut madere ex iure canonico, et hanc esse communem opinionem ostendit cum Piracello, et aliis. Limitat in nisi aliud sit in iure expressum, verbi gratia in crimine laesae maiestatis omnis conatus punitur eadem poena, ac si effectus esset consummatus. Probat ex iure civili Farinacius, et alii sa. ad hunc ut in praesenti quaesito clare, et velit ea comprehendam in nullas regulas statuo.

1a regula: quoties ecclesia applicat censuram ratione culpae sub verbis includentibus ultimum actum, non ligat censura, quousque fuerit consummatus ultimus actus. Probatur, quia censura est poena, ergo odiosa, ergo restringenda ad actus, ad quos fuit applicata. Vide Bonacinam q. 4. art. 2. no. 8. et Dianam p. 9. tr. 9. resolut. 96. cum multis aliis auctoribus.

2a regula: quoties censura applicatur ab ecclesia ratione culpae sub verbis requirentibus perfectum voluntarium non ligat censura, si abest perfectum voluntarium: ob eandem rationem in 1a regula assignatam. Vide Bonacinam no. 4.

3a regula: quoties ecclesia applicat censuram ratione culpae sub verbis includentibus veritatem: censura

n. ligat qdo Culpa confictè commissa è. Rō è: a Eccle-
sia punit vga Annotatiōn verum, sed in dicto casu n.
dat verus e Annotatio, sed fictus; gº n. dat subiectum
quod puniat ab Ecclesia. Ita Navarrus Cap. 10.
nº 27. et Guazzinus ibidem nº. 24.

Fallit in hac regula qdo fictio fit ad occultan-
dum delictum: tunc in fictio potius auget, quam minuit cul-
pam. Unde si quis animo heretico verbis amphibologicis
proferat heresim, ut penam subterfugiat, e invicatus: qa
occultatio in verbis amphibologicis e per accidens; occulta
autem per accidens subiiciunt potestati Ecclesiae ut ... pº
ante, cap. 2. nº. 2. dictum e.

4a regula: quoties ab Ecclesia applicat censura rõe
culpae sub verbis ... modum, n. ligat censura,
si abest ille modus. Rō e, qa ... n. punit affectum,
sed modum; gº si abest modus, nihil manet, qd puniat
ab Ecclesia. Ita Bassellius nº 27.

5a regula: quoties ab Ecclesia ap-
plicatur censura ratione culpae sub verbis de quibus
prudens dubitat, an requirant ultimum actum, perfectum
voluntarium, veritatem, ac modum, n. ligat censura
quando non dat actus, voluntas, veritas, modus.
Ratio e, qa odia sunt restringenda, et in dubiis
benignior interpretatio facienda; ac proinde iudi-
candum, quod Ecclesia loquatur de culpa consum-
mata, perfecte voluntaria, vera, et perfecta, secun-
dum modum, quem Ecclesia exposita e. Unde ex
iis deficientibus non est asserendum ligare censuram.
Sed ad pleniorem harum regularum intelli-
gentiam proponamus aliquas materias ad praxim ordi-
nariasque.

Cap. 2

Illationes practicae ex praedictis regulis,
1a. 3a. et 4a.

Ex 1a regula quadruplici inferuntur ad praxim. Primum, non est excommunicatum proiicientem lapidem contra Clericum, si Clericus non est percussus; etiam si miraculose percussio non acciderit. Ratio est: quia in Cap. Siquis suadente Diabolo. 17. q. 4. applicatur censura sub verbis includentibus percussionem; sed in dicto casu vere data est non percussio, quod est certum.

Similiter qui percutit aliquem, si non sequatur mors non incurrit censuram, quae haec lata est pro homicidio, quousque mors sequatur; et si non sequitur, quamvis miraculose impediatur, nunquam incurret: quia quamvis ante mortem actio ex parte delinquentis sit perfecta, non tamen est perfecta, ut significatur nomine homicidium, quod significat actionem delinquentis conjunctam cum morte. Ut qui scribit ad aliquem non incurrit censuram latam ob scribendum ad illum, quousque ad illum perveniat scriptura. Ut qui profert heresim absque teste in heredio interiori, non incurrit excommunicationem latam contra hereticos, quia non est perfecte hereticus. Vide Diana cum aliis p. 9. tract. 9. resolut. 96.

Secundum: ob eandem rationem, qui consulit, aut mandat opus, cui est annexa censura (v.g. percussionem Clerici) censuram non incurrit, quamvis ex consilio, aut mandato fiat opus, (nisi censura illa sit etiam extensa ad consulentes, aut mandantes) quia qui consulit aut mandat opus, non efficit illud in rigore: et proinde eadem est huius, ac superioris illationis, ratio. Vide Diana ubi supra. Castelius q. 7. art. 2 no. 6. Navarrus Cap. 27. no. 91.

Tertium. ~~Et ideo~~ Simoniaci conventionales non sunt excommunicati, quousque conventio fuerit executioni mandata: quia excommunicatio non est lata contra conventores, sed contra re ipsa exercentes simoniam. Vide Navarrus cap. 23. no. 104. et Castelius no. 7.

tam suffragantes pro indigno non sunt priva-
ti iure suffragandi, si indignus non fuerit electus. Textus in Cap. perpetuo. de electionibus in
6. non est eadem: quia nimirum poena privationis
suffragandi non incurritur, nisi cum indigne facta suffragatio effectum sortita sit; textus enim imponens
poenam stricte interpretanda est. Ita Diana ubi
supra et Quarellius n.o 8.

Ex 2a regula infert, quod fingens se esse Haereticum, ut libere transeat per Haereticorum loca, non excommunicatur; quia sicut fides est in intellectu ita Haeresis itidem inest; sed in intellectu huius hominis, transeuntis per haereticorum loca ficto habitu nequaquam adest error infidelis; ergo non est haereticus. ergo nec incurrere haereticorum poenam, seu excommunicationem. Confirmatur: quia propositum haeretici quid maleficium. Cap. Cum voluntate de sententia excommunicationis. sed hic homo non habet propositum apostatandi in fide; ergo eius factum, seu fictio non est haereticum facinus, seu maleficium.

Ex 4a regula infert, non excommunicantur simoniaci communicantes mutuam traditionem rei spiritualis pro temporali, sine conventione externa. Probatur: quia censura cadit super conventionem externam Cap. Ultimo de Simonia; excommunicationi postea mandata; ergo quando deest conventio externa abest excommunicatio lata in simoniacos.

Cap. 3.

Gravius ex 2a regula, illiditur.

Ex hac 2a regula infero confessarium absolventem poenitentem a casu reservato in Bulla Cenae, existimans quod existimabat illum non contineri in Bulla Cenae non esse excommunicatum, quia excommunicatio

applicata in fine Bullæ Cenæ requirit perfectum voluntarium, significantur per illa verba, Si quis præsumpserit etta. Ut Suarez. tom. 9. disp. 21. sect. 3. et Busembaum no. 9.

Nota in quod esset excomunicatus, si sciens continere in bulla Cenæ casum, a quo absolvit, ex solo amore pœnitentis voluerit absolvere. Ratio est quia passio amoris, non minuit, sed magis auget voluntarium; nec est eadem ratio de metu mortis, et de amore: quia metus mortis includit involuntarium saltem secundum quid, quod non includit amor; et propterea alii Theologi aut resolvit in amore, et aliud de timore.

Obiicies 1o. contra proximam notam: receptans Hæreticum amore amicitiæ aut consanguinitatis, non ligatur excomunicatione lata in Bulla Cenæ contra receptantes Hæreticum, ut cum Navarro cap. 27. no. 55. communiter docent; ergo absolvens pœnitentem ex amore a casu reservato in Bulla Cenæ non ligabitur excomunicatione lata in Bulla Cenæ contra absolventes a casibus contentis in tali Bulla.

Respondeo concesso antecedente, negando consequentiam: quia receptatores Hæreticorum non excusantur ob eam causam amoris, aut consanguinitatis; sed excusantur ex eo quod excomunicatio est intelligenda formaliter, non autem materialiter. Unde receptans Hæreticum ut Hæreticus, est excomunicatus, quia receptat hæreticum formaliter sive ex amore ipsius hæresis, et ei favens. Receptans vero hæreticum, quatenus hic hæreticus est, sed ut est amicus, non est excomunicatus: quia receptat hæreticum materialiter, et amicum formaliter, id est, receptat illum, qui est hæreticus, sed non quia est hæreticus, at receptat illum qui est amicus, et quia est amicus.

Obiicies 2o. Passio timoris mortis excusat ab excomunicatione remigantes contra Christianos; ut docent communiter Theologi, nimirum Corduba, Navarra,

Ludovicus Lopez, Rodriguez, Villalobos, Mal-
dus, Senzonius, Sousa, Ortiz, durandus, Bega,
et ex Societate Jesu Molina, Azor, Salas, Sa-
lanerus, Salmon, Reginaldus, Turrianus, Fi-
liucius, Vazquez, Avila, Reverum, quos refe-
runt et sequuntur P. Sanchez in summa tom. 2.
lib. 4. cap. 7. nº. 28. et Diana p. 3. tr. 5. resolut.
36. Et insuper passio eiusdem amoris ab eadem
excomunicatione excusat extrahentes ab Ecclesia criminosos
sine Episcopi licentia, ut cum Soto in 4º dist. 22.
q. 2. art. 4. Con. defendit; quia si passio amoris ex-
cusat ab incurrenda excomunicatione, etiam excusabit
passio amoris illum qui absolverit penitentem
consanguineum a casu contento in Bulla Cenae.

Rursus potest ab eiusdem dubitari. Ego ne-
gative ans.: etiam nullum probabile etiam est remi-
gat in dicto casu, et peccare mortaliter, et inci-
dere in excomunicationem. Ita docent Moure, Hugoli-
nus, Grafii, Sairus, Beja, Navarrus, ex
Societate Suarez, Comitolus, Salas, et Toletus apud
Dianam ibidem. Sed quia opinio sit probabilior est,
ideo veri potest concessio ante dicendo, eam
assignando duplicem disparitatem. Ea quia ut supra
annotavi, aliter dicitur de amore ac de timore; hic
non includit saltem involuntarium secundum quid, quod
amor non includit, potius amor auget voluntarium.
2am: quia cum excomunicatio sit iuris positivi, quod non
obligat cum vitae periculo, praedicti excusantur a
excomunicatione, cap. Sacris. de his quae vi metus ve ca-
usa fiunt. Ubi doctores. At in vero casu suppo-
nimus, non venire in vitae discrimen confessarium,
etiam si penitentem non absolvat: si non in vitae pe-
riculum incideret, fortan non excomunicatur absolvens.

Ut notat vulgarem esse multo-
rum opinionem, praedicatores remigantes contra Christianos,

et extrahentes criminosum ab Ecclesia modo dicto excusari quidem ab incursione excommunicationis sed non excusari a peccato mortali: quia utique transgrediuntur ius naturale divinum, quod obligat ad non cooperandum in actione intrinsece mala (quales iudicant in predictis casibus remigationem contra Christianos, et extractionem ab Ecclesia) adhuc sub discrimine vitae. Et hoc admittunt Attendunt Fillelius, et alii novem Doctores adducti.

Melius tamen Diana et reliqui viginti quatuor Auctores me alegati excusant predictos remiges, et ab excommunicatione, et a peccato mortali; nam licet peccatum, ad quod materialiter cooperantur perniciosum Christianis sit; illorum tamen, utique cooperatio non est adeo propinqua, ut sine illa damnum non inferretur; alii enim sufficientes remigantes non deessent. Quod res eo devenissent ut Christiani, illis relictis ... tibus ac non remigantibus, facili negotio vincerent ... Turcas et victoria contra Turcas esse maxime utilis reipublicae Christianae; tunc non liceret remigibus Christianis contra Christianos remigare etiam cum vitae periculo; quia tunc tenerentur postponere propriam vitam bono Christianae reipublicae. Utraque sententia probabilis est: sed tamen haec Dianae, et aliorum viginti quatuor auctorum opinio, utpote benignior, plus mihi arridet.

Disputatio 21.

Quaestio 9. Circa censuras contra consulentes et mandantes mixtum in superioribus tractatas, separatim resolvit.

Cap. 1.

Brebiores for quaestiones dirimit.

Prima quaestio: quotupliciter potest comparari Censura ad consulentes, et mandantes? Respondeo quintupliciter. 1o, quando fertur contra facientes, et nullo modo contra consulentes, et mandantes. 2o, quando fertur principaliter contra opus, et accessorie ob consilium, aut mandatum: qua ratione censenda est ferri censura, quoties constat eam ferri principaliter contra opus, et constat etiam ferri contra consulentes, aut mandantes, sed non constat ferri principaliter contra illos. 3o: quando fertur aeque principaliter ob consilium, aut mandatum, ac propter opus: ut excommunicatio lata contra percutientes clericum, et expresse contra consulentes aut mandantes illum percutere. 4o: quando censura fertur contra consulentes, aut mandantes, et nullo modo contra facientes. 5o: quando fertur censura principaliter contra consulentes, aut mandantes, et accessorie contra facientes: qua ratione censenda esset ferri censura, quoties referret expresse ac proinde principaliter contra consulentes, aut mandantes, tum non exprimerentur facientes, constaret eos etiam comprehendi. Ex his quinque modis, quibus excogitari potest, quod feratur censura, duo posteriores non sunt in usu.

2a quaestio: an censura lata contra facientes aliquod malum opus, verbi gratia percussionem clerici ex natura rei comprehendat consulentes etiam quando in lata censura id non significatur? Respondeo affirmative cum L. alter theologus quos secreto nomine citat P. Hurtado hic difficultate 24 no 62. nec alieni sunt ab hac doctrina Sabricus, Clarus, Farinacius, et alii multi, apud P. Thesaurum p. 2. cap. 10. sed Hurtado ubi supra et ipse Thesaurus cum Caietano, Sylvestro, P. Sanchez, Navarro, Avila Cardinali Hugolino, Suarez, et aliis Doctoribus melius sentit negative. Probatur: quia consulens non dicitur

absolute et simpliciter facere opus; quia qui consulit percussionem clerici, quamvis sit causa moralis percussionis, quae fit ex vi eius commodi consilii, non tamen dicitur percutere, ut per se liquet; ergo etc. Hinc colliges (debui etiam loquemur in sequenti) universaliter loquendo censuras latas contra committentem crimen non procedere contra moraliter solum cooperantes, sive causas minus principales, ut mediatores, auxiliantes, consentientes, mandantes, consulentes sive fuerint causa proxima delicti sive remota, id est sive in effectum influxerint, sive non, hoc est, sive effectus debeatur virtute cooperationis, sive non, quia daretur etiam si talis cooperatio abesset.

3a quaestio: An censura lata contra facientes solum comprehendat mandantes, seu commendantes et committentes alteri opus, ob quod fertur censura? Affirmant Panormitanus, Silvester, et Tabiena apud Dianam parte 9. tract. 9. resolut. 97. Negant et melius, ipse Diana ibi cum Hurtado n. 62. cum Navar. Corinth. Avila, Bonacina, Fineliio, Alterio, Hugolino, Covarrubia, Suarez, Ledesma, Henriquez, Sanchez, et communi Doctorum. Probatur 1o: quia lex poenalis, ut odiosa, stricte est accipienda iuxta propriam, et rigorosam significationem verborum: qui autem mandat, seu committit aliquid efficere, id non efficit proprie, et in rigore; quia mandare et efficere, sunt in rigore distinctae actiones, quamvis mandans opus aliquod dicatur absolute et simpliciter illud efficere, maxime quando id communiter solet effici per alios, ut aedificare, suspendere, sepelire mortuum, et alia.

Confirmatur ex eo quod in multis iuribus (ea apud Hurt. videnies) quibus fertur censura contra facientes aliquid, etiam additur contra mandantes; ergo hi non erant in facientibus comprehensi. Sed observa, quod quando dubium est, an in excommunicatione comprehendantur mandantes, vel consulentes, iudicandum est, quod non comprehenduntur:

Comprehensio .n. sub censura e odiosa, ac pro inde
stricte q. benigne accipienda.

Excipit B. Corinth. a dicta nra resolutione
casum singularem, nempe qdo lex esset fere frus-
tratoria, si n. comprehenderet mandantes, ut esset lex
prohibens sepelire excoicatum defunctum, si sola perso-
na, quae suis manibus sepelit, incurrat excoicationem
non et mandantes. Hanc exceptionem aliquis su-
fficienti fundamento factam Hurt. iudicat no. 64. Pro-
bat: nam in Cap. si Civitas. de sen. excoi. in 6.
narium fuit, inquit, ut interdictum, quo Civitas in-
terdicitur, etiam comprehendat suburbia, quod Ponti-
fex illud extenderet ad suburbia: quamvis esset
fere frustratorium si illa n. comprehenderet, ubi ma-
ior et melior Civitatis pars sunt suburbia. Et quidem
in nra Hispal. tractus campi sti Ioannis Pa-
ces et suburbia ad quae Triana pertinet, Sancti
Bernardi, sti Roqui, Sancti Iacobi, et alia, nu-
merosiorem possint urbem constituere, nec sunt ce-
leri pars nrae Civitatis. Supradicta igitur doctrina, tanquam ce-
rte retinenda est. Nam qdo lex appareret fere frus-
tratoria.

Sa questio: An in excoicatione lata ab In-
nocentio 2o in Cap. si quis suadente diabolo 17.
q. 4. reservata sedi Apostolicae comprehendantur
mandantes, consulentes, consentientes et adiuvantes, aut
n. impedientes percussionem clerici? Affirmant Pa-
normitanus, Silvester, et Tolosa adducti. Negat et
merito Hurtadus no. 64. cum aliis quos praealegavi.
Circa quod meam in speciali assero.

Dico igitur hac in re, tam in eo casu in quo fuit
excoicatio percutientes vere realiter et physice cle-
ricum, ita ois Doctores a nobis proxime adducti.
Ubi duo observanda sunt: Primum, quod censuram la-
tam in percutientem clericum n. incurrit consulens per-
cussionem clerici, verbi gratia illum occidere; qa consulens

omnes malum quod non est peccatum nec prohibitum sub censura. Ita Diana ibi. Cum multos alios casus esse in quibus percutientem vere physice et realiter Clericum adhuc non incurrunt excommunicationem: octo decim casus refert P. Avila p. 2 cap. 9. disp. 3. dub. 3. cum consule, nec poenitebit.

Dico 2o: alibi, nempe in Cap. mulieres de sent. excom. in 6. excomunicantur mandantes percussionem clerici.

Dico 3o: in Cap. quante. de sent. excom. excomunicantur non impedientes percussionem clerici cum possint ad quam extensionem motus fuit Pontifex, quia illi consentiunt, et a fortiori etiam extendit hoc excomunicatio ad consulentes et auxilium praebentes, qui enim consentiunt. Consentientes autem pari poena plectendi sunt, ac facientes.

Cap. 2.

Graviorem aliam quaestionem resolvit.

Quaestio: an quando censura extendit ad mandantes seu consulentes, eam incurrant, si ante opus secutum revocent mandatum, aut consilium? difficultas non procedit de censura lata tantum contra opus et nullo modo contra ad consulentes, aut mandantes: de hac enim censura certissimum est, eum qui consulit, aut mandat opus, cui est annexa censura, tunc non incurrere, quamvis ex consilio, seu mandato fiat opus: quia si consulens aut mandans opus non efficit illud in rigore.

Nec difficultas procedit, quando censura principaliter fertur in praeceptum opus ut fert excomunicatio, in mandantes percussionem clerici, quam Ecclesia maxime exosa est et quod aliquis sit causa illius, et accessorie fert ob consilium, aut mandatum: quia enim certum est censuram non incurri, si non sequitur opus, et quamvis sequatur, non incurrit ante opus secutum.

Nec difficultas procedit de censura lata praeter

ob Consilium, aut mandatum: qa hic tantum post Consilium, aut mandatum incurritur ante secundum opus: et quamvis nunquam sequatur: Ut fert Excõicatio in Cap. 1. de homicidio in 6.º contra eos, qui mandant aliquem occidi per assasinos (quae Excõicatio tamen non hct locum, qa tamen non sunt assasini) et ut fert in Clemen. de poenit. Cap. 2. contra Religiosos mendicantes, qui in Concionibus docent aliqui animo expresso suff. expresso retrahendi populum a solutione decimarum.

Nec procedit difficultas, etiam si Censura expendatur ad Consulentes, qa ibi idem levit, ac simpliciter Consulunt, et consilium non heat effum, sive, qa reverà non sequitur, sive qa alioqui eodem Crimine sequeretur, sive qa mandans, vel Consulens erat alias facturus delictum, Nam proprio aio et tanto conatu, ac si non esset sibi mandatum aut Consultum: Ita Diana ubi supra cum Avila. dub. 2. Nº 2. cum Navarro.

Procedit ergo difficultas tum de Censura, quae principaliter lata propter opus, ac propter mandatum, et Consilium efficax; tum etiam de Censura lata principaliter ob opus tantum, et quae sicut et praecedens) ob id non incurritur ante opus secundum, et extenta tamen ad mandatum, et Consilium non leve, sed efficax, ad tale opus. In qua difficultate, Anicors e doctorum sa revocationem, seu resipiscentiam a mandato, vel Consilio, proveniente ad notitiam mandatarii vel consulti, qua mandatum, vel Consilium desinit movere, seu esse efficax, quamvis e axple mandantis vel Consulentis, Censura impedire incursionem, etiam secuto effu. Ratio: qa tunc nec mandans nec Consulens è causa operis: ob quod vel solum principaliter, vel aeque principaliter ob opus et Consilium per modum unius, tatae Censura. Neque lata accessorie, vel etiam principaliter ob consilium, aut mandatum, quae non incurrit nisi secuto effu; aliqũo incurrit, quamvis sequatur effectus,

tunc vult quo efficiens effectum, non efficit illum non-
dum consilio, aut mandato, sed eodem modo efficit
illum, ac sinon fuisset consultus, nec mandatus: quod
contingit, quando consilium, aut mandatum, sive non fuit
a principio efficax, sive si fuit desiuit esse efficax ante
effectum secutum.

Nota, maximum esse discrimen inter con-
silium et mandatum, quantum ad desitionem effi-
caciæ, seu quantum ad desinere efficax esse. dis-
crimen est: quod mandatum eo ipso, quod revocatur
et revocatio fit nota mandatario, desinit esse effi-
cax; quia in mandato agitur res mandantis, et
in eius gratiam, et ut ei placeat; ac proinde co-
gnita opposita voluntate mandantis, etiam manda-
tum desinit movere, seu desinit esse efficax, seu
habere energiam et inclinationem urgentem ad effec-
tionem. At in consilio non agitur res consu-
lentis, nec in eius gratiam, nec ut ei placeat,
ac proinde non eo ipso, quod consilium revocatur,
quamvis revocatio fiat nota consulto, desinit mo-
vere, et esse efficax.

Difficultas igitur, ut aiebam, procedit de
revocatione consilii, aut mandati efficaciæ; quan-
tenus consulens, aut mandans procurarunt, quan-
tum in se fuit pro temporis opportunitate impedi-
re opus, et inefficaciam sui mandati aut con-
silii, notificando revocationem ne eveniat opus,
an scilicet tunc revocatio habita ante initium
censuræ, illum impediat. In hac igitur difficul-
tate sic intellecta negant censuram impediri ex
revocatione consilii, aut mandati, si delictum
commissum vere fuit, non obstante tali revo-
catione Bonacina, P. Molina, P. Corinthi
et Navarrus apud Dianam p. 9. tr. 9.
resolut. 98. : et a requirunt etiam tunc man-
dans, aut consulens, vere fuit contumax, seu

inobediens Ecclesiae, quae prohibuit mandatum aut Consilium, et sub censura latae, et ex mandato, aut Consilio vere, fuit facturus.

Melius vero afirmant Innocentius, Faviana, Avila, Suarez, Coletinus quos referunt et sequitur Diana ubi supra. Et Gaspar Hurt. hic. difficultate 19. no. 67. Quod ratio est: quia per dictam revocationem, seu veniam, tollitur efficacia Cesar, immo destruit inobedientia habitualis perseverans. Ecclesia autem supposita institutione Censurarum, licet non possit valide, licet non intendit ligare Censura eum, qui ante incursionem iam non est inobediens actu habitualis, sed poenitens efficaciter, sicut etiam debet absolvere a Censura incursa eum, quem efficaciter, quantum est ex se, poenitet inobedientiae factae. Et hinc patet ad fundamentum oppositae opinionis. Confirmatur: nam in praedicto casu, si consultus, licet mandatarius delictum exequatur, non videtur id exequi modo ex Consilio, licet mandato alieno, sed potius ex propria sua malitia. g. etc.

Cap. 6

Consectaria doctrinae superioris Capitis.

Ex proxima resolutione, Doctores eandem rationem plura inferunt. Primum: quod quando iure aliquo, aut praecepto, fertur Censura in scribentes ad aliquas personas, v.g. ad moniales: non incurrit, si antequam Epistola perveniat ad personam, ad quam mittitur, scribens resipiscit modo explicato. Ratio est: quod talis Censura non incurritur ante quam scriptura perveniat ad personam, ut docent communiter, ubi Cesar antequam perveniat, ut vide in incurrit Censura: quia quando haec erat incurrenda, non datur inobedientia, seu contumacia.

2um: qui scripsit ad excommunicandum, si antequam scriptura perveniat ad ipsum excommunicandum, ita scribens revocat, seu resipiscit mittens. Vel impediret perveniendum scripturae, seu epistolae, si commode potest: non incurrit mittens in excommunicationem minorem a iure latam ex communicatione cum excommunicato.

3um: qui propinat venenum clerico, si ante mortem clerici vere efficaciter resipiscat non incurrit excommunicationem latam in can. Si quis suadente diabolo etc. Ita G. Alvar. hic difficult. 19. n° 68. Immo nec alias poenas incurrat ex aliis capitibus, ex alibi dictis, ac dicendis dignoscetur.

4um: qui consuluit foeminae abortum, si ante ipsum abortum consilium revocavit irregularitatem non incurrit, et a fortiori, si suasionibus, precibus, minis, aut aliis viis non potuerit dimovere foeminam a consilio dato de abortu faciendo. Ita docent S. Henriquez, Villalobos, Suarez, Navarra, Praepositus, et alii, quam satis probabilem vocat Diana p. 4. tr. 2. resol. 19. Oppositum, nempe asserentem, secuto abortu manere irregularem consulentem, quamvis suum consilium revocaverit non tamen potuerit revocare foeminam ab incepto conatu ex vi dati consilii. Et si unquam sanctum cum Navarro, Corduba, Avila, Cornejo, Vasquez, ipse Diana sequatur, probabiliorem et tutiorem iudico; et merito: Nam dispar ratio est in irregularitate, atque in censuris requirentibus contumaciam tempore incursionis et postea actionem.

5um: Si consulens aut mandans homicidium consilium revocet aut mandatum, sed prius quam revocationis notitia perveniat ad consultum vel mandatarium, et prius quam ipsi interfecerint, moriatur qui consuluit vel mandavit; videtur est quod non contrahat excommunicationem aut irregularitatem, etiam secuto postea homicidio. Ratio est quia excommunicatio et irregularitas solum ligat viventes, non autem defunctos. Ita Diana p. 9. tract. 9. resol. 90. cum Celestino; de quo nos nihil diximus disp. 23. cap. 2. dub. 3.

Cum illatum: ille, quem aliquando Judex ferat Censuram pro transgressione sui praecepti, monitione sufficienter praemissa, poenitet efficaciter inobedientiae factae, ita ut si post poenitentiam posset, obediat. Ergo solvat se creditori tibi non potest obedire, sit obedire paratus, non incurrit excommunicationem, quantum sit latam a Jure, vel hom, sive absentem, sive praesentem. Ratio est, quia tunc iam non adest contumacia.

Advertendum adhuc omnino est dictam revocationem, seu poenitentiam Consilii, aut Mandati; aut inchoationis operis non impedire obligationem satisfaciendi damno illato medio illo Consilio, aut Mandato, aut media inchoatione operis vere influente in damnum illud: ita Maldonatus in 2.2ae. tit. 4. cap. 2. dub. 3. et P. Hurt. dif. 49. no 6. Nec impedire irregularitatem annexam ei Consilio, aut Mandato, aut operi, cuius facta fuit inchoatio: ita Hurt. ibi et P. Molina, atque Toletus apud Dianam p. 3. tit. 9. resolutione 8. Et idem dic de quacumque alia poena, aut inhabilitate, quae non sit Censura: Imo Navarro apud Dianam ibidem docet de excommunicatione, sed male.

Ratio est, quia iam una parte processit causa sufficiens ad incurrendam obligationem satisfaciendi, nempe damnum iniuste illatum medio Consilio, et similiter ad incurrendam irregularitatem, nempe delictum semel commissum medio Consilio aut Mandato, aut media inchoatione talis delicti: Et ex altera parte irregularitas cum non sit Censura non requirit non requirit perseverantiam inobedientiae usque ad incursionem ipsius irregularitatis.

In gratiam adhuc Confessariorum, et ad viam faciliorem aperiendam, tollendosque scrupulos, debeo publicam, ac benignam doctrinam insinuari, quam tradit Diana p. 3. tit. 9. resolutione 33. nempe quod qui consuluit homicidium vel alicuius Clerici, et postea serio, et quatenus potuit efficaciter tale Consilium revocavit, executo nihilominus homicidio, nec in excommunicationem, nec in irregularitatem, nec in obligationem restituendi incurrit.

Ratio est, quia quod consulens fecit, quod potuit ut prius Consilium everteret, et ostenderet sibi consideratis

esse iniquum, nec amplectendum; nec videtur in tali casu executor ipsius Consilio moveri, sed potius sua malitia. Et ob hanc rationem traditam doctrinam quoad excommunicationem tenent Laiman, et Avila: quoad irregularitatem S. Antoninus, Silvester, Petrus Navarra; idq; probabile vocant Lesius, et Laiman: quoad de obligatione restituendi, Jannenus, Salonius, Navarra, Sa, quod similiter probabile appellant Lesius, et Laiman: Diana vero quoad via proxima doctrinae acquiescit: sed ego probabilem judico illam aliam superiorem traditam q. advertendum ad hunc litteram, et sequenti.

Disputatio. 22.

An Committens Culpam, Cui Censura Annectitur, duplex peccatum Committat?

Prima Sa, et Paris (Henriquez. lib. 10 de Sacramentis Cap. 7. affirmantis, quod committens Culpam, cui censura annectitur, committat duplex peccatum. Unum contra illam virtutem contra quam actio aliàs est, seclussa Censura; alterum inobedientiae, contra obedientiam debitam Ecclesiae ferenti Censuras. Docet itaq; Committentem furtum v.g. cui annexa sit Censura, bis peccare, semel peccato iniustitiae et iterum simul peccato inobedientiae.

2a et verior opinio est Corduba, Avila, quos refert et sequitur P. G. Hurt. hic difficultate. 27: no 74. negantium peccantem praedicto modo committere geminam culpam. Sed asserunt unicum tantummodo peccatum ab eo committi contra eam virtutem, contra quam aliàs est actio, seclussa Censura: Ac pro inde in exemplo furti allato solum committi peccatum iniustitiae.

Probatur: quia ut in dicto casu daretur speciale peccatum inobedientiae, deberet ex una parte dari speciale aliquod praeceptum non incurrendi censuram: et ex altera ad illam incurrendam

sumrus quae variis actus inobedientiae specialis ordinis ex affectu expresso non se subiiciendi superiori; sed neq. dat illud speciale praeceptum, ut patet, s. illud nihil in decalogo, aut inter Ecclesiae praecepta, adversarii assignent; nec variis e ille actus; sufficit. n. actus inobedientiae generalis contra praeceptum superioris ordinis ~~[illegible]~~ motivo utilis aut delectabilis s. ex alio quam non se subiiciendi superiori; quod cum obedientia generalis non sit virtus distincta, ab ea qua quam e actus ille (fuga furti) ob quem incurrit censura; fit, talem actum solum esse unum peccatum in iustitia, s. contra unam virtutem iustitiae, et obedientiae generalis.

Dices 1o: Unusquisque tenetur curare non incurrere censuras, ut pote vitae spirituali malas; ergo qui vult furari, et incurrere censuram furto annexam, violat praeceptum fugiendi malum suae animae.

Resp. hoc argumento probari etiam posse quodvis peccatum committi duplex, v.g. furando: unum quia laedit iustitiam, alterum, quia violat praeceptum prospiciendi propriae animae utilitati.

Resp. igitur obligationem vitandi mala animae et curandi eius commoda non esse distinctas ab obligationibus servandi mandata, et exercendi virtutes, sed easdem cum istis, ac veluti transcendentes; proinde furtum censeri unum peccatum speciale contra iustitiam, licet sit contra alias virtutes generales, neq. n. attendendum est ad virtutes generales, ac veluti transcendentes, sed ad speciales et particulares.

Dices 2o: ergo saltem qui committere furtum cui annectitur cum censura ex affectu expressa, directo, et immediato, non parendi Ecclesiae prohibenti illud sub censura, nec se illi subiiciendi bis peccare s. contra iustitiam semel, et iterum contra ~~iustitiam~~ obedientiam specialem.

Resp. concedendo consequens: quia virtualiter committitur proprium formale, et expressus contemptus superioris: qui

affectus est fratri inobedientia (in materiali, qualia sunt aliqua peccata) inobedientia autem fratri est peccatum speciale, et contra virtutem specialem obedientiae, qua tenemur superioribus in relucteri, ex directo affectum illis auscultandi; et ideo inobedientiae, aut alio motivo, saepe ab eorum obedientia deficiamus.

Sectio 9.

De causa materiali remota Censurae, sive de subiecto in quod Ecclesiastici Iudices ferunt Censuras.

Dictum est sectione anteriori de causa materiali proxima Censurae, sive de peccato; quod est causa impulsiva, quae movet Ecclesiam, ut propter illud Censuras ferat in delinquentes, et ii sic medicinali punitione vitam pravam in probam averterent. Sequitur de ipsis delinquentibus, in quos Censurae feruntur, et in quibus veluti in subiectis materialibus ipsae Censurae resident, loquamur.

Disputatio. 23.

De quinque Conditionibus requisitis, ut quis sit capax subiectum Censurae

Cap. 1.

De Conditione 1a, nempe ut sit homo

Quinque conditiones copulativae sunt necessariae alicui ut quis sit subiectum capax Censurae. 1a ut sit homo. 2a ut sit viator. 3a ut sit compos mentis. 4a ut sit Baptizatus. 5a ut sit subditus, sive in terra subiiciatur alteri scilicet alicui superiori Ecclesiastico habenti potestatem in foro externo. De quibus singulis separatim per singula capita agemus.

1a igitur Conditio, seu requisitum, ut quis sit

subiectum capax Censuræ, nempe quod sit homo, probatur: quia non homo non potest esse Contumax, nec potest resipiscere a contumacia, nec est capax bonorum spiritualium Ecclesiæ, quibus per Censuram privat, nec est capax Correctionis fraternæ; sed hæc omnia requiruntur ad capacitatem Censuræ; seu ad hoc ut quis sit subiectum capax Censuræ, ut patet. ergo omnino necesse est, ut sit homo, qui futurus fuerit subiectum capax Censuræ.

Obiicies: plures Creaturæ irrationales excommunicantur. ergo non est necessarium quod subiectum Censuræ sit homo. antecedens probatur. antecedens probatur: quia Locustæ, et Bruchus excommunicantur. Navarrus Cap. 27. n. 13. — Civitas Hierico excommunicatur. Josue. Cap. 6. et 7. — Angeli mali excommunicantur ad Galatas 1°. — Animalia Hæreticorum excommunicantur. Cap. ergo Berengarius de Consecratione, dist. 2. ergo plures Creaturæ irrationales, et aliquæ rationales, non homines, excommunicantur.

Respondeo negando antecedens. Ad probationem assero eiusmodi excommunicationes non esse Censuras, sed vel maledictiones, vel detestationes. Unde ea omnia Censuris non ligantur, quia non sunt homines. Item nec Censuræ fiunt in locustas et Bruchum, in Hierico, et in Angelos malos, defectu subiectionis, quæ requiritur in subiecto Censuræ, ut dicam capite 7. quam in subiectionem ad Ecclesiam non habent Locustæ Bruchus etcetera.

Cap. 2.

Conditio 2.a Subiecti Censuræ. Ut sit viator

Probatur 1o: quia non viator non est capax Contumaciæ, nec resipiscentiæ, nec fraternæ correctionis, nec bonorum spiritualium Ecclesiæ; ergo homo non viator non est capax Censuræ, quam ea omnia comitantur. — Probatur 2o: quia homo non viator non potest transgredi. Ius nullius Censuræ nec potest admoneri. ad hominem præcipiente aliquid subCensura; ergo homo non viator, nec est capax Censuræ iuris, nec hominis; ergo nullius est capax.

Probatur 3o: quia subiectum capax Censuræ est homo. sed non est cadaver, nec anima separata, nec Compositum ex anima

ex Corpore, sive in Patria, sive in Purgatorio, sive in damnatorum loco; ergo subjectum capax Censurae est homo in via, sive viator. Maior liquet ex cap. anteriori: minor continet 3es partes membratim suadendas; 1a ostendit, quia Cadaver non est contumax, nec inobediens libere, nec potest resipiscere, nec habet alia enumerata requisita; ergo Cadaver non est subjectum Capax Censurae.

2a pars minoris suadetur 1o: quia nihil ligatur a non suo Judice. Cap. quod autem. de poenit. et remis. sed anima separata non subjicitur Jurisdictioni Ecclesiasticae, cum talis Jurisdictio sit data supra existentes supra terram. Mathei. 16. sive in terra; anima vero separata existit extra terram in altero ex tribus enumeratis locis, vel etiam in limbo, ergo anima separata non est subjectum Capax, quod ligetur Censuris. Suadetur 2o eadem 2a pars minoris tum ex 1a, et 2a ratione factis. Tum etiam ex iis, quae subdo in tertiae partis probationem.

3a pars eiusdem minoris ostenditur 1o; quia homo Corpore et anima constans non viator: vel est beatus, vel damnatus, vel purgans (idem dic de anima separata) sed homo beatus, et purgans, non est contumax, seu inobediens similiter anima separata, atque anima separata non potest resipiscere; ergo homo Corpore, et anima constans, nequit esse subjectum Capax Censurae, sive in Patria sive in Purgatorio, sive in damnatorum baratro. 2o ostenditur tum ex 2a probatione, tum ex 1a suasione partis 2ae eiusdem minoris.

Cap. 3.

Respondetur obiectionibus contra doctrinam Capitis antecedentis.

Obiicies 1o. Haereticum post mortem excommunicari. Cap. sane et 2o. 24. q. 2. ergo non est necessarium ut subjectum Censurae sit homo viator. Resp. quod Ecclesia non excommunicat haereticum post mortem, sed tantum declarat in vita fuisse excommunicatum. Ita Cobarrubias, Cajetanus, et Navarrus quos refert et sequitur Bonsellius hic. q. 2. n.o 4. 2a Obiicies cardinalem, et Gabrielem apud eundem opi-

nantes n̄ esse opus, q̄d subtrahi censura sit homo viator.

Obiicies 2º: quidem r̄ōis ē ligatum retinere, et deinde ligare, cum ambo requirant Iurisdicē: Cap. verbum de pœnit. dist. 1ª. sed post mortem excommunicati Ecclesia inter, seu retinet excommunicatum, si signa contritionis n̄ fuerint demonstrata, Cap. a vobis ꝯ secundo. de sñª excoi. ergo ultra. Per Ecclesiam similiter declarare tantum in vita fuisse excommunicatum, n̄ autem excommunicare posset post mortem. Ita Barbosius ibi cum eidem et ꝗa eodem

Obiicies 3º. instituens hereticum heredem excommunicatur, Cap. siquis Episcopus de heredibus: sed n̄ excommunicatur ante mortem, cum n̄ sit consummatum delictum: per mortem n̄. consummatur testamentum in quo ē heredis institutio ad Hebreos, Cap. 9.: ergo excommunicatur post mortem; ergo quando iam n̄ ē viator. Respondeo codem modo ac sequenti obiectione: s. illam n̄ esse proprie excommunicationem, sed pœnam vindicativam latam contra cadaver, ne sepeliatur in loco sacro.

Obiicies 4º: Voluntarie se ipsum occidens excommunicatur Cap. placuit 23. q. 5. ꝗ per delictum s. occisionem consummatam, ac proinde post mortem; sed n̄ excommunicatur in instanti immediato ante mortem; tunc quia tunc non ē mors, sive delictum consummatum. Tum etiam quia tunc, ut Philosophi, nihil potest incipere, neque excommunicatur in tempore, quia excommunicatio n̄ ē res successiva quae in tempore fluxo incipiat. ergo in 1º instanti mortis excommunicatur: sed illud ē primum n̄ esse hominis. Atqui tunc n̄ ē viator; ergo qui se ipsum consummate occidens excommunicatur, tunc n̄ ē homo viator.

Aiunt aliqui hominem voluntarie se ipsum occidentem excommunicari tempore quo eius vita ē desperata naturaliter. n̄ placet: quia s. tunc homo potest resipiscere. Tum 2º, s. tamen ergo n̄ ē delictum consummatum: s. tum eo abest finis excommunicationis, ac proinde talis homo n̄ potest excommunicari. Melius igitur r̄ō libens, illam excommunicationem

sed esse poenam vindicativam sacram da cadaveri, ne sepeliatur in loco sacro.

Ex dictis duo infero: 1um quod si quis mandaverit assasino ut percutiat clericum, et percussio clerici fuerit facta post mortem mandantis, eo casu mandans non est excommunicatus, quia in vita non est facta percussio, et in morte non est capax excommunicationis. Confirmatur, quia mandatum morte mandantis extinguitur ut ex iure constat. De hoc in superioribus egi disp. 21. cap. 3. §. 3um si consulens etc. De denuo haec ut in capitis praesentis, et proxime anterioris, verum redibit sermo cap. 7. Infertur 2um: quod si antequam purificetur, seu adimpleatur conditio, sub qua fuit applicata censura, moriatur ille, qui erat ligatus censura, propter eandem incapacitatem non est excommunicatus.

Cap. 4.

De conditione 3a ad subiectum censurae, videlicet quod sit rationis compos.

Hoc esse requisitum probatur: quia non compos mentis v.g. puer ante usum rationis, et perpetuo amens non est capax communionis, nec resipiscentiae, nec bonorum spiritualium lucrandorum, nec correctionis fraternae, cum non habeant rationis usum, qui ad ea requiritur; sed ea omnia requiruntur ut quis possit ligari censura; ergo subiectum capax censurae latae ob propriam culpam debet esse compos mentis.

Obiicies 1o. Capitulo 1um ut litteram de sententia excommunicationis. In quibus impuberes excommunicantur, idest, masculus ante 14. annum, et foemina ante 12um; sed ea aetate non censentur pollere vero ac firmo rationis usu; ergo subiectum censurae potest esse non rationis compos.

Respondeo ius canonicum non loqui de impubere doli incapaci, sed de impubere doli capaci; quales plures inveniuntur, in quibus (ut dici solet)

malitia supplet aetatem. Et quidem in hac aetate plures novimus, qui superarent iudicii desteritate, ingenii acumine, atque intelligendi vivacitate, tum adultos viros, tum senes cordatos.

Obicies 2o: Ex nostra resolutione sequeretur mandantem percuti clericum in media nocte, quando scilicet iste mandans dormiret, non esse excomunicatum. Probatur: quia tunc propter somnum non esset mandans tempore medii, et per consequens non posset esse contumax; nec resipisceret, ut diximus de mortuo: ergo non est capax, ut subiectum censurae sit tempore medii, quando censura ligat.

Respondetur quod mandatum non revocatum perseverat tum tempore somni, tum tempore furoris, cap. maiores. § finali de baptismo. Et per consequens tempore somni homo contumax est, et per se potest resipiscere, quod non potest mortuus; quod autem per accidens tunc non possit resipiscere, non obstat quominus censuram incurrat, ut in aliis casibus liquet.

Cap. 9.
Illata ad praxim.

Ex dictis ad praxim inferes plura. Tum perpetuo amentes, qui ante usum rationis in amentiam inciderunt, non posse ligari censura prorequirente propriam culpam: quia sunt culpae incapaces. Et de hac censura locuti sumus in probatione huius 2i requisiti, sive 3ae conditionis ad subiectum censurae, videlicet, quod rationis compos.

Tum inferes, cum P. Flores hic dicisse 7a no 29. Ut id alii negent, eosdem perpetuo amentes, qui ante usum rationis in amentiam inciderunt, tenere posse ligari censura non prerequirente propriam culpam, ut interdicto personali; secus non quoad effectus in prohibitione consistentes, quia sunt incapaces prohibitionis; sed quo ad alios effe-

quorum sunt capaces, ut quoad privationem Ecclesiasticae sepulturae, et qua privatione redundat in alios fideles prohibitio eos sepeliendi in loco sacro.

3um inferes amantes, qui post votum vitis in perpetuam amentiam inciderunt, posse ligari censuris et defectu ligari quo ante amentiam dederunt causam sufficientem; sed non ligari quoad effectus in prohibitione consistentes, quia etiam sunt incapaces prohibitionis: sed quoad alios, quorum sunt capaces. Ita Gasp. Hurt. no 30. Ut interpretor loqui de censura, non ut poena medicinali, sed vindicativa.

4um inferes cum eodem auctore n.o 31. eum qui incidit in amentiam tantum temporaneam posse ligari censuris (de medicinalibus eum loquutum interpretor) etiam quoad effectus in prohibitione consistentes (si alias sit, aut fuerit causa sufficiens) quia sicut habitualem et quasi in actu 1o retinet usum vitis, quamvis pro eo tempore impeditum, ita etiam est capax prohibitionis in actu 1o, etiamsi ab obligatione in actu 2o pro eo tempore excuset ob dictum defectum.

5um inferes impuberes pueros usum rationis habentes posse simpliciter ligari quacumque censura a iure lata: de quo loquuntur ea iuris capita ad ducta in obiectione 1a cap.is superioris. Et merito: quia et una parte possunt peccare, adhuc mortaliter. Et ex altera, nullo iure censura contra eos lata irritatur. Prima est indubia.

6um inferes contra Hugolinum et Abbatem, sed cum Suarez, et Coninch, quos refert et sequitur Gasp. Hurt. n.o 30. praedictos impuberes pueros usum rationis habentes posse valide ligari censuris ab homine. Ratio est similis, quia s. ex una parte possunt peccare adhuc mortaliter, et ex altera nullo

iure Censura contra eos lata irrita? Imo nec prohiberi contra eos ferri, ac pro iriso, vel potest licite fieri à Superiore.

Obiicies: Praedicti Pueri impuberes non percipiunt ordinem iudiciarium, ergo nec ligari possunt Censuris gralr latis, neque specialr latis contra illos. Nego Conseq. quoad utramque partem, quoad 2am, quia non ē ordinarium

De definitione ac constitutivo peccati.

Peccatum juxta S. Aug. est factum dictum vel concupitum contra legem aeternam. aliqui indicant hic tantum peccatum commissionis definiri, alii negant et dicunt advertendum definitionem explicari hoc modo factum vel non factum dictum vel non dictum. Lex a ligando dicitur, et est ordinatio a superiore proveniens ob bonum commune. provenit lex vel a Deo vel ab homine, vel a ratione naturali: dividitur in aeternam, naturalem divinam et humanam. Lex aeterna juxta S. Tho. est ratio divinae sapientiae directiva actuum omnium creaturarum ad suos fines per media convenientia ob bonum commune: lex naturalis est recta ratio discernens honestum a turpi et dirigens ad consequendum finem sive naturalem sive supernaturalem. et haec est pure naturalis, et aliam supernaturalis.

Lex divina juxta S. Tho. q. 91. art. 4. est ordinatio divinitus data dirigens hominem ad aeternam Beatitudinem. Distinguitur ab aeterna 1o: quia circa solos homines versatur; aeterna vero circa omnes creaturas. 2o quia dirigit de natura ad finem supernaturalem, aeterna vero ad naturalem et supernaturalem. unde lex divina non fert aeterna, non e contra; et est duplex Mosayca, et Evangelica; et etiam est divina positiva, et naturalis; divina positiva est quae a Deo praecipit aliud quam lege naturali non est sancitum, ut praeceptum Baptismi; divina naturalis est quae praecipit idem quod praecipit idem quod praecipit lege naturali, ut sunt fere omnia praecepta decalogi. Tandem lex humana juxta S. Tho. est ordinatio a lege aeterna per discursum directiva, et ab homine habente potestatem promulgata. estque duplex Ecclesiastica, et Civilis.

An peccatum sit essentialiter contra Legem

Prima est omnium Theologorum affirmativa. Probatur 1o ex Paulo ad Rom. 4. Ubi non est lex nec praevaricatio; 2o quia peccatum est essentialiter malum, ergo essentialiter contra legem. 3o quia est dignum poena aeterna, ergo essentialiter est contra legem Dei.

Objicies 1o: illud ad Rom. 2. qui sine lege peccaverunt ergo datur peccatum quin sit contra legem: Respondeo mentem Apostoli esse Gentiles sine lege Mosayca peccasse, non vero sine aeterna.

Dices 3o non obedientia est speciale peccatum, sed respicit indi vidualiter transgressionem legis. Respondeo distinguendo est speciale peccatum contra praeceptum positivum concedo; naturale, contra naturale nego; quia huiusmodi inobedientia est ratio communis omnibus peccatis: est alia quae dicitur contemptum.

3o, quia la malitia quae est ante legem sufficit ad peccatum: quod consequens; quia multa sunt mala quia prohibita; alia vero prohibita quia mala. Respondeo distinguendo antecedens ea malitia etiam sufficit ad peccatum fundamentaliter omitto; ad formale nego: ad consequentiam ea divisio est intelligenda de malis prohibitis per legem positivam, non vero per legem naturalem, nihil enim est quod sit prohibitum lege naturali quia malum; sed e contra

Sed instas, hinc sequi nullum esse actum intrinsece malum, quia si tota malitia provenit ex prohibitione legis aeternae, et inde derivatur ad rationem, cum Deus potuit id non prohibere potuit ille actus non esse malus. Respondeo quod sicut Deus non potest non iudicare hominem esse rationale, ita non potest non iudicare, odium Dei esse contra rationem, et sic non potest divina voluntas non movere ad illius prohibitionem quam lex divina nario committit actus intrinsece malos, quamvis non committere lex interius loquens. Neque actus qui dicuntur intrinsece mali tales sunt quia non possunt non prohiberi. Unde si a Deo non iudicarentur mali, tunc essent mali formaliter; sive non essent contra rationem, neque a Deo iudicarentur mali et cum nec lege aeterna, nec naturali prohiberentur, non essent formaliter mali essent tamen fundamentaliter.

4: Si Deus mentiretur .s. praeciperet peccatum peccaret et tamen non esset contra legem, quia Deus non habet superiorem. quod liberet Deum non peccaturum ex aliquo. 2o peccatum quia ipse est sibi lex aeterna, et naturalis et sicut in homine dicitur potestas superior rationis, similiter in Deo ratio illa, et iudicium divinum iudicans malum esse mendatium

An peccatum sit formaliter contra legem Dei?

Suppono cum Vazq. et aliis quos refert P. Arriaga tr. de actibus humanis disp. 19. sect. 10. subs. 2. peccatum philosophice sumptum (hoc est actus difformis rationi et absque ullo respectu ad Deum, non esse formaliter contra legem Dei, sive aeternam, sive divinam. Probatur quia adhuc si nulla esset lex et naturalis, aut aeterna eo ipso quod suum ipse sit contra rationem naturalem est actio mala moraliter, proinde peccatum philosophicum. Et confirmatur, quia si in aliquo homine esset ignorantia invincibilis Dei et aeternam legem, et operaretur contra rationem peccaret, et non contra legem Dei. Difficultas in de peccato theologico.

1a. d. peccatum Theologicum est hoc actus humanus moraliter contra dictamen rationis [?] Dei iis est essentialiter contra legem Dei. Prob. 1o ex def. S. Aug. peccatum est legis divinae transgressio, et caelestium inobedientia mandatorum. Prob. 2o a priori, quia secus non intervenire passionem aeternam, nec esset a parte hoc incompatibile; sed peccatum a nobis in praesenti accipitur pro malo morali ac [illegible] ergo. Prob. min.: quod semper contra actum admissa non offensa Dei possumus explicare cur peccatum mortale sit dignum poena aeterna. Ergo ad 2am prob. 1o, quia ex infinitate Personae offensae oritur repugnantia condignae satisfactionis capere hoc pro mortali; sed si Deus non esset offensus non esset offensa personae infinitae; ergo non esset essentialiter incompatibile cum puro hoc. 2o quia sublata offensa Dei, quis dubitet occisorem sufficienter puniri si vita privet.

2a d. quomodo cum lege divina non est essentialiter peccato. 1o Quia hoc contra legem divinam, sive naturalem, sive positivam existentes tum sola nat. et aeterna peccabant, ut Cain fratrem occidens. 2o si Deus abrogasset praecepta decalogi, superstite lege nat. et aeterna adhuc violatio eorum esset peccatum.

3a d. de essentia peccati est deviatio esse contra legem aeternam Dei. Prob. 1o ex def. S. Aug. 2o quia peccatum quod sit contra legem aeternam est dignum poena aeterna etsi non sit contra divinam. Et si per impossibile esset contra hanc, et non contra aeternam non esset peccatum.

Restat inquirere an peccatum sit contra legem aeternam iudicantem vel praecipientem. 1a est dictamen intus Dei, quo Deus iudicat opus esse bonum et per voluntatem complacere in illo, vel esse malum et in eo displicere. Haec est unde provenit actus malitia; itaque si provenit ex obiecto fructu illud est prohibitum, sive ex fine mali, aut medio cum circumstantiis hae erunt prohibita. Haec 2a est proprie lex, et non 1a = 1a sed non requirit transgressionem legis praecipiendi - 2a vero ut et 1a eam requirunt transgressionem. Prob. 1o ex Ap. ubi non est lex nec praevaricatio; sed lex praecipiens est tantum lex et non iudicans quia nec ligat, nec obligat; ergo. 2o quia ut peccatum non solum displiceat Deo, sed etiam obligat veritas et nisi obliget non esse iniuria, ergo erit peccatum

offensa Dei, et dignum pœna æterna deuet esse contra legem præcipientem. Unde S. Aug. explicans illa verba defectu contra legem æternam dit hanc esse quæ ordinem naturalem conservari iubet, perturbari vetat.

Obiicies: aliqua peccata sunt tantum contra legem humanam ergo constat, quod frustra theologi disputarent, an omne peccatum sit contra legem humanam vel divinam. Ideo negando ant: quia quæ sunt contra legem humanam iisdem sunt etiam contra legem divinam. Sed constat tamen dico universaliter id disputari, et constet peccata esse contra legem humanam et esse aliqua contra legem divinam directum, et particularem decalogi, ut occisio innocentis; alia vero contra legem humanam directe, et indirecte contra divinam ut ieiunium.

An peccatum sit essentialiter deviatio contra legem naturalem

Dico 1o. Peccatum est essentialiter deviatio contra legem naturalem ut si actio non exorbitet, nequaquam induet rationem peccati.

Probatur 1o: quia peccatum est malum morale, sed hoc est essentialiter contra legem naturalem, seu contra dictamen practicum rationis; ergo Probatur minor quia mala moralis dicit essentialiter difformitatem a recta ratione. Probatur 2o, quia vel est peccatum physicum, et sic est contra dictamen rationis, vel theologicum et sic est contra legem æternam applicatam per naturalem.

Dices 1o: Quædam sunt peccata, quæ dicuntur specialiter contra naturam ~~perfectam~~ ~~naturam~~, ut coitus præposterus etc. ergo non est de ratione peccati esse contra naturam. Ideo ea peccata dici specialiter contra naturam, quia non solum contra dictamen rationis, sed etiam contra naturalem ordinem, quem natura servat in generatione. Et hoc ultimum non est de ratione peccati.

Dices 2o: si per possibile vel impossibile non esset Deus, aut eius lex, vel si quis id invincibiliter ignoraret, et eliceret mendacium, licet sciret esse contra legem naturalem, peccaret physice non vero theologice. quod probatur; quia hic homo iniuriam irrogaret naturæ rationali, siquidem eliciebat actum moni motorum illi oppositum

Ad vº theologicè non peccaret probatur, quia peccatum theologicum est transgressio divinae legis et inobedientia Dei, sed haec in peccante non datur, quia ignoto non fit offensa; et lex ignorata non contemnitur ergo. Imo nec intelligitur ratio peccati completa et theologica donec intelligamus imperium Dei volentis obligare, sit intelligamus actum contra iudicium speculativum Dei, quia in illo imperio consistit ratio legis. Unde colliges, quod licet lex naturalis seu recta ratio sit lex Dei scripta in hominum mentibus, adhuc qui hoc nesciunt, adhuc si peccaret contra rectam rationem, non peccarent contra legem Dei, et sic praescindi non possunt una lex ab alia, ab eo qui naturas rerum penetrat, praescindi non potest ab eo, qui eas ignorat, sicut Rusticus.

Sed dices: si ignorantia, quod peccatum sit contra legem Dei sufficit ut peccatum non sit theologicum, sive offensa Dei: ergo qui invincibiliter ignorat distinctionem furti ab homicidio et tamen fuit illa esse mala peccaret eadem specie peccati. Probo illatum: at nullus cognoscit esse peccati, quin cognoscat esse distincta. Similiter qui ignorat vitia esse diversae speciei, non committit peccata diversa in specie. Et idem dicendum de furto facto Ecclesiae, non erit sacrilegium, si quis ignorans invincibiliter esse sacrilegium, id commisit.

Adverte non aliqua esse opera, quae sunt contra decreta, et leges, et tamen non sunt peccata; ut quae fiunt contra decreta plurima religionum Dominicae et Societatis Iesu. Quia haec decreta non sunt proprie et stricte leges, nec statuta imperativa, sed directiva et indicativa; peccatum vero debet esse contra legem, quae proprie talis sit, et imperet obligando graviter vel leviter.

Utrum malitia formalis, seu difformitas sit distincta essentialis humani actus

Affirmat 1a sententia malitiam, (et similiter bonitatem) moralem esse distinctam essentialem in genere morum actuum voluntatis ita Granado tract. 2o de actibus humanis tr. 9. disp. 2. sect. 1. Et cum eo plures constituentes peccatum in privatione, quidam tamen defendunt esse formalitatem peccati; duplicem formam malitiae, (et similiter bonitatis) distinguunt. Unam sufficientem et [illegible], quam dicunt esse essentialem actui humano, alteram quae sit malitia moralis etiam maxima ex qua dicunt consistere peccatum formaliter, et hanc dicunt esse privationem.

2a non et vera sententia docet malitiam, et bonitatem moralem esse

esse denoat extrinsecat actuum humanorum et ill[?] malitie. Ita Vazq., cum quo adstruo, eundem actum voluntatis (idem asserimus de externis) qui modo est bonus moralis, posse successive esse malum, aut saltem non bonum.

Prob. 1o hac sa., quia malitia et bonitas afferunt essentialiter libertatem actualem, sed haec est actui denominatio extrinseca, et non pertinens essentiale. ergo: 2a quia veritas et falsitas non sunt differentiae essentiales actuum intellectus. ergo: et sicut se habent veritas et falsitas ad actum intellectus, se habent bonitas et malitia ad actum voluntatis, hoc interiecto discrimine, quod illae sint ab obiecto, hae ab iudicio rationis. 3o quia omnis conformitas et difformitas, sicut similitudo et dissimilitudo, dicunt aliquid extrinsecum; dicunt enim id quod conformatur et cui conformatur. Itaque extrinsecum est actui voluntatis, quod detur iudicium proponens hanc partem esse sequendam ut pote honestam; et similiter extrinsecum Petro est, quod Ioannes sit aequalis corporatura, invariatus esset Petrus, etsi Ioannes non esset possibilis.

Prob. 4o: eadem non omissio pura potest modo esse bona modo mala. Confirmatur; quia difformitas est quid reale positivum, sed pura omissio non dicit quid reale positivum essentialiter. ergo. Prob. 5o quia bonitas potest crescere (idem dic de malitia) quin detur nova differentia essentialis actus. ergo. Probatur ant.: determinat Petrus modo efficere aliquid honestum, erit actus bonus: cognoscat mox se passurum aliquod detrimentum temporale, si operatur, et hac cognitione vehementer tentatus perseverat in nil detrahere, sine dubio voluntas operandi melior fiet. ergo. Quod autem hic fervor non ponat nova differentia probatur: quia secus quoties pluribus tentationibus concutimur, toties mutaretur voluntas, quod gratis dicitur.

Obiicies 1o: Ex eo sunt actus boni aut mali, quia sunt voluntarii, sed haec differentia essentialis actuum voluntatis. ergo: Negatur minor; quia actus voluntarii saltem ex conscientia errante invincibiliter possunt esse indifferentes: ergo non ex eo solum quod sint voluntarii sunt boni vel mali morales.

Obiicies 2o: omnis actus malus est volitio obiecti difformis rectae rationi, sed hoc est intrinsecum et essentiale actui. ergo. Resp. distinguo minorem: adaequate, nego, inadaequate concedo: volitio obiecti difformis duo dicit, et esse volitionem, et hoc est illi essentiale, et esse obiecti difformis, seu quod obiectum sit difforme, et hoc est extrinsecum actui, qui denominatur malus.

[illegible] de [illegible]

Gravem celebrem difficilemque discussa [illegible] diffi-
ciliores sacrae theologiae difficilem aggredi. In qua nam
consistat malitia moralis seu forma peccati. Quam
Theologia incunabulis [illegible] apud Doctores re-
perio. Et [illegible] a Chrysostomo [illegible] [illegible]
ad [illegible] [illegible] theologos [illegible]
[illegible] [illegible] agit. n. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] sermone [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] Angelico Praeceptore 1. 2. [illegible] q. 19. de
actibus humanis, [illegible] q. 79. de vitiis et peccatis
q. 71. [illegible] Scholasticis [illegible] Bonav. [illegible]
Dur. et alii [illegible] Magistro in 2° dist. 34, 35. 37
39. et 42 [illegible]

In hac difficultate plures sunt Doctorum [illegible]
quas [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] Malitiam
moralem [illegible] esse in privatione debitae rectitudinis. Ita
P. Suarez disp. [illegible] sect. [illegible] Et hic disp. 7
sect. 3. P. Granado contr. 6 de peccatis tract. 2. disp. 2.
sect. 2. n. 3. P. Sala, P. Tannerus, P. Mort. in
manu scriptis, qui [illegible] hanc opinionem suam originem
ab origine [illegible], [illegible] referunt [illegible]
Origenem, Ambros., [illegible] Damascenum, Bernard.
Ansel. Chrysost. Hieronimum et alios [illegible]
[illegible] [illegible] Ciceronem [illegible] Scholasticis [illegible]
[illegible] Mag. [illegible] [illegible] Gabrielem [illegible]
Castilianum, [illegible] Valent. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] privat. [illegible]
[illegible] dicam

2a sa propugnat formale peccati consistere in aliquo positivo, et negativo simul. Ita ferrara 3. contra gentes cap. 9. ad § 2um est. Bacolus, Scotus quem admodum scribit P. Granado loco citato n. 9. Quibus non parum favet D. Thomas 3o contra gentes et alibi, ut refert ipse ferrara; sed de auctoritate D. Tho. infra dicam. Volet etiam Tribui D. Bonaventurae 2. d. 42, sed ex levi fundamento.

3a et plausibilior inter ingeniosos huius temporis magistros docet formale peccati consistere in solo positivo. Habet haec sa Patronos nobilissimos. Eam defendunt ex Stis Patribus Aug.us S. Thomas et Dionisius cuius verba postea perpendam. Ex D. Tho. discipulis eminentissimus Caiet. quaestione 18. 1. 2ae art. 9. et quaestione 72 art. 1. Reverendissimus Lumet hic dispt. 9. Curiel, Canus, Medina, Andreas Perez, Guiones, Oxomensis, P. Suarez, P. Hurtado, P. Molina, P. Conink. P. Vazq. hic q. 95 cap. 9. P. Arriaga tom. 1. in 1am 2ae disp. 20 . 4. n.o 44. Ex Scholasticis Scotus in 2o, dist. 7. Gavarelus, et fere omnes. Ex nominalibus Greg. Ariminensis, Augustinianus, Angles in 2o dist. 37 q. 1. et Maior et alii quamplurimi.

Sed non convenit inter hos doctores, an hoc positivum sit aliquid absolutum aut relativum. Nam Caiet. Medina, Victoria, Curiel et alii docent consistere in positivo absoluto. Vazq. vero, Lumet, Molina et alii in positivo relativo constituunt. Dicitur P. Vazq. asserat consistere in positiva relatione rationis, non requirit relationem aliquam fictam. Ut optime notavit P. Arriaga citatus, quia peccatum rationis independenter ab aliqua fictione existit; sed per relationem rationis intelligit denominationem aliquo modo extrinsecam

actui; spectat. n. nec libertatem nec transgressionem
legis esse cio injuriam ~~talem~~ talem actui.

Ad hoc sanandis sen[illegible] verior mihi visa fuit
haec Illma [illegible] innixa fundamentis illus-
trioribusq. dum rõe, quam caeterae fundis; itaq. deter-
do malitiam moralem seu formalem peccati consiste-
re in discordantia cum judicio rationis proponente legem,
qua discordantia fiat dicere quod lex praecipiat opus
fieri, et id non fit; vel praecipiat non fieri, et actum
fiat. Ad cuius [illegible] faciliorem intelligentiam compa-
randam aliqua supponenda sunt.

Primum suppono peccatum aliud esse omissionis
aliud commissionis. Peccatum omissionis fit quando
operatur cum praeceptum affirmativum violat. Peccatum
commissionis quando operatur contra praeceptum negativum. [illegible]
[illegible] potest contingere omissio: [illegible] periculum [illegible]
diam ~~[illegible]~~ volitionis [illegible] [illegible] [illegible]
causa peccatum illud est pure omissionis [illegible] proba-
bilium tam) 2o potest voluntas omittere faciendum
per volitionem positivam qua efficaciter dicit nolo
faciendum facere, quo casu licet voluntas illa prima
rio opponatur praecepto affirmativo, [illegible]
opponi praecepto negativo, [illegible] [illegible] in [illegible]
peccata commissionis [illegible] non solum est peccatum [illegible]
actus, quatenus nihil affert privationem actionis
[illegible] sed quatenus ipse est positivus amor rei ma-
lae; [illegible] non solum tenemur ponere id quod praecipitur
sed etiam non [illegible] quae sunt moraliter mala.

2um suppono in quolibet peccato formali, sive
omissionis, sive commissionis [illegible] discordantiam et di-
formitatem cum rationis judicio proponente legem, quae
judicium licet non esse [illegible] voluntatem [illegible] quae

ē actui homo mendienā voluntas fert, qo actui proponit a Deo, et actui homo libera voluntate sequit: qo dat difformitas, q eo ipso dat difformitas quod det voluntas opposita. Similr in peccato omissionis, v.g. auditum, die festo deuer audiri sacrum et voluntas libera omittit auditionem, illi sequit ipsum oppositum, q nec supponunt ... [illegible] an in hac dissonantia consistat?

Deum suppono aliud esse formale peccati aliud peccatum formale, nam peccatum formale dicit conversum et additum ... in eo difformitate formale vo peccati praecisse ... concreti. Ubi ... clarissimi qui animadvertendum ... vult ... in hoc actu dat tendentiā ... ad objectum, dat etiam difformitas a lege dei, et hoc tanquam quid materiale se habet, potest n. stare et actus ... offensa ... peccatum ut patet in ignorante invincibili mendacium esse contra legem dei et sic ille actus solum habet esse malum in eo qui cognoscit legem, seu qui habet dicor... a conscientia ... legem, modo excitat lex, modo n excitat, sed ... excitare. ... formalissimam peccati ... esse ... difformitate cum hac ... difform ... hac difformitas in peccato pure omissionis afferet aliquid ... in peccato commissionis, nihil privativum ... afferat.

Prob. 1o nra ... auctoritate

Prob. 1o ex auct. D. Aug. qui tom. 6 lib. 22 contra faustum cap. 27 ... sic peccatum ... : est factum vel dictum vel concupitum contra legem dei aeternam. Ubi

2°. Ut explicat S. Thomas 1.2ae q. 71. art. 6. corpore per illa priora verba, significavit materiale peccati; per ista: contra aeternam legem formale peccati assignavit: quod ex mente S. Augustini et S. Thomae, formale peccati est difformitas seu repugnantia cum lege, sed nequit intelligi quod sit cum lege re ipsa existente, seu operans contra legem illam invincibiliter ignorans peccaret formaliter, quod nequit admitti a viro catholico; quod sic debet intelligi Augustiniana definitio, quod sit contra legem iudicandam, seu contra iudicium proponens legem.

Consonat idem S. Augustinus etiam in imperfecto de Genesi ad literam cap. 1. n. 3. ubi sic ait non esse peccatum nisi malum liberae voluntatis assensum cum inclinamur in ea, quae iustitia vetat, et unde liberum est abstinere: ac si diceret peccatum est assensus liber contra id quod iustitia vetat, seu contra id quod proponit ut iustitia vetitum; quod etiam docet S. Thomas in hac materia. Ut docet S.

Faciliter est mens S. Thomae in hac materia, ut videre possumus ex Angelici scriptis quamvis ... allegamentum ad credendum S. Thomam quamvis ... Franciscus ... expositionibus fuisse secutum, ut loquitur ... in locis ... Thomae. Inclinat nihilominus in nostram sententiam multis in locis: nam 1.2ae q. 71. art. 6. docet actum humanum esse malum ex eo quod careat debita commensuratione ... cum iudicio rationis. Et q. 72. art. 1. ad 2 ait peccatum non esse pura privatio, ... ordine privatum. Nempe ordine adversus regulam rationis.

Praeclare in nostram sententiam ducit in eadem 1.2ae q. 18. art. 5. corpore ubi ait in actibus bonum et malum dicitur per comparationem ad rationem; quia ut Dionysius dicit 4° capite de divinis nominibus, bonum hominis est secundum rationem esse. Malum autem quod est praeter rationem. Unicuique enim rei est bonum, quod convenit ei secundum suam formam et malum quod est ei

praeter ordinem suae formae. Cui Doctrinae videtur favere S. Dionis. Areop. pro nobis esse ut refert Angelicus Doctor.

Prob. nostra sent. ex Phe in praedicamentis dicente malum esse bonum esse 2a genera contraria, sed bonum est quid positivum, ergo et malum. Nam contraria physice sunt positiva = Resp. ille Cap. de oppositis docet malum et bonum iustum et iniustum opponi contrarie quod sive dicatur ex propria sive ex 2a Pythagorae ut vult S. Tho. 3 contra gentes, nihilominus sane potest videre est ex explicatione S. Thomae, et refert P. Mont. in manu scriptis lib. in sect. 2.

Probatur 2o. ratione nostra sententia

Prob. 1o ratione: quia in eo consistit formale peccati in quo consistit malitia moralis, quia peccatum et actus malus moralis sunt idem formaliter ut contra 2a 2ae contra docet S. Tho. hic art. 5 corp., sed malitia moralis consistit in difformitate, ergo. Probo minorem: nam in eo consistit malitia moralis, quo praecisse dato actus est malus moralis et quo praecisse ablato non est malus moralis. ergo probo minorem quoad 2am partem: quia si homo non faciat contra conscientiam non peccat, ergo praecisse ablata dissonantia cum dictamine rationis nequit actus esse malus moralis. Probo 1am: quia praecisse ablata dissonantia aufertur quod homo faciat contra conscientiam etc. Utraque si accipias, quod homo operetur absque dictamine aliquo seu quod proponat aliqua partis contradictionis, neque non prohibita, nequimus concipere cum homo ille sit reus peccati aut actus malus moralis, ergo nequit homo peccare seu agere male moraliter praecisse desinat illa dissonantia, seu difformitas cum dictamine rationis.

Probatur minorem quoad 2am partem, quod praecipua ratio illa dissonantia actus et malitiae moralis. quia qui iudicaret prohibitam esse voluntatem occidendi proximum, et adhuc vellet eum occidere libere, eo ipso censeretur dignus vituperio et supplicio, quod eo ipso daret actum malum moralem, vel daret dissonantiam cum iudicio rationis. Confirmatur, quia perinde ponitur conformitas actus liberi cum iudicio rationis proponente alteram partem esse sequendam, ponitur actus malus moralis. Patet cum quia eandem ponit actus malus moralis. Patet cum quia dispositionem eadem est ratio.

Probatur 2o quia conscientia seu iudicium practicum rei de honestate vel turpitudine obiecti est immediata regula humanarum actionum in ordine ad malitiam et bonitatem; quod ex conformitate aut difformitate cum tali iudicio desumenda est bonitas aut malitia. Patet quia actum esse rectum est conformari regulae, et esse pravum est difformari; sed esse rectum est esse bonum [illegible] esse malum: quod conformari, et [illegible] esse bonum [illegible] cum iudicio rationis [illegible] aut difformitate [illegible] bonitas aut malitia.

Confirmatur 1o quia definitionem esse bonam est conformari regulis a logica traditis, et esse malum est difformari: quod actum humanum esse bonum est conformari regulis humanarum actionum, et esse malum est illis difformari. Confirmatur 2o quia falsitas in actu intellectus consistit in relatione ad suum obiectum non ut dicere aliter se habet quam cognoscit, quod dici solet difformitas actus cum obiecto, ut est in re: quod similiter malitia in actu voluntatis consistet in relatione ad obiectum non ut subiacet legi vel prohibenti.

Dicent adversarii, verum esse quod requirit talis

tali difformitas, sed non essentialis, sed tantum de conditione, et proinde non consistere in ea malitia moralis, seu formale peccati. sed tantum efficientis, quae si solum de conditione eius essentialiter requiritur, ergo praeterea ablata tali difformitate manere tota essentialis malitia peccati, ergo malitia, et peccatum; patet quia nihil aliud est res quam sua essentia; et essentia peccati, et peccatum convertuntur; sed falsum est manere malitiam ablata difformitate, quae essentialiter requiritur ad malitiam.

Probatur 3o ab opposito fundamento contra se quia malitia moralis debet esse summum malum sub genere moris est positiva contrarietas cum dictamine rationis, quam contrarietas aut oppositio privativa; quia peius est velle malum, quam non velle bonum, alioquin prosequi Deum, quam praecise non amare, quia [struck] primum tendit in Dei destructionem, secundum solum dicit carentiam charitatis.

Unde patet ad argumentum contra se quomodo peccatum debere consistere in negativo; quia peccatum est summum malum, et si consisteret in positivo non esset summum malum quia diceret aliquam perfectionem, et bonitatem saltem transcendentalem. Patet tamen quia peccatum est summum malum solum in genere moris, non vero in genere physico, et sic in illo genere potest admitti aliquam bonitatem. Immo videtur peccata commissionis maiora esse maiora alio, maius enim malum est odium Dei, quam mendacium. Et inter peccata omissionis et commissionis, videtur peccatum commissionis esse maius ut patet in odio Dei et omissione sacri licet omissio nihil positivum afferat, et odio afferat aliquid positivum quia comparatio non est facienda inter physicum et physicum ad rationem peccati, sed inter morale, et morale.

Probatur 4o quod nequaquam in uno actu sunt diversae

malitiae morales opus est interveniat diversa ~~malitia~~
iudicia vel unum complexum aequivalens duobus;
ut in hoc exemplo patet; si Petrus habeat voluntatem
furandi, dum iudicat furtum esse contra iustitiam, cuius est
suum ius unicuique servare, dat una malitia iniustitiae
in illa voluntate et sub ea malitia non habet illa voluntas
malitiam sacrilegii; si denuo adveniat denuo cognitio quod
res ablata sit sacra et quod sit contra religionem, tam volun-
tas illa habet aliam malitiam sacrilegii, quam habere nequit
nisi ~~malitia~~ difformitate cum hoc iudicio; ergo necesse est assigna-
re diversa iudicia, vel unum complexum aequivalens duo-
bus ad diversitatem malitiae; et signum est in dissonantiis
cum iudicio istas esse rationes formales malitiae.

Prop. 5a: quod commissiones et omissiones conveniunt in-
in ratione formali peccati, quia quotiescumque quis peccat sive commissione
sive omissione cum veritate dicimus: dicimus
peccavit Petrus, ergo, neque [illegible] illis vocibus pec-
casse committendo vel omittendo. Neque videtur dici esse aequi-
vocam hanc vocem peccavit quia licet non significet rationem
communem physicam omissioni vel commissioni, negari nequit
quod significet rationem communem saltem moralem. Vide [illegible]
P. Arriaga tomo [illegible] n° 58. Sed haec ratio communis mo-
ralis nequit consistere nisi in difformitate cum dictamine rationis.

Prob. minor: quia dum homo peccat omissione nihil
potest assignari in quo peccatum consistat, nisi quod omittat
libere [illegible] proponente obligationem [illegible] dis-
sonantia cum dictamine rationis, quae est in homine habente voluntatem
contra clamantem conscientiam; ergo nihil assignari potest in
quo haec ratio moralis communis consistere nisi in diffor-
mitate cum dictamine rationis.

Atque quo fundamento solvit argumentum 3.um et sic assero id
ideo peccatum consistere in negativo: quia peccatum omissionis
et commissionis univoce conveniunt, sed omissionis con-
sistit in privativo, ergo commissionis: quia nil commune habet
negativum cum positivo, aut econtra. solvit vero eam quia
sicut nil prohibuit ut cum negativo et positivo ut in
aliquo morale, ita positivo conveniat et per se difformitas
cum debito, et clarius elucescat retorqueo
argumentum adversariis; quia virtus et peccatum conve-
niunt univoce in ratione actus moralis: ergo vel ambo debent
consistere in positivo, vel ambo in negativo; quod negant
adversarii, et sequitur actum univocatione. etc.

Probatur 6. P. Arriaga ratione a priori, quam
evidentem appellat. Peccatum commissionis consistit in
positivo; quia lex prohibens furtum, nihil aliud exigit quam
carentiam furti; ergo violatio huius legis quam habet
voluntatem furandi; ergo transgressio huius legis formaliter
in positiva productione istius voluntatis furandi est. sicut si
esset lex aliqua mandans tenebras, formaliter illi oppo-
neret quis producendo lucem, quae formaliter tenebras ex-
pellunt: ergo cum carentia furti, quae est imperata, formaliter
tollatur per positivam voluntatem necessario, ut in hac
formaliter consistat contrarietas cum lege, et consequenter pec-
catum. Confirmatur hoc exemplis. quia mala respectiva seu
mala alteri, saepe consistunt formaliter in positivo, ut videre
est in errore, qui est malus nobis, quia vitat suam, et in
dolore, quae privat delectationem, ergo etc.

Probatur 7. quidam ingeniosiores recentiores quia haec
opinio praeferentia est, quae doctrina ab aliis tradita,
et admissa commissionis eligit, ac liber convenit; sed
difformitas cum debito rationis datur tantum in peccati omissionis

quam Commissionis, nullo negante, et per talem difformitatem sufficienter explicatur malitia moralis etc. ...
ex nulo non valeret etc. = Ubi nota quod quoties quis ...
contra conscientiam dubiam v.g. dubitat Petrus an
aliquis contractus sit de iure naturali licitus necne, et in hac conscientia dubia illum celebret contractum
contra conscientiam dubiam deponere, peccat, quia iudicium
dictat illicitum esse committere ius ... . Unde talis
voluntas erit mala propter difformitatem cum isto iudicio, quamvis non detur difformitas cum alio quo proponatur
contractus, ut certo, ac determinate prohibitus.

Impugnatur 3a. Consistens peccatum in privativo

Impugnatur 1o, quia concipimus intelligimus Petrum
efficere peccatum Commissionis v.g. occisionem iniustam
quia intelligamus ipsum libere velle occisionem contra
dictamen proponens legem, sed inde non statim intelligimus
privationem debitae rectitudinis ex modo mo. quia ibi
affert ... velle dico, tum quod debet amplecti libere occisionem; tum quod dictamen proponat legem prohibentem; ... tum velle ... peccatum commissionis, in aliquo ablato non est; sed hoc totum est positivum; ergo peccatum Commissionis in solo positivo, et non in privativo consistit.
Etiam ibi afferri aliquid privationem quae esset privatio conformitatis cum lege, et ... hac privatione actus
non habet malitiam; unde infertur tertiam sententiam implicare
in terminis asserendo consistere peccatum Commissionis in positivo, et consistere in difformitate cum lege, quia difformitas est
negatio conformitatis; ergo in privatione difformitatis cum lege
consistit peccatum commissionis.

Ad

Sed 3ª ratio hoc argumentum mira ac mera aequivocat. laborat: q.a conformitas ad legem aliquando e quid positivum, aliquando e quid privativum. Ut cum lex dicit non furearis, ipsum n. furari e conformari legi: et tum carentia huius conformitatis erit quid positivum; q.a e carentia privationis, quod positivum e. Argumentum autem omnem conformitatem accipiat per modum positivi, quod falsum e; nec obstat quod conformitas explicetur per positivum, et difformitas per negativum; q.a saepe hoc accidit ad declarandas rerum naturas, q.a n. alio aptiori modo possumus eas explicare ob penuriam vocum, ut dixi supra q.o cum 2.o

2.o q.a ho. opinans probabiliter n. dari obligationem apponendi omnibus actibus humanis finem honestum poterit elicere voluntatem de ambulandi, quae nec sit bona nec mala, sed indifferens. sed haec voluntas haberet privationem rectitudinis; ergo privatio rectitudinis n. e mala moraliter. Prob. mi.: q.a illa voluntas n. habet rectitudinem, nec bonitatem moralem; ergo habet privationem.

Dices: malitiam moralem n. esse privationem rectitudinis praecisse, sed debitae rectitudinis. Et in dicta voluntate de ambulandi n. datur privatio debitae rectitudinis, q.a supponimus procedere ex opinione probabili, ho. cum n. teneri ho. ponere honestum finem. — 3.a quia neg. n. privatio debitae rectitudinis potest considerari: licet n. arguitur: perse ut detur privatio debitae rectitudinis requiritur quod ho. habeat illam voluntatem, quo cognoscat se esse obligatum ad positionem finis honesti, et illam n. ponit; sed quod ho. cognoscat illam obligationem est quid extra ~~ex~~ conceptum ~~obligationis~~ privationis; ergo n. praecise constituit malitia ~~ex~~ privatio sed ulterius requiritur, quod privatio detur sub illa cognitione obligationis; ergo tandem constituit ex illa discrepantia cum dictamine.

Impugnatur 3º quia non convenit inter illius auctores, quem ordinem removeat privatio; alii n. dicunt esse privationem rectitudinis debitae ipsi actui, qui peccatum est, alii esse privationem rectitudinis debitae homini operanti; alii esse privationem conformitatis cum lege; sed in nulla horum privatione consistere potest formaliter malitia moralis ergo etc.

Impugnatur constitutio malitiae moralis in privatione debita actui

Actus odii Dei incapax est rectitudinis; ergo carentia rectitudinis in illo non est privatio, sed negatio; ergo malitia non potest in hac carentia consistere; ant. probatur quia implicat actum odii Dei ex aliquo capite habere rectitudinem moralem unde si actus odii Dei nequit habere rectitudinem moralem non potest dari praeceptum quo teneatur homo illum actum cum rectitudine producere, quia non est adimplebile obligans. Haec ratio fortissima est et mirum est quod [illegible] modos [illegible] adversarios.

Dicunt 1º aliqui carentiam rectitudinis in actu odii Dei in praedicati generici esse privationem; in vero praedicati specifici esse negationem. Non placet solutio, quia nec [illegible] theologiam nec solidam philosophiam continet: quod sic probo 1º: quia secundum illam rationem actus malus est, secundum quam habet privationem rectitudinis et adversarior; sed secundum rationem specificam non habet privationem, sed negationem rectitudinis ut concedunt; ergo secundum rationem specificam actus malus non est malus, sed secundum rationem genericam. Si dices ex praecise, quod actus sit malus secundum praedicatum genericum esse malum secundum se totum; quia malum ex quocumque [illegible]. Contra quia odium Dei in ratione generica convenit cum amore Dei; ergo praecise in ratione generica non potest afferre malitiam;

Nec dici valet, actum odii Dei afferre denotare malitiam per rationem genericam, et actum amoris bonitatem; quia tamen actus humanus ut sic afferret denotare rectitudinem, et eius privationem, quod est impossibile.

2° probo insufficientiam solutionis: quia ut carentia sit privatio rei alicuius subiecti non sufficit, clari praedicatum aliquod in subiecto cui tali subiecto non repugnet forma carentiae opposita; quia si aptitudo quam ratio generica habet sufficeret ad privationem nulla esset in rebus negatio pura, siquidem in qualibet re est ratio generica, quae apta est habere aliquam formam oppositam, quod falsum est; quia homo dicit negationem lapidis, et non privationem. Et per praedicatum genericum subiecto illi non repugnat, quia repugnat per praedicatum differentiale. Similiter de forma aequi loquitur.

Dicunt 2° alii actum odii Dei non solum habere praedicatum genericum quod rectitudinem habendam, sed etiam illius exigentiam ut patet, cui praedicati animalis exigit potentiam visivam illi repugnantem cui praedicati specifici. Sed contra quia nequit praedicatum genericum exigere quod repugnat speciei; neque differentia potest habere repugnantiam cum eo quod exigit genus, quia differentia determinat genus ad id quod est indifferens, non vero destruit quod genus esse supponit, nec impedit quod genus exigit.

Dicunt 3° quidam Ingeniosi Complutenses actum odii Dei dare per rationem genericam quam specificam esse privatum rectitudine, quia rectitudo est accidens, et quid omnis actionis humanae, quod verum esset, etiam si actui odii Dei tam malo rectitudo convenire non possit; sicut recte stat hominem caecum esse privatum visu, et illi ut tam caeco non possit visio convenire. — Contra quia homo caecus potuit caecitate carere, et etiam habere destructam caecitatem esse subiectum visus, et actus odii

Dei (supposita summa dignit^e Dei, quae nova é) numquam potuit esse subjectum rectitudinis, et hoc illi repugnat ex praedicatis essentialibus, quae ex vi suorum praedicatorum essentialium opponit^r motivo charitatis.

Praevidit impugnationem Complutensis recentior 2°. ret, actum odii Dei, utpote in fundamento proximo privationis rectitudinis esse incapacem honestatis, quod non tollit quod 2um se sit capax rectitudinis. Solutionem hanc etiam destruit praecedens impugnatio. Sed miror in hoc auctore: 1um quod asserat subjectum esse capax formae, cum qua per suam essentiam habet repugnantiam actualem, atque illi nec de pot^a abs. convenire potest. 2um quod non ponat consistere malum formale, et speciei subjectum actui ita determinatum ad malitiam ex pravis intrinsecis, ut nec divinitus nequeat subterfugere ex suo obiecto illam habere, quod evidenter absonum é.

Impugnatur privatio rectitudinis debitae ipsi operanti.

Ex auctoribus docentibus malitiam moralem consistere in privatione, multi asserunt privationem hoc removeri rectitudinem alterius actus, quem voluntas debebat habere ex supp^e quod libere esset operatura, verbi gratia circa obiectum, quae est supp^e quod voluntas libere esset pro aequaliva Deum aliquo actu, tenebatur illum in odio, vel amore prosequi.

Confutatur his discurrendi modus, quia commissio hac obligat^e ex supp^e, quam implicatoriam appella(t P. Arriaga) homo eliciens actum odii non peccaret commissi^e odii, sed omiss^e charitatis; et hoc sciens explicaret peccatum, si diceret se omisisse actum rectum

q^do tenebat illum elicere; sicut qui ludendo violat praeceptum audiendi sacrum. Et si dicas peccatum commissionis et omissionis non differre specie: Contra quia quidquid de hoc sit certum est gravius peccare, qui odio habet Deum quam qui omittit amorem praeceptum: ergo malitia odii non consistit in carentia amoris debiti.

Confirmatur 2o efficaciter: quia odium Dei ab adversariis dicitur habere malitiam contra charitatem, quia removet charitati actum, qui debebat elicii ex suppositione, quod voluntas Deum aliquo affectu esset prosequutura. Mincit: ergo eadem ratione odium erit contra spem, ad quam pertinet amor quo Deus amatur amore concupiscentiae. Probo consequentiam, quia odium Dei aeque removet erga Deum amorem amicitiae, ac actum concupiscentiae: ergo odium Dei eodem iure dici poterit contra spem, quo ab adversariis asseruatur contra charitatem: ergo malitia odii Dei non sita erit praecise in remotione charitatis, sed in remotione Dei, et in remotione utriusque, quod hucusque nullus concessit.

Respondebis: odium Dei esse contra charitatem non contra spem; quia debitus erat actus charitati potius quam actus spei. Contra 1o quia ex suppositione quod voluntas esset prosecutura Deum aliquo affectu, aeque possibilis erat actus amicitiae et actus concupiscentiae et aeque uterque habet maximam oppositionem cum odio. Cur ergo unus prae alio debitus erat? Contra 2o; quia si prae odio debitus esset amor amicitiae; ergo cum quo, qui aliqua tentatione provocatur ad odium eliceret actum concupiscentiae erga Deum, aeque peccaret ac si eliceret actum odii; Et ideo si eliceret odium peccaret quia careret rectitudine amicitiae debitae; sed etiam si eliceret actum concupiscentiae adhuc careret rectitudine amicitiae Dei debitae, ergo aeque peccaret.

Confirmatur 3o: quia cum quo voluntas esset libera ad odium et negationem illius, etiam si non esset libera

ad alium actum peccaret elliciendo odium; ergo secundum
odii non consistit rectitudini debitae. Conseq. liquet: quia tunc
nulla rectitudo esset possibilis voluntati, ac proinde nulla
esset debita, quia non potest esse debitum, id quod impossibile
est. In nulli casum possibilem esse negant: sed mihi non
difficilis apparet. quando quod non de hoc sit casus debet sup-
poni ad veritatem investigandam in praesenti quaestione.

Resp. 1o P. Granado 1.2ae. tract. 6. disp. 2. disp.
2. sect. 7. n. 2. talem actum adhuc in illo casu esse pri-
vatum rectitudine, et honestate charitatis, quia haec tametsi ne-
possibilis est, sed per accidens tunc fieri non potest ex defectu
divini concursus: sicut aqua esset privata calore, etsi
Deus decrevisset denegare concursum quo produceret calor.

Contra, quia effectus, qui possibilis non est ex
defectu concursus Dei, nullo modo potest cadere sub
obligationem quia nemo potest obligari ad id quod inde-
pendenter a sua voluntate esset impossibile, sive ex natura
rei, sive ex Dei voluntate. Contra, quia si Deus modo
non restaret Petro suum generalem concursum per mo-
dum actus 1i, ad opus quod alias est praeceptum, omissio
talis operis nullam haberet malitiam: ergo impossibili-
tas ex defectu concursus Dei aufert rationem debiti mo-
ralis. 2a 2o, quia supponamus actum charitatis esse ex
natura sua impossibilem, et quod voluntas maneat libera ad
odium et illius negationem in hoc casu peccaret elliciendo
odium; ergo hic actus non esset ornatus quia privatus est rec-
titudine charitatis; sed quia ex natura sua est dissonans recti-
tudini obligationem. Exemplum de aqua privata
calore non est ad rem, quia illa privatio est physica, et
ita non respicit subjectum esse physice capax: privatio vero
honestatis est moralis, et debet respicere subjectum non solum
physice capax sed etiam moraliter potens exhibere actum oppositum.

Dicent alii 2o: nunc esse privationem honestatis q[uia] voluntas ponit odium existens impediens honestatem charitatis, et q[uia] ita se habet in positione odii, ut si honestas charitatis possibilis esset ex vi odii hic et nunc illi [illegible] removeret talis honestas. Sed q[uia] si [illegible] tale odium impedit concomitanter existentem honestatem non debitam. Ergo q[uia] concursus de facto ad honestatem excusat ab huius debito.

2o: q[uia] quod odium ita se habeat hic et nunc ad honestatis talis, ut si honestas illa possibilis esset, eam removeret, non facit, quod hic et nunc removeat honestatem debitam, q[uia] semper honestas ex defectu concursus ad illam manet indebita. Confutatur 4o: q[uia] falsum est hoc debitum ex suppositione, si recte inspiciatur nihil aliud est, quam obligatio non habendi odium. Ut patet in hoc exemplo: ex suppositione quod homo sit commissurus mendacium, vel homicidium, tenetur mentiri, non q[uia] aliquando detur obligatio mentiendi, sed q[uia] maior est obligatio non occidendi, quam non mentiendi. Ex suppositione, quod voluntas sit transgressiva aliquam obligationem, tenetur ad minorem transgrediendum, non q[uia] detur obligatio mentiendi, sed q[uia] datur obligatio homicidii vitandi, et haec maior est quam obligatio vitandi mendacium. Eodem modo q[uia]de nullum est amoris praeceptum ex suppositione quod voluntas sit amatura vel odio habitura Deum, tenetur Deum amare, non sic ut illum amet, sed ne odium illum habeat.

Ubi advertendum est 2o, quod ex suppositione quod voluntas habituralis aliquem effectum erga Deum teneri habere aliquem distinctum ab odio, pertinentem charitati, sive spei, vel alterius virtutis, q[uia] quilibet sufficit ad vitandum odium. Et si omnes actus omittant, et odium committat, tum committi unum peccatum odii contra [struck] charitatem

qa omissio actum in tantum est mala, in quantum includit actum odii: sicut qui omittit plura media, ex quibus sequeretur executio finis praecepti, non committit plura peccata, sed unum consistens in executione, aut omissione finis contra praeceptum.

Auctores asserentes peccatum consistere in privatione conformitatis cum lege, iure nobis consentiunt, si sotis dicent: quia dicunt agere legem. ... [illegible] debere cognosci, actum esse contra legem, quia si non cognoscatur lex non dabit peccatum, ut patet in ignorante invincibiliter legem. Secundo debet esse contra legem: quia actus voluntatis eliciti sine cognitione legem ... bonus est, etiam si non conformet cum regula ... [illegible]. Et actus indifferens non conformat legi, et ... tamen non sunt mali; ... actus malus sit debet esse contra legem cognitam, ubi affert ... deformitas cum lege, quae est contra ... . Caeterum ... male loquuntur, quia hoc totum est quid positivum, et aliud est non sequi partem, quae praescribit a lege, neque aliud est non sequi partem, quae praescribit oppositum; et aliud est non sequi partem, quae praescribit a lege, sed sequi oppositum. Iam solvat modum explicandi peccatum ... adversariorum, quod non ... sed ... tantum requiritur.

Impugnatur caeteri modi explicandi per negationem

Impugnatur 2a sententia consistens peccatum in positivo, et negativo simul: aliqui eam reprobant: quia tam malitiam moralem esse quoddam per accidens, sed meo videri hoc nullum est inconveniens: melius mihi videtur reprobatur 1o: quia explicatio patet ante omnem privationem dari peccatum in positivo esse constitutum: 2o quia homo fieri verecundiae per ... ex eo peccaret, et quia commisit; et quia

privat rectitudine; sed hoc est falsum: quod probo min: quia homo qui dolo cum peccat debet duas obligationes cognoscere, alteram non habendi voluntatem periurii et alteram inducendi rectitudinem .f. in actum .f. virtuam voluntatem, quod falsum est: quia tam in quolibet peccato commissionis includeret fraudisse peccatum omissionis. 2º quia cum dentur ibi duo praecepta peccaret homo quatenus alterum frangeret, quin alterius meminisset; quod si proponatur dumtaxat negativum praeceptum, et illud homo violet sine dubio peccabit, quod intelligitur malitia morali, quin intelligatur privatio debitae rectitudinis.

Probat 3. 3ª victoriam asserentem peccatum 1am rationem genericam dicere privationem et 2am specificam importare formalitatem positivam. 3ª 1º quia genus privativum semper contrahitur per differentiam privativam, negativum potest contrahi a ratione privativa. Contra 2º quia genus et differentia identificantur, sed positivum et privativum nequeunt identificari, quod requirit peccatum esse constitutum in privativo et positivo.

Ingeniosius Thomista, qui hanc doctrinam deffendit eodem modo impugnandus est. secundo videtur argumento Patris Suarez qui tangit disp. 7 sect. 4 f. quod peccatum est contrarium naturae rationali, sed omnis contrarietas includit aliquam negationem quia privat aliquam formam sicut multitudo dicit negationem unionis et unio negationem multitudinis: 3ª 1º quia hoc argumentum probat bonitatem consistere in aliquo privativo, quia etiam bonitas est contrarium mali. 3ª 2º quia peccatum in quo-dam sensu privat conformitati cum lege, haec non privatio perest voces non est privatio, seu logica, quia conformitas qua privat est aliquid positivum, quia est conformitas cum praecepto negativo.

1. P. Der Cannerus constituens duplicem malitiam aliam absolutam, aliam respectivam, impugnatur 1°: quia nulla est malitia moralis, quae respectiva non sit, malitia enim moralis dicit dissonantiam rei cum lege et rationi, quae dissonantia essentialiter connotat subiectum quod dissonat et illud cui dissonat. 2° quia omnis malitia absoluta consistit in defectu alicuius requisiti ad integritatem, seu perfectionem, quia malitia absoluta correlative opponitur bonitati transcendentali, quae definitur integritas rei in suis partibus, malitia vero, carentia integritatis et perfectionis.

Unde bonitati aliqui doctores eodem modo de malitia morali asserunt consistere in privatione alicuius perfectionis, quia malitia transcendentalis dicit defectum alicuius perfectionis, nec datur aliqua ratio communis malitiae morali et transcendentali, sed hoc nomen malum, aequivocum est ratione utriusque malitiae, quia applicatum moralibus significat dissonantiam cum lege et applicatum cuidam utrique, significat defectum perfectionis.

Haec illa huius Provinciae Iacobaea lumina P. Jacobus Mont. et P. Jacobus Brancalo, Hispalensis Academiae aeternus honor, et alii recentiores admittentes in peccato monstruositatem positivam, seu radicalem, et postea privationem rectitudinis, seu proximam malitiam, impugnantur 1°, quia posita illa monstruositate excluditur ab ea privatio ponit adaequate totam malitiam, quia ex vi illius est dissonum rationi, legi, et rei; 2° quia iam impugnatum est modum constituendi in privativo.

Impugnatur sententia constituens peccatum in positivo absoluto.

Aliqui Doctores Neoterici asserentes, ma-
litiam consistere in positivo, docent consistere in positivo
absoluto, non vero in aliquo respectivo, et variis modis apud
Patronibus explicatur. Alii asserunt malitiam esse in-
trinsecam actui, innixi prius ex fundamento libertatem esse intrin-
secam actui voluntatis, sed hunc modum explicandi non
impugno, sed tanquam falsum reiicio. Praeterea
reiiciendi sunt qui asserunt peccatum consistere in positiva
entitate actus connotante aliquid extrinsecum, et impugnari
connotatores.

Caietanus, Medina, et alii constituunt malitiam
in habitudine, seu tendentia physica actus ad obiectum. Quos
breviter, sed valide urgeo. Ea si praecise de ratione illa ha-
bitudo, seu tendentia actus, non est malus moralis; quod probo
ante; quia si quis feratur in obiectum rationi dissonum, et
in putetur invincibiliter non esse dissonum, sed potius conso-
num dabitur tendentia in obiectum dissonum, quin actus sit
malus moraliter. Ergo praecise data illa habitudine seu
tendentia, non datur malitia moralis. Itaque non valet, Quis
fertur in obiectum rationi dissonum, ergo peccat, et e contra valeat.

Respondebis requiri, ut tendentia
illa detur sub cognitione prohibitionis. Contra; ergo ut tenden-
tia habeat sub illa cognitione et libere, aliquid affert prae-
ter tendentiam; ergo non praecise consistit malitia in illa ten-
dentia. Patet quia ibi affert rationem dissonantiae quae non prae-
cise colligitur ex tendentia. Adhuc intelligam considerare
actum malum moraliter tendentem ad obiectum inhonestum, quia
elicitur reclamante conscientia, et aliud actum ad idem obiectum,
qui non sit malus moraliter, quia non elicitur reclamante conscientia;
hi duo actus conveniunt in tendentia ad obiectum et non conveni-
unt in malitia; ergo ultra hanc habitudinem aliud requiritur esse
ad malitiam, scilicet dissonantia.

Respondebis 2o: ipso actu electivo reclamante
scia dari talem tendentiam ad obiectum, quae non dat in actu
alio, qui elicit non reclamante conscia, sed potius aversa ten-
dentia; Dato quod talem non omissio pura dat reclamante
conscia, quae ideo fit non reclamante; ipso sufficienter e mala
morali, quae coniungit cum reclamante conscia. Probatur
ex eo 2o cumstanti quod conscia reclamat non advertit dum quem
concientia removeat; quod narium e persistere eandem in pu-
ram omissionem. Cum ex parte voluntatis omnia sint invariata
et solum advenit conscia reclamans, quae spectat ad concep-
tum disonantiae, et inde ad malitiam moralem.

Curiel et alii docent malitiam moralem
esse modum positivum superadditum actui peccaminoso
qui modus est conversio ad obiectum rei disonum, ante-
quam intelligatur privatio aliqua. Dico 1o: quod modus
iste super additus initio Curielis est qualitas distincta
per se tendentia in obiectum, quod e actui ipse distinctivi
ex verissimum sum, quo actus voluntatis conciliat singulitate;
Dato 2o: quod actus ipse non quam intelligat modus est
tendentia in obiectum legi et rei disonum; quod ante illum
modum habet id per quod constituitur in rei malitia.

Contra 1o: quod si per impossibile aliquis libere
vellet furtum, et facto hoc actu voluntatis impediret
productio modi Deus efficere potest negando
concursus ad modum istum quod distinctum e realiter ab actu)
in hoc casu permanente voluntate furandi, permaneret
obiectum rei disonum, deque Deus displiceret, et quo
facto si moreretur in eo statu damnaretur quod id quod supponit
e modum moralis et modus superfluus. Contra 2o, quod
omissio pura intelligitur sufficiens esse peccatum com-
ille quod fieret sub conscia reclamante, etiam si non de-
modus superadditus; quod si in pura omissione dare modum
tunc voluntas produceret cum libertate etiam non esse
pura omissio. quod idem de peccato commissionis.

Impugno nunc generaliter sententiam dicentem rationem formalem peccati consistere cum sola substantia actus, et in entitate actus cum modo superaddito. Quia tamen ad rationem peccati requiritur ut sit actus liber quod nihil praeter eandem entitatem aut modum additum dicit extrinsecam denominationem a cognitione et deliberatione ... requirit ut non requirit dissonantia quae dicit extrinsecam denominationem difformitatis cum lege ... quod peccatum non consistit in pura entitate actus, sed etiam non solum procedit e deliberata, sed etiam conscientia dissona.

Argumenta quae dantur adversus nostram sententiam.

Obiicies 1o: si peccato auferatur negatio virtutis manet virtus, ergo si peccato auferatur ab odio Dei negatio charitatis, manet charitas: ergo odium Dei constituitur per talem negationem. Probatur consequentia, quia peccato posita charitate non manet odium. Retorquetur argumentum, si peccato auferatur ab hoc negatio irrationalis manet rationalis, quod constituitur per talem negationem; similiter si peccato auferatur a Petro negatio Ioannis, esset Ioannes, quod Petrus constituitur per negationem Ioannis. Ideo quod argumentum procedat de negatione logica non autem, quia negatio logica aliquid positivum; et sic concedimus consistere in negatione logica, quae in hoc est rationale, fundans negationem physicam irrationalis et in peccato est ipsa difformitas fundans negationem physicam virtutis. Respondeo 2o si procedit de negatione physica, et si peccato auferatur a peccato negatio physica virtutis, maneret virtus, et maneret peccatum, et si hoc sit impossibile, quid mirum est si sequitur ex suppositione impossibili, quia impossibile est peccato negationem virtutis, sicut in hoc peccato negationem irrationalis.

Obiicies 2o homo ideo committit peccatum, quia habet voluntatem, quod iudicat illam esse prohibitam, sed ideo quod sit prohibita habet privationem bonitatis moralis, ergo in privatione

bonitatis consistit malitia. Resp. distinguendo min: sed hec privationem bonitatis moralis quam bonitatem tenet sic apponere, nego min: quam bonitatem non tenet homo apponere concedo min:

Obijcies 3°: peccatum dicit formaliter aversionem a Deo, et conversionem ad creaturas, sed aversio est privatio et conversio quid positivum, ergo. Resp. aversionem dupliciter intelligi posse, vel effective quatenus peccatum facit quod privemur charitate et gratia, et in hac aversione non consistit formale peccatum, sed est quid subsequutum; vel formaliter quatenus facimus contra legem iudicatam et sic peccatum dicit formaliter aversionem quia sic aversio nil aliud est quam difformitas cum iudicio, quod est positivum; conversio autem non est mala precise, quia est amor obiecti delectabilis; sed quia difformatur recte rationi.

Obijcies 4°: malitia moralis opponitur bonitati morali, sed privatio moralis bonitatis opponitur morali bonitati, ergo in hac privatione consistit moralis malitia. Resp. in actione indifferenti convincit esse falsum. Deinde a contrario potest retorqueri posset quia bonitas moralis consistit in privatione malitiae, quia bonitas moralis opponitur malitiae morali, ergo in eo consistit quod opponitur malitiae morali, sed privatio moralis malitiae opponitur morali malitiae, ergo in hac privatione consistit moralis bonitas. Tandem in debus [illegible] potest retorqueri. Resp. distinguendo ant., malitia opponitur morali bonitati contrarie, concedo, physice vel contradictorie, nego; similiter distinguendo min: de contrario et contradictorio [illegible] cum in[...] contraria sint positiva ut calor et frigus [illegible] implicatio.

Obijcies 5°: si malitia moralis consisteret in difformitate cum recto iudicio consisteret in aliquid

quo constituitur bonum morale vg.ª sub eodem iudicio. Ideo concedendo ex nulla dari in actu, q.ª optime conueniunt duae relationes habere in eod. ex-tremum est vg.ª S. Aug. et S. Tho. dicunt verbum esse Deum. Ecce relatio conformitatis inter S. Aug. et S. Tho. Et deinde Arrius dicit verbum n. est Deus. Ecce Augustinus difformatur ab Arrio per eundem actum, quo conformatur Divo Tho. Et idem actus e[st] coniunctus relationi conformitatis et difformitatis,

Aduersus contra ea constituentes peccatum in positiuo sequatur Deum esse illius causam

Contra Tridentinum.

Constat ex Trident. sess. 6. can. 6. Deum esse causam tantum permissiuam peccati; si quis dixerit mala opera, ita ut bona Deum operari n. permissiue solum, sed etiam proprie, et per se, adeo vt sit proprium opus eius n. minus proditio Iudae, quam vocatio Pauli, anathema sit: sed Deus concurrit immediate et efficient. ad omnia positiva opera; ergo

Plane obiectionem omnibus leuem facio. Et in his videns equo pugnare contra Caiet. et alios constituentes in positiuo absoluto, atque contra nos, qui in positiuo relatiuo constituimus, et etiam contra Vasq. qui in relatione rationis, seu denominatione extrinseca illud collocat. Et quaeritur contra eos. Et quia Deus e[st] causa actus sed creatura n. alter e[st] causa peccati. s. malitiae, nisi q.ª e[st] causa actus, unde sequitur malitia, q.º nec dici potest creaturam esse causam proprie et per se formalis peccati q.ª formale peccati iuxta hos auctores, e[st] negatio s. priuatio, ad quam non datur per se actio, q.º fatendum est s. Deum esse causam peccati. s. si non creaturam n. esse, q.º utrumque haeticum e[st]; s. etiam e[st] cum ratione Deum abesse causam positiui, et ab creaturam.

Dices ex hanc privationem sequi actionem positivam, qua-
tenus ē opus creaturae, n. quatenus ē opus Dei, d. q. h. Deus
aliis ē causa positivi, quam ho. l. n.; sic ergo Abraam diuer-
sitatem potest explicare quaerere ubi ab n. Deus sim. ca. illius
etiam si consistat in positivo, sine ē alr implicat q. malitia
sequatur ut ē opus creaturae et n. ut ē opus Dei. Dices 2o
illud positivum ut ē Dei etiam esse prohibitum creaturae, n.
vo Deo. Da 1o q. hoc probat q. si Deus produceret se solo
tionem n. peccaret. Da 2o: quia iam multi recurrit ad privatio-
nem etiam si consistit in positivo Deus n. erit ca. et erit creatura
si denique recurris ad indifferentem concursum, idem dicimus;
etiam salvavit Deum n. esse causam peccati etiamsi con-
sistat in positivo, si indifferentem concursum sufficit. Explica q.
in iniquo q. a plures contrariae etiam similiter consistit
in inuoluntarie rois, l. in privatione saltem partiali, et in Deus
ē ca. bonitatis creaturam non concurrit ad finale unius ut bonitatis
quam ad finale alterius: l. malitiae; q. si aliqua diversitas est
in materiali.

Vidimus praesentis difficultatis res prima, videamus n. quomodo
sit solvenda. Aliqui afferunt Deum concurrere ad bona opera
virtute non immediate virtutis quam ipse posuit; ad mala immediate
mediatae virtutis. Haec sententia n. omnibus vera videtur; videatur
in pro illius defensione sola Capisius in disp. quodlibetali, et
Cap. 7 ubi cum Durando defendit Deum n. concurrere immediate
ad ullam creaturarum operationem contra alii judicant.

Alii dicunt Deum n. peccare q. ille n. ē prohibitum pecca-
tum tam quod ad male, quam quod ad finale. Haec solutio porro
solida ē, q. n. quaerimus an Deus peccet, sed an sit ca. peccati; sicut
si quis scribit optime, q. n. peccet; et q. sit ca. peccati; sicut scribit, si quis forte
concurrit ad actum peccati sufficienter intelligit n. peccare q. obligatio
n. cadit supra libertatem, sed supra hoem; et adhuc dicimus Deum esse causam
peccati q. inclinat et concurrit ad actum. Itaque Concilium videtur
plus intendere dicens Deum n. operari mala nisi permittere.

Alii recurrunt ad indifferentem concursum q. Deus offert con-
cursum ad bonum et malum creato animo ut eo bene utatur creatura
unde illius tribuit, q. illud ad malum detorquet; etiam dicunt

n° per se Concurrere. Haec via patit graves difficultates. 1° qa Deus simil' offert Concursum indifferentem ad actus bonos, et a creatura determinat. 2um hinc videtur esse cã peccati quamlibet detrahi ab hoe. 3um Causa in Coi' ad definit quae concurrit detrahendo aliam, l. detrahendo se, sed quae influit esse in alia.

Respõ Coit ex Pe Arriaga, Deum ad bona inclinare et intendere, ut illa fiant, n' autem ad mala, quin potius ea deterreat et hinc arguit discrimen, quod sufficit et consentit Concilii divinã, qd voluit reiicere Haereticos asserentes, a Deo voluntates moveri tam ad mala quam ad bona. Ad 2um disparitas clara e, hinc. n. dat facilitatem, et propendere facit hoiem in actus malos, Deus vo Concursus offert indifferens, et quamvis Deus negaret Concursum ad actus bonos, adhuc n' esset cã per se peccati, qa offert existente vho prohibente n' admittat opera prohibita. Ad 3um respondet ex eo qd Deus influat in peccatum solum inferri esse cam ullam physicam, oda per accidens et detrahat ca 2a n' vo per se qd solum negat Synodus.

Potest instaurari 1o, qa Concilium dicit Deum n' esse cam proprie et per se malum operum, qd videt asserere rõem cae n' convenire Deo cum proprietate quaroe convenire ti inde influere. 2o qa dicit Concilium Deum duntaxat permissive se here in malorum operum, videt autem plus esse qd influat in mala opera

Sed cui placuerit haec coi' Theologorum via potest in offenso pede, adhuc admissa Causalitate Dei physica in actus malos sic respõ. Ad 1um Concilium ibi n' negat Causalitatem physicam, sed rõem causae proprie et per se, et his vocibus solum intendit Deum n' influere et movere; qd ex eo colligitur, qa Concilium definit 2a Haereticos Deum esse cam proprie et per se bonorum operum, n' ita malorum; sed Haeretici duo asserebant. 1um Deum influere et movere, et excitare ad bona opera; 2um etiam influere et excitare ad mala; quorum 1um Concilium concedit; et ideo dicit esse causam per se bonorum operum, idest, physicam et moralis: 2um vo damnat, n' qa negat influxum physicum sed moralem excitationis scilt et motionis, unde patet ad 2um.

Ad 2um dices duo esse definita a Concilio: 1um talem Concursum in actu 1o esse solum permissivum, id est indifferentem, et non impellentem, aut detrahentem voluntatem, qualem Haeretici adstruebant; de quo loquitur Canon 4 sess. 6: si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum non posse dissentire si vellit anathema sit: 2um Deum non movere, et excitare ad peccata quod Haeretici contendebant, sed solum permittere, id est, non impedire cum posset si vellit. Itaque ex mente Concilii Deus quoad mala permissive dumtaxat se habet tam ut causa morali, quia ad ea non incitat, quam ut physica non quia physice non influat, sed quia concursum praestat indifferentem.

Sed instas quod similiter Deus erit causa permissiva solum et non propria bonorum operum, quia etiam paratus ad illa concursum generalem et indifferentem; Resp. Arriaga negando consequentiam: disparitas est, quia Deus movet ad actum bonum, et non ad malum; Deus hoc tamen pertinet ad causalitatem moralem, quae implicat Deum eodem modo concurrit ad mala opera ac ad bona. Concedit Pater Arriaga ait non causalitatem moralem sufficere ad explicandum quo modo Deus non eodem modo sit causa proditionis Iudae, ac conversionis Pauli prout definit Concilium. Resp. tamen quidam recentior dando disparitatem etiam in causalitate physica quia Deus ex complacentia exhibuit generalem concursum in actum bonum et malum non itidem; haec autem complacentia non solum moraliter sed physice concurrit ad actum bonum unde actus bonus promanat a voluntate Dei.

Supplici alio modo defendit rigoriore quidam recentior Deum concurrere immediate ad male et ad materiale peccati; et adhuc esse solum causam permissivam illius. Licet ex eo quod Deus operetur concursu indifferenti, et tota determinatio sit a voluntate creata. Hic explicat concursum indifferentem: est decretum quo Deus vult efficaciter concurrere ad omnes effectus, efficaciter nunquam non antecedenter, sed simul et ex suppositione quod voluntas producat in actum. Ex suppositione nunquam, non praevisa ante concursum Dei, quia ante concursum non requirit Deus praevidere voluntatem creatam aliquid agere; sed ex suppositione simultanea cum ipso suo concursu, quatenus Deus vult se esse in praeparatione concursus ad operandum cum voluntate, quae ipsa mox operetur ac determinet concursum indifferentem: itaque hoc decretum habet pro obiecto operationem, et

Et vult Deus autem simul cum creatura operari, sed non vult operari antecedenter: non obs(ervatis, servandis) a fidelibus charitatis ait dese activa praeparatus cooperari cum voluntate dum ipsa velit, ut fidelium ex vulgare eloquium fidelibus utimur dum volumus.

Hoc posito probatur 1o nostrum intentum; quia illa est causa permissiva quae dese non magis unum determinat quam aliud, sed utrumque permittit; ergo. Confirmatur 1o; quia voluntas creata duo praestat: unum determinare Deum ad producendum actum peccati; 2um influere in peccatum; hoc 2um praestat etiam a Deo, non vero 1um, nunc sic, 1um significat esse causam proprie, et per se, et plusquam permissivam; ergo si Deus 1um non habet, quamvis habeat 2um non erit plus quam causa permissiva. Confirmatur 2o; quia causa indifferens ad aliquem effectum si concurrat determinata ab alia, non dicitur causa per se nisi ad summum permissiva, si possit impedire et non impediat; ut patet in pluribus moralibus exemplis: nam qui dat ensem alicui non cum animo ut alterum occidat, sed mente ut se defendat, etiam si postea aliquem occidat non dicitur causa mortis, diceretur autem si gladium daret animo determinato.

2um modus explicandi causalitatem consistit in hoc, quod voluntas Dei non vellit fratri cooperari ad actum illum malum sed solum vellit non impedire ipsam, ut cooperetur ad illum: unde obiectum illius volitionis non est cooperatio actus mali, sed negatio alterius volitionis efficacis cogitandi ipsam ad cooperandum tali actu mali. Unde volitio permissiva sufficit, ut cum voluntate creata ipsa divina cogat opus bonum vel malum. Ex quo patet quod Deus permittit suam ipsam cooperari cum voluntate creatae ad actum bonum vel malum in individuo verbi gratia, qua stante permissione nec Deus est causa physica proprie et per se, ut loquitur Trid. sed solum permissiva mali operis.

Dices 1o: quando voluntas creata operatur malum Deus concurrit simul cum ea, etiam determinate ad malum; ergo vult Deus etiam determinate cooperari ad malum. Dicet distinguendo consequens: determinate determinatione se tenente ex parte causae creatae concedo; determinate se tenente ex parte voluntatis divinae nego.

Advertendum duo: 1um esse in Deo duas volitiones

Unas integrantes concursum indifferentem in actu 1o: 1a est vo-
litio non determinandi creatam voluntatem, et obiectum huius volitio-
nis est negatio voluntatis suae determinandi efficacis ad unum
vel alterum extremum: 2a est volitio cooperandi positive
ad eum actum, quem voluntas creata elicuerit, et hanc dixi
mus esse conditionatam. Adverte 2o actionem voluntatis
creatae in peccatum in ratione actionis pendere ab utraque vo-
litione, a 1a tamquam a causa non determinante, ut talis est
[illegible]; a 2a tamquam a causa vere cooperante, ut talis est
vera et rigorosa dependentia creaturae a Deo.

Dices 2o. Causa est, quae influit physice esse in aliud
ergo Deus sit causa peccati, non requisiti, non requisiti concursus sui
declarati in actu 1o. Respondeo distinguo antecedens; causa per se, et propria
efficax concedo; causa per accidens et solum permissiva, [illegible]
physice, nego antecedens.

Dices 3o: Ut voluntas creata operetur male necesse est ope-
rari in individuo; sed non est in potestate voluntatis eligere unum
individuum prae alio, ergo hoc fieri debet ex declaratione divina, ergo
non bene dictum est decretum Dei non determinare; Respondeo volunta-
tem non esse liberam quoad individuum, sed determinatur in individu-
dui ex se ipso esse; quia praeparat concursum ad individuum
A [illegible] ceteris [illegible]. Unde voluntas creata casu quo
operatura sit manet determinata ad illud individuum, sed non
aliter, quia potest illud non operari, quia Deus non praedeterminat ad
illud; quod dixi solet Deum determinare negative quoad indivi-
duum, non vero positive, quatenus si nostra voluntas se determinet
quoad exercitium sit operatura potius individuum hoc quam
aliud non enim opus est, quod illud operetur, sicut nec opus est,
quod se determinet quoad exercitium.

Reliquae difficultates circa peccatum omissionis et com-
missionis eluduntur.

[illegible] difficultas An materia omissionis con-
sistat in [illegible] cum volitione [illegible]. Respondeo affirmative

quod si praeceptum deficeret, quod sit prohibitivum, praeveniens legem affirmativam non daretur peccatum omissionis. quod libet.

2° difficultas: Num a malitia omissionis et commissionis abstrahi possit ratio communis malitiae moralis? Resp. affirmative; et sic potest definiri peccatum in communi: est illud voluntarium et liberum, quod fiet cum disconvenientia ad rectam rationis iudicium.

Dices: peccatum omissionis dicit privationem, peccatum commissionis dicit actum. ergo potest communi, quia privationi et actui nequit dari ratio communis. negatur consequentia; ad probationem, concedo quod licet nequeat dari ratio communis actui et privationi, quatenus haec est carentia actus, dari tamen potest in ratione difformitatis. Exemplum sit in falsitate: falsitas convenit faliciter propositionis affirmativae et negativae, et tamen una sit actus negationis, altera affirmativus. Et tamen nam licet actus et privatio non conveniant in genere physico, conveniunt in genere morali.

3° difficultas: An malitia omissionis et commissionis possint esse eiusdem speciei. Dico 1° in genere physico non possunt, quia omissio affert privationem commissionis actum. Deinde, quia malitia omissionis affert cognitionem affirmativi praecepti, malitia commissionis negativi. sed hae duae cognitiones distinguuntur specie: quod libet. Dico 2° in genere moris possunt: sicut furtum tritici et furtum nummorum et moraliter non differunt, etiam si physice differant, si quantitas sit eadem. Probatur 1°: quia si qui habet votum obedientiae, si iubeatur a superiore aliquid agere, et omittat, eodem modo peccaret ac si ageret, quod iubetur non agere. Et sufficienter confitetur, si dicat in materia gravi, vel levi, se fecisse contra votum obedientiae, quin explicet an sit omissio vel commissio.

Unde distinctio peccatorum accipienda sit.

Diversitatem specificam ac numericam scire multum refert pro sacramenti confessione, a quibus vero nobis sumenda sit specifica ac numerica peccatorum diversitas. Alii recurrunt ad diversitatem specificam virtutum. Alii ex obiecto specifica differentia, alii ex causis specie distinctis; Alii ex circumstantiis specie distinctis, et sic de numerica.

Nos vero indicamus, qui distinctionem peccati diximus esse dissonantiam cum praecepto seu lege, dilucide rem declaramus asserendo toties esse diversum peccatum numero seu specie, quoties dissonantia numero seu specie diversa fuerit. Unde iam gravius emergit difficultas an quomodo multiplicatur dissonantia seu peccatum.

Pro explicatione suppono: Praeceptum multiplicari seu ex parte praecipientis seu ex parte rei praeceptae: rursus ex parte praecipientis dupliciter: 1o quando ab eadem persona circa eandem rem pluries praeceptum repetitur. 2o quando eadem res praecipitur a diversis Praelatis. Ex parte rei praeceptae multiplicatur praeceptum quando multiplicantur res, quae praecipiuntur, sive eadem sit persona praecipiens, sive diversa.

Hoc posito dico 1a conclusio: Sola multiplicitas ex parte praecipientis non multiplicat graviter dissonantiam rationis, nec peccatum, nec est necessario in Sacramento Confessionis manifestanda. Probatur quia haec multiplicitas non facit esse praeceptum multiplex formaliter morale.

Unde colliges primum: repetitionem voti seu contractus seu excommunicationem non afferre novam obligationem. 2um omittentem ieiunium in Vigilia v.g. S. Thomae concurrenti in quadragesima sic dicit Sanchez 3um satisfecisse confessionis praecepto clericum solum modo fatendo a se omissam satisfactionem uno die, etiam si pluribus titulis obligatus esset v.g. voti, ordinis sacri. Ratio omnium est quia haec omnia praecepta eandem rem praecipiunt. Ita Vasquez. et alii apud Salas.

2a conclusio: Diversitas praeceptorum ex parte rei praeceptae multiplicat peccata. Unde si ex parte rei praeceptae sit solum diversitas numerica, peccatum numero multiplicatur; si specifica, specie. Hoc suadetur: quia peccatum est transgressio legis, sed quoties rei praecepta diversa, lex est diversa: quia omittens rem diversam praeceptam, diversam legem transgreditur. Confirmatur: quia haec via defendit peccata designari 2um obiectum, quae est doctrina S. Thomae.

Haec conclusio dicenda est de diversitate rei praeceptae formali, non materiali; nam non quaelibet diversitas materialis obiectorum diversificant peccata: nam qui furto raperet galerum non omitteret peccatum diversae speciei si furaretur aurum. Ratio est, quia ad specificationem difficultatem non debet attendi materiale obiecti, sed formale praeceptum.

Obiicies 1o contra 2am conclusionem: diversitas peccatorum non requirit diversitatem in praeceptis quia uno praecepto diversa possunt iuberi aut prohiberi; praecepto v.g. sanctificandi diem dominicum v.g.

labor servilis, et iubet missae auditio. Praeceptum non iurandi prohibet iuramentum falsum, iniustum, ociosum: et non haec dicunt diversas species. Resp. 1o quod eo ipso quod sit diversitas in formali ratione praecepti, est et etiam species praeceptorum. Resp. 2o, est unicum praeceptum male, et [illegible], Concedo: unicum formale et aequivalenti nego: in aequivalenti sunt plura praecepta, quod res praeceptae tales sunt, quod intimatio unius non sit intimatio alterius.

Obiicies 2o: Qui Calicem sacrum ex gula furatur duplex peccatum committit: ergo circa eandem indivisibilem rem possunt multa peccata committi. Resp. negando cons. quia in furto rei sacrae est duplex res prohibita, vel una sub aliqua diversa circumstantia. Nam ratione iustitiae prohibetur furtum huius liberae rei; ratione vero religionis prohibetur specialiter furtum rei sacrae quod diversum est. Nam ratione iustitiae perquiditur est rem esse sacram [illegible].

Obiicies 3o quando quis aliquam feminam insequitur, deosculatur actum dum cum illa rem habet, quodlibet ex [illegible] [illegible] est contra praeceptum. sed sufficit confiteri peccatum coeundi: ergo potest quis idem multiplicari violationes rei fractae praecepto, et non multiplicari peccata. Resp. quodlibet ex illis praeordinari ad copulam esse peccatum physice distinctum: at quia moraliter non [illegible] distinguuntur sed eundem finem respiciunt, ideo declarata copula illa via, quae coitum contingunt censentur declarata. Stat optime physice etiam multiplicari praeceptum non vero moraliter.

Circa actiones libidinosas subsequentes copulam: P. Bardas P. Suarez. Et Coninck. existimant necessario in confessione declarandas; quia non ordinantur ad copulam antecedentem, quae iam consummata supponitur, sed ad subsequentem ergo non possunt cum illa eundem actum moralem componere. Et Sanchez. P. Gran. P. Salas, et alii quos refert et sequitur Diana. t. p. tract. 7 resolut. 42. et tract. 3o resolut. 67. docent, ea non esse necessario confitenda, si fiant absque animo novae copulae: Ratio est quia videntur esse complementum primae.

sive magna intercesserit interruptio temporis, et Joannes Sanchez. disp. 6 resolutione non 13. et iam non esse necessario confitendas has circumstantias; probabiliter [illegible] est contraria opinio.



